

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De sacramentis christianae fidei**

**Hugo <von Sankt Victor>**

**[Augsburg], um 1477**

[urn:nbn:de:bsz:31-306691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-306691)



Dg 285

Carthago fidei promissor (Corydon)

P  
13.



(N. 9023)

WR 098

Augsburg. Münz. Leiner.  
c. 1472-79.

haben den,  
Not. In sel

h.  
n. v. g.





**Incipit Prefatiuncula in librum secundum  
de sacramentis fidei chriſtiane.** *notitij Aug. Dicitur.*



Magne sunt in ſcripturę ſanctis ſpiritu  
alium ſenſuum profunditates. S; q̄a  
non omnibus eadem in telligendi gr̄a  
data eſt. habet ſacrum eloquiũ quedaz  
in ſe quibus fidem ſimplicium paſcit:  
que quidez altioribus iuncta vnam ve  
ritatis regulam perficiunt. Propterea  
in ſacri eloquiũ tractatione non eadem  
dicendi forma ubiq; ſeruanda eſt: q̄a altiora fidei ſacramenta  
excellentiore ſermone & digno ſanctis reuerenter tractanda  
ſunt. Minora autem ſacramentorum diuinorum inſtrumenta  
pro capacitate ſimplicium humiliore locutionis genere ex  
plananda: vt conſtet quod ſcriptum eſt in ſimbrijs aureis  
circũamicta varietate. Sicut enim ſancta electorum eccleſia  
morum bonorum ac virtutum varietate pulcre adornatur:  
ita ſacra ſcriptura vnde ipſa eccleſia ſancta viuendi formam  
ſumit in ſuo ſermone pulcra varietate contextitur: inquantũ  
varietas ipſa apta eſt vt ſciſma nõ generet: & diuerſitas q̄ors  
vt aduerſitatem nõ pariat. Neq; enim in ea magna modica  
deſpiciunt: neq; ruerũ modica magna associari indigna ſunt  
ſed conant ſeinuicem in vna varietate: que propter veritatez  
placent omnia. Nemo igitur miretur ſi poſt magna & inter  
magna fidei ſacramenta eorum que in ſuo ordine inferiora vi  
denẽ mentio fit: quia non ſe abhorrent ſimul que in veritate  
vnũ ſunt. Nam ipſe deus humiliari dignatũ eſt ad humana  
deſcendens: vt hominem poſtmodum a ruina ſubleuatet.

**Explicit Prologus**

**Incipiunt eiusdem libri partium diſtinctiones  
que ſunt numero decem octo per ſingulas par  
tes diſtinctas.**

- N** hoc ſecũdo libro ſicut in primo capitula p ſingulas par  
tes diſtincta ordinauimus ſicut ſubiecta ſunt. Continet ſaut  
decem & octo partes.
- P**rima pars tractat de incarnatione verbi.
  - S**ecunda de vnitae eccleſie que corpus eſt Chriſti.
  - T**ercia de ordinibus eccleſiaſticis.
  - Q**uarta de indumentis ſacris.
  - Q**uinta de dedicatione eccleſie.
  - S**exta de baptiſmo.
  - S**eptima de confirmatione.



az

- O**ctava de corporis & sanguinis Christi sacramento.  
**N**ona de minoribus sacramentis & factis.  
**D**ecima de symonia.  
**V**ndecima de coniugio.  
**D**uodecima de votis.  
**T**redecima de vicijs & virtutibus.  
**D**ecimaquarta de confessione peccatorum & remissione & penitentia  
**Q**uindecima de unzione infirmorum.  
**S**edecima de fine hominis.  
**D**ecima septima de fine seculi.  
**D**ecima octava de statu futuri seculi.  
**H**arum igitur partium capitula ordine subieciuntur

**In Prima parte capitula sunt hec.**

- D**e Incarnatione verbi & tempore gratie capitulo primo  
 parte prima folio primo  
**Q**uare filius missus est potius quam pater vel spiritus sanctus  
 capitulo secundo parte prima folio primo  
**Q**uomodo solus filius carne suscipere potuit ca. ij. p. j. fo. j.  
**D**e discretione trium personarum in deitate una ca. iij. p. j. fo. iij.  
**A**ugustinus aduersus impietatem Arrii parte prima fo. iij.  
**A**mbrosius de trinitate parte prima folio quinto  
**Q**uod verbum carnem assumpsit cum pena sine culpa: cum  
 mortalitate sine iniquitate capitulo quinto parte j. fo. vi.  
**Q**uod verbum cum carne rationalem animam assumpsit: &  
 qualis fuit anima illa in sapientia & virtute: & iusticia & bo  
 nitate & merito capitulo sexto parte prima folio septimo  
**D**e carne quare verbum assumpsit qualis fuit secundum passibili  
 tatem & sensum & affectum capitulo septimo parte j. fo. x.  
**Q**uomodo intelligendum est quod scriptum est de Christo  
 conceptus est de spiritu sancto capitulo viij. parte j. foli. xij.  
**D**e unione verbi & anime & carnis in Christo ca. ix. p. j. fo. xiiij.  
**D**e separatione anime & carnis in Christo ca. x. parte j. fo. xvj.  
**Q**uod Christus separata anima a carne: & persona fuit & deus  
 & homo capitulo vndecimo parte prima foli. decimosextimo  
**Q**uod per hominem verbo unitum deo uniantur omnes qui  
 membra sunt illius capitulo xij. parte prima folio xxiiij.  
**Q**uod nunc Christus secundum humanitatem in celo est secundum diuini  
 tatem ubique capitulo tredecimo parte prima folio xxiiij.

**In Secunda parte capitula sunt hec.**

- D**e gratia que per Christum datur & spiritu a capite in  
 membra diffusio capitulo primo parte secunda foli. xxv.  
**D**e ecclesia & quid sit ecclesia capitulo ij. parte ij. folio xxv.  
**D**e duobus parietibus ecclesie laycis scilicet & clericis ca  
 pitulo tercio parte secunda folio vicesimosexto

- 2
- D**uas esse vitas & fm duas vitas duos esse populos & in duobus populis duas esse potestates & in vtraque diuersos gradus & dignitatum ordines & vnam inferiorem & aliam superiorem cap. quarto parte secunda folio vicefimo sexto
- Q**uod omnis ecclesiastica administratio constat in tribus hoc est in sacramētis in ordinibus in p̄ceptis ca. v. p. ij. fo. xxvij.
- D**e potestate terrena capitulo sexto par. secunda fo. xxvij
- Q**uomodo ecclesia terrena possideat ca. vij. par. ij. fo. xxvij
- Q**uot modis in seculari potestate determinanda ē iusticia sicut scriptum est. Reddite que sunt cesaris cesari & que sunt dei deo capitulo octauo parte secunda folio xxvij.
- D**e ornamentis regis cap. nono parte secunda fo. xxvij.

**In Tercia parte capitula sunt hec.**

- D**e spirituali potestate & de clericis ca. primo p. ij. fo. xxvij
- D**e tonsura ecclesiastica ca. secundo par. tertia folio. xxix.
- Q**uomodo ordines sacri in monachis sunt ca. iij. p. iij. fo. xxix
- D**e septem gradibus sacris ca. iij. parte tertia folio. xxix.
- D**e hostiaris ca. quinto parte tertia folio vicefimonono
- D**e lectoribus capitulo sexto parte tertia folio tricesimo
- D**e exorcistis capitulo septimo parte tertia folio tricesimo
- D**e acolitibus capitulo octauo parte tertia folio tricesimo
- D**e subdiaconis ca. nono parte tertia folio tricesimo primo
- D**e diaconibus cap. x. parte tertia folio tricesimo primo
- D**e presbiteris capitulo vndecimo parte tertia folio. xxxij
- D**e episcopis capitulo duodecimo parte tertia fo. xxxij.
- D**e archiepiscopis capitulo tredecimo parte tertia fo. xxxij
- D**e summo pontifice ca. decimo quarto p. tertia folio. xxxij.
- D**e ceteris officiis que sunt in clero ca. xv. p. ij. fo. xxxij.
- D**e archidiacono cap. sedecimo parte tertia folio. xxxij.
- D**e primicerio ca. decimo septimo parte tertia folio. xxxij.
- D**e thesaurario cap. decimo octauo p. tertia folio. xxxij.
- Q**uod & quomodo ordinationes sint faciende ca. xix. p. ij. fo. xxxij.
- Q**ua etate ordinandi sunt qui ordinant ca. xx. p. ij. fo. xxxij.
- Q**uod sine certo titulo ordinandi non sunt sacerdotes capitulo vicefimo primo parte tertia folio tricesimo quarto
- Q**uales sint eligendi ad sacros ordines ca. xxij. p. ij. fo. xxxij.
- Q**ua ratione mutatio possit fieri ordinatorum capitulo vicefimo tertio parte tertia folio tricesimo quinto

**In Quarta parte capitula sunt hec.**

- D**e indumentis sacris ca. primo parte quarta folio. xxxv.
- D**e tunica bissina capi. secundo parte quarta folio. xxxv.
- D**e zona capi. tertio parte quarta folio tricesimo quinto
- D**e feminalibus lineis ca. quarto parte quarta fo. xxxvj.
- D**e interioxi tunica & iacinctina ca. v. par. quarta fo. xxxvj.



- ¶** De superhumerali capitulo sexto parte quarta fo. xxxvi.  
**¶** De rationali quod grece logion dicitur ca. vii. p. iiii. fo. xxxvi.  
**¶** De mitra que dicitur dicitur vel tiara cap. viii. par. iiii. fo. xxxvii.  
**¶** De indumentis noui sacerdotij ca. ix. par. iiii. folio. xxxvii.  
**¶** De stola vel orario ca. decimo parte quarta folio. xxxvii.  
**¶** De planeta vel casula ca. vndecimo par. quarta fo. xxxvii.  
**¶** De mapula vel manipula ca. xii. parte quarta fo. xxxvii.  
**¶** De dalmatica capi. tredecimo parte quarta folio. xxxvii.  
**¶** De sandalijs et caligis bissonis siue lineis capitulo decimo  
 quarto parte quarta folio tricesimo octauo  
**¶** De baculo episcopi et anulo ca. xv. par. iiii. folio. xxxviii.  
**¶** De pallio archiepiscopi ca. xvi. par. quarta folio. xxxviii.  
**¶** De vasis sacris ca. decimosextimo par. quarta fo. xxxviii.

**In Quinta parte capitula sunt hec.**

- ¶** De dedicatione ecclesie ca. primo parte quinta fo. xxxviii.  
**¶** De his que visibiliter aguntur in ea ca. ii. parte. v. folio. xxxviii.  
**¶** Quod sit misterium supradictorum ca. iii. par. v. fo. xxxix.

**In Sexta parte capitula sunt hec.**

- ¶** De sacramento baptismi cap. primo parte sexta folio. xl.  
**¶** Quid sit baptismus capitulo secundo parte sexta folio. xl.  
**¶** Quare institutum sit sacramentum baptismi c. iiii. p. vi. f. xliii.  
**¶** Quando institutum sit ca. quarto parte sexta folio. xliii.  
**¶** Quando homines obligari ceperint precepto percipiendi  
 baptismi ca. quinto parte sexta folio quadragesimo quarto  
**¶** Quid distet inter baptismum Iohannis et Christi et de forma  
 baptismatis Iohannis et baptismi Christi ca. vi. p. vi. fo. xlv.  
**¶** Si post datum preceptum baptizandi aliquis possit saluari nisi  
 actualiter percipit sacramentum baptismi ca. vii. p. vi. f. xlv.  
**¶** De sacramentis neophitorum cap. viii. parte. vi. folio. xlvj.  
**¶** De cathexiatione capitulo nono parte sexta folio. xlvj.  
**¶** De exorcismo capitulo decimo parte sexta folio. xlvj.  
**¶** De his que post exorcizationem sequuntur in baptismo ca.  
 pitulo vndecimo parte sexta folio quadragesimo octauo  
**¶** De patrinis capitulo duodecimo parte sexta folio. xlix.  
**¶** De rebaptisatione capitulo tredecimo parte. vi. folio. xlix.  
**¶** Quare in sola aqua baptismus celebretur ca. xiiii. p. vi. fo. l.  
**¶** De forma baptismi capitulo quindecimo parte sexta fo. l.

**In Septima parte capitula sunt hec.**

- ¶** De confirmatione capitulo primo parte septima folio. l.  
**¶** Quod impositio manus per solos pontifices celebratur capi.  
 tulo secundo parte septima folio quinquagesimo  
**¶** De eo que Silvester papa instituit ut baptizatus presbiter  
 crismate in vertice liniatur capitulo tercio par. septima fo. l.

3  
Quod sit maius sacramentum impositio manuum an ba-  
ptismus. ca. quarto parte septima folio quinquagesimo  
Quod non debeat iterari manꝝ impositio sicut nec baptismꝝ  
a q̄ a ieiunis celebranda ca. quinto parte septima folio l.

Quanto tempore debeant esse sub disciplina crismatis qui  
manus impositꝝ acceperunt. ca. sexto pte septima folio. li.

**In Octava parte capitula sunt hec.**

De sacramēto corporis & sanguis xpi ca. p̄o pte. viij. fo. li.  
Quando institutum est sacramentum corporis & sanguis  
nis xpi capitulo secūdo pte. viij. folio q̄nquagesimo p̄mo  
Vtrum mortale vel immortale corpus suum in cena tradi-  
derit capitulo tercio pte. viij. folio quinquagesimo p̄mo.  
Si corpus christi fuerit quod iudas per intinctam buccel-  
lam accepit capitulo. iij. parte. viij. fo. q̄nquagesimo sc̄do  
Quod agnꝝ pascalis figura corpis cristi fuit ca. v. p. viij. fo. li.  
Quod sacramentum altaris & figura est quantum ad panis  
et vini speciem: & res est quātum ad corporis christi veri-  
tatem caplo sexto parte octava folio q̄nquagesimo tercio  
Tria esse in sacramēto altaris. panis & vini speciem: corpis  
christi veritatem: gratiam spūalem ca. vii. parte. viij. fo. liij.  
Quare in specie panis & vini christus sacramentū corpis  
et sanguinis sui instituit caplo. viij. parte octava folio. liij.  
Qualis intelligēda est mutatio panis & vini in corpꝝ chri-  
sti capitulo nono pte octava folio q̄nquagesimo quarto.  
Quid significant tres portiones ille. que de corpore christi  
in sacramento altaris fiunt. caplo decimo pte. viij. fo. liij.  
Quod corpus christi quando diuidi videtur: h̄m solam speciē  
diuiditur. h̄m autē se integrū manet. ac sic in singulis par-  
tibus totum: sicut in diuersis locis vnū & idem ipsum est.  
capitulo vndecimo parte octava folio q̄nquagesimo q̄nto  
Quod de ea que in corpore christi indigna videntur h̄m speci-  
em sola fiant ca. xij. parte. viij. folio q̄nquagesimo quinto  
Quid fiat de corpore christi: & de corporali presentia eius  
post sumptꝝ sacramenti caplo tredecimo pte. viij. folio. lv.  
Quod celebratio cōsecrationis corporis christi missa vocatur  
et quando missa vocatur & vnde missa primum instituta  
est capitulo. xiiij. parte octava folio q̄nquagesimo sexto.

**In Nona parte capitula sunt hec.**

De sacramētis que ad exercitatioꝝ instituta sunt: q̄ omnia  
sanctificant p̄ verbū dei caplo primo pte nona folio. lvj.  
Quod omnia sanctificant per verbum dei. De aqua aspersioꝝ  
que cū sale benedic̄t caplo secundo parte nona folio. lvij.  
De susceptione cineris caplo tercio parte nona folio. lvij.  
De ramis palmarum & feno nōibus benedicēdis. capitulo

- quarto parte nona folio quinquagesimo septimo.  
**De** cereo q̄ in sabbato sancto benedicatur: et de agnis qui benedicunt in pascha caplo quinto parte nona folio lvii.  
**De** signis quocumq̄ sonitu fideles in vnum conuocatur capitulo sexto parte nona folio quinquagesimo septimo  
**De** cortinis capitulo septimo parte nona folio lvii.  
**De** alijs sacramētis q̄ in factis ęstant ca. viii. p. ix. fo. lviii.  
**De** his sacramētis que in verbis ęstant ca. ix. p. ix. fo. lviii  
**De** sacris et non sacramentis ca. decimo par. decima fo. lix

**In Decima parte capitula sunt hec.**

- De** symonia unde dicitur et quod est symonia ca. primo p. x. fo. lix  
**De** auctoribus symonie ca. secundo parte decima. foli. lix.  
**De** his qui spūalia emunt aut vendūt ca. iii. par. x. fo. lix.  
**De** his qui corporalia in ecclesia compandum cum eis et in eis spūalia emunt ca. quarto parte decima folio lx.  
**De** eo q̄ sola corporalia venduntur ca. v. parte. x. folio. lx.

**In Vndecima parte capitula sunt hec.**

- De** sacramento ęiugij: caplo primo: pte vndecima fo. lxi.  
**De** origine coniugij capitulo secundo pte vndecima fo. lxi  
**De** duplici institutione coniugij: et de causa institutionis duplici caplo tercio pte vndecima folio sexagesimo primo  
**Quid** sit coniugij capitulo quarto pte vndecima fo. lxi.  
**Quādo** coniugium esse incipiat. ca. quinto pte. xi. fo. lxiij.  
**De** his qui occulte nupserunt. vel postq̄m nupserint: contra coniugium aliqua verenda faciunt capitulo sexto parte vndecima folio sexagesimo quinto  
**Quod** tria sunt bona que coniugium committatur fides: spes prolis: sacramētū capitulo septimo pte vndecima fo. lxiix.  
**Ut**rum hec bona inseparabilia sint coniugium an non capitulo octauo parte vndecima folio sexagesimonono  
**De** his qui in ęiugio incontinent viuūt. et plus explende libidini q̄ ḡnande proli inseruiūt ca. ix. parte. xi. folio. lxx.  
**Qua** ratione antiqui insimul plures vxores habuerūt capitulo decimo parte vndecima folio. lxx.  
**Si** coniugium dicendum est: quod aliquando dissolui potest capitulo vndecimo parte vndecima folio. xxj.  
**De** his qui putāt etiam inter legitimas psonas q̄scunq̄ ęsensū adinuicē h̄itum ęiugij facē ca. xij. pte. xi. folio. lxxij  
**De** coniugio infidelium capitulo. xiiij. parte. xi. folio. lxxvi.  
**De** consanguinitate et de gradu consanguinitatis capitulo decimo quarto parte vndecima folio. lxxviiij.  
**De** affinitate ca. quindecimo parte vndecima folio. lxxviiij.  
**De** spūali germanitate capitulo sedecimo pte. xi. fo. lxxviiij

4  
Quomodo computandi sunt gradus consanguinitatis Gregorius papa parte undecima folio septuagesimonono

Libro tercio institutionum sexto capitulo de gradibus cognationis parte undecima folio lxxix.

Epistola Iohannis constantinopolitani episcopi parte undecima folio lxxx.

Zacharias papa capitulo primo parte undecima folio lxxx.

Item capitulo quinto parte undecima folio lxxx.

Decretum gregorii iunioris parte undecima folio lxxxj.

Beda in historia angolorum interrogatio augustini parte xi folio lxxxj.

Capitulum xxxvij gregorius respondet augustino parte undecima folio lxxxj.

De affinitate parte undecima folio lxxxj.

Ex consilio matiensis parte undecima folio lxxxj.

Ex concilio cabillonensi parte undecima folio lxxxj.

De spirituali germanitate nicolaus salomoni constantiensis episcopo parte undecima folio lxxxj.

De spali germanitate idem Karolo episcopo parte xi folio lxxxij.

Ex concilio cabillonensi parte undecima folio lxxxij.

Ex concilio maguntinensi parte undecima folio lxxxij.

Ex concilio tiburienensi idem parte xi folio octuagesimosexto.

Quid distet inter cognationem siue consanguinitatem et affinitatem et spalem germanitatem causa xvij parte xi folio lxxxij.

Utrum dolus qui suppositio dicitur coniugium dissoluat capitulo decimo octavo parte undecima folio lxxxij.

Utrum conditio seruilis si nesciatur postea coniugium dissoluat capitulo decimonono parte undecima folio lxxxij.

**In Parte duodecima capitula sunt hec**

De votis capitulo primo parte duodecima folio lxxxij.

De quinque modis quibus mens agenda tractat capitulo secundo parte duodecima folio octuagesimotercio.

Quid sit vouere capitulo tercio parte duodecima folio lxxxij.

Que vota tenenda non sint capitulo quarto parte xi folio lxxxij.

Quod votum nullam commutationem admittat causa v parte xi folio lxxxij.

Que vota commutationem patiuntur causa vi parte xi folio lxxxv.

**In Tredecima parte capitula sunt hec**

De viciis et operibus malis capitulo primo parte xii folio lxxxv.

De virtutibus et operibus bonis causa ii parte tredecima folio lxxxvi.

De timore et amore capitulo tercio parte tredecima folio lxxxvi.

Quid sit timor capitulo quarto parte tredecima folio lxxxvi.

De quatuor timoribus capitulo quinto parte xii folio lxxxvi.

De caritate capitulo sexto parte tredecima folio lxxxvi.

Quare non sint tria precepta caritatis causa vii parte xii folio lxxxix.

Quod pure et gratis amat qui deum propter se amat capitulo octavo parte tredecima folio nonagesimo.

De mensura diligendi dei causa nono parte tredecima folio xcj.

**¶** De mensura diligēdi proximū ca° decimo pte xiii. fo. xxi.

**¶** Vtrū caritas sel'habita amittat ca° .xi. pte. xii. folio. xxi.

**¶** Vtrum omnis dilectio dei caritas sit nominanda capitulo duodecimo parte tredecima folio nonagesimo septimo.

**¶ In Decimaquarta parte capitula sunt hec**

**¶** De confessione caplo primo parte decimaq̄rta folio. xcix.

**¶** De penitentia capitulo sc̄do parte decimaquarta folio. cij.

**¶** De his q̄ in hac vita p̄niam nō splent ca. iij. p. xiiij. fo. cij.

**¶** De eo si iterari possit p̄nia ca. iij. pte decimaquarta fo. cij.

**¶** De his q̄ in extremis penitēt ca. v. pte decimaquarta fo. cij.

**¶** Q̄ sola voluntas sufficit si facultas operādi non detur capitulo sexto parte decimaquarta folio centesimo quinto.

**¶** Q̄ hō op̄ iudicat. de? volūtate p̄sat ca. vii. p. xiiij. fo. cvij.

**¶** De remissione peccatorū & si sacerdotes q̄ hoies sunt p̄ta possunt dimittere ca. octauo pte decimaquarta folio cvij.

**¶** De eo vtrum peccata redeant postqm̄ sem el dimissa sunt capitulo nono parte decimaquarta folio centesimo decimo.

**¶ In Decimaquinta parte capitula sunt hec**

**¶** De vnc̄tiōe infirmorū ca. primo pte quindecima fo. cxiiij.

**¶** Quando & a quo instituta est vnc̄tio infirmorum capitulo secundo pte quindecima folio centesimo decimo quarto.

**¶** De eo si iterari possit hoc sacramentū ca. iij. p. xv. fo. cxiiij.

**¶ In Decimasexta parte capitula hec sunt**

**¶** De Morientibz capitulo primo parte sedecima folio. cxv.

**¶** De exitu animarū capitulo sc̄do pte sedecima folio. cxvj.

**¶** De penis animaz caplo tercio parte sedecima folio. cxviiij.

**¶** De locis penarū caplo quarto parte sedecima folio. cxix.

**¶** De qualitate tormentorū gehennaliū ca. v. pte xvij. fo. cxx.

**¶** Q̄ corpore? ignis gehenne non tm̄ corpora cruciabit: sed etiā spūs. Aug? de ciuitate dei de eodem parte. xvij. fo. cxxi.

**¶** Q̄ ignis gehenne ad aliqd lucebit ad aliqd non. de eodem Gregorius in moralibus parte sedecima folio. cxxi.

**¶** Q̄ ignis gehenne ab initio sic creat? est: vt nutrimento nō egeat. Idem in eodē. pte. xvij. folio centesimo uigesimo p̄mo.

**¶** Quales sunt purgatorie pene in hac vita & quales post. Augustinus de ciuitate dei parte sedecima folio cxxi.

**¶** De cura pro mortuis agenda. Augustinus in enchiridion capitulo sexto parte sedecima folio ceteresimo uigesimo sc̄do.

**¶** Quibus profit post mortem vel quomō pro illis fit. Augustinus de ciuitate dei ca. septimo parte. xvij. folio. cxxiiij.

**¶** De eodem idez in eodem li° sc̄do pte sedecima folio. cxxiiij.

**¶** De exequiis idez in eodem li. p̄mo ca. viij. pte. xvij. fo. cxxiiij.

**¶** De sacrificio pro defunctis. Gregorius in dyalogo. capitulo nono parte sedecima folio centesimo uigesimo quarto.

- Q**uibus proſit. Idem i eodem ca .x. parte .xvi. folio .cxxiii.  
**S**i aie ſciunt q̄ i hoc ſclo gerunt ca .xi. pte .xvi. fo. cxxiii.  
**I**n Parte decimaſeptima capitula ſunt hec  
**D**e tempore aduentus chriſti in nouiſſimo. Auguſtin⁹ ad  
 heſitium capitulo primo parte decimaſeptima folio .cxxv.  
**D**e vltia tribulatioe Aug⁹ de citate dei ca .ij. p. xvij. fo. cxxv.  
**Q**uare modo dyabolus ligat ca. tercio pte .xviij. folio .cxxv.  
**Q**uare in nouiſſimo ſoluit ca. quarto parte .xviij. fo. cxxv.  
**Q**uanto tpe erit vltima tribulatio ca. quinto p. xvij. fo. cxxv.  
**D**e aduentu helie & enoch capl. ſexto parte .xviij. fo. cxxv.  
**D**e qlitate pſone iudicis. Aug⁹ de ci. dei c. viij. p. xvij. f. cxxv.  
**D**e celeritate iudicij. Aug⁹ ad glentiū c. viij. p. xvij. f. cxxvi.  
**D**e eodem parte decimaſeptia fo. centefimouigeſimofexto  
**D**e eodem pte decimaſeptima fo. centefimouigeſimofexto  
**D**e ordine reſurgendi capitulo .ix. parte .xviij. folio .cxxvi.  
**Q**uomō intelligendum eſt qd ſcriptum eſt. viuos ⁊ mor-  
 tuos iudicabit capitulo .x. parte decimaſeptima fo. cxxviij.  
**D**e reſurrectione corporum que & qualia reſurgent capi-  
 tulo vndecimo parte .xviij. fol. centefimouiceſimofeptimo.  
**D**e abortiuis & monſtris vtrum reſurgent ⁊ qualia. Au-  
 guſtin⁹ capitulo duodecimo pte decimaſeptia fo. cxxviij.  
**D**e mō reſurrectōis. Aug⁹ de ci. dei c. xiiij. p. xvij. f. cxxviij.  
**E**xemplum ſupradictorum. Idem de ciuitate dei libro vi-  
 ceſimoſcdo capitulo decimoq̄rto parte .xviij. folio .cxxviij.  
**Q** corpora ſanctorū ſine vicio reſurgent ⁊ incorruptibilia  
 Aug⁹ in enchiridion capitulo .xv. pte .xviij. folio .cxxviij.  
**Q** infantēs non in ea ſtata q̄ mortui ſunt reſurgent. Aug⁹  
 iterum de ciuitate dei capitulo .xvi. parte .xviij. folio .cxxix.  
**Q** omnes in ea ſtatura reſurgent quā in pfecta etate id ē  
 iuuenili habuerūt vel hīturi eēt ſi viuerent. Aug⁹ in lib<sup>o</sup>  
 de ciuitate viceſimoſcdo capitulo .xviij. parte .xviij. fo. cxxix.  
**V**trum corpora reproboꝝ reſurgēt cum vicijs ⁊ deſormi-  
 tatibus. Aug⁹ in enchiridion capl. xvij. pte .xviij. fo. cxxix.  
**Q**uomō terrena corpora in celo manebunt. Aug⁹ de ciui-  
 tate dei libro tredecimo caplo .xix. parte .xviij. folio .cxxx.  
**Q**uale ſit ſuūm iudicium. Aug⁹ ca. xx. parte .xviij. fo. cxxx.  
**Q** deus glſcientia nra teſte vtei ad iudicandum nos. Gre-  
 gorius in moralibus capitulo .xxi. parte .xviij. folio .cxxx.  
**D**e eodem in omelia Fauſtini p. decimaſeptima fo. cxxxij.  
**Q**uare deus in preſenti iudicat Auguſtin⁹ in libro de ci-  
 uitate dei ca. vigefimoſecundo p. decimaſeptima fo. cxxxij.  
**A**uguſtinus in eodem de eodem p. decimaſeptima f. cxxxij.  
**I**tem de eodem Gregorius in moralibus pte .xviij. fo. cxxxij.  
**I**tem de eodem idem in octauo p. decimaſeptima fo. cxxxij

**U**bi erunt sancti corporaliter quando mundus ardebit Augustinus ca. vigesimotercio p. decima septima folio. cxxxij.

**In Decima octava parte capitula hec sunt**

- D**e statu futuri seculi de inuentione mundi c. i. p. xvij. fo. cxxxij
- Q**uod perit eterna pena malorum bonis c. ii. p. xvij. fo. cxxxij
- Q**uod boni malos videbunt non mali bonos c. iii. p. xvij. fo. cxxxij
- D**e morte secunda parte decima octava folio. cxxxij
- Q**uod mali iocundo sepe viuunt ut sepe moriantur c. iij. p. xvij. fo. cxxxij
- Q**uod eiusdem ignis non equaliter cruciabit omnes c. v. p. xvij. fo. cxxxij.
- D**e eodem p. decima octava fo. centesimotricesimo secundo
- D**e eodem p. decima octava fo. centesimotricesimo secundo
- Q**uod iustum sit ut p. temporali culpa eterna pena reddat Augustinus de ciuitate dei ca. vi. pte decima octava fo. cxxxij
- D**e eodem p. decima octava fo. centesimotricesimo secundo
- I**tem in eodem p. decima octava fo. centesimotricesimo. iij.
- Q**uomodo dyabolus nunc cruciatur et quomodo cruciabitur in futuro ca. vij. parte decima octava folio. cxxxij.
- D**e eodem pte decima octava fo. centesimotricesimo tercio
- Q**uod post damnationem reproborum sancti plenius cognoscent gratiam dei ca. viij. parte decima octava folio. cxxxij
- Q**uod damnatis malis seculi inebunt in vita eterna c. ix. p. xvij. fo. cxxxij.
- Q**uod iusti tunc non compatuntur malis ca. x. p. xvij. fo. cxxxij
- D**e eodem pte decima octava fo. centesimotricesimo tercio
- D**e eodem pte decima octava fo. centesimotricesimo tercio
- D**e visione dei capitulo vndecimo parte. xvij. fo. cxxxij.
- Q**uid distet inter videre et credere ca. xij. p. xvij. fo. cxxxij
- D**e visione corporali et spirituali in futuro ca. xij. p. xvij. fo. cxxxij
- S**i volubiles erit illic cogitationes nostre c. xiiij. p. xvij. fo. cxxxij
- Q**ualis et quanta erit felicitas et beatitudo futura capitulo quindecimo parte decima octava folio. cxxxij.
- I**n tribus consistat beatitudinem veteram ca. xvij. p. xvij. fo. cxxxij
- Q**uod sanctis in futuro non ad dolorem sed ad gaudium proficiat preteritorum memoria ca. xvij. parte. xvij. fo. cxxxij.

**Explicit Registrum doctoris eximii Hugonis in librum secundum de sacramentis feliciter.**

**A**ncipit liber secundus de incarnatione verbi et  
impletione et exhibitioe gratie dei. Et de sacra-  
mentis noui testamenti vsq; ad finem et consu-  
mationem omnium. **Prima pars de incar-**  
**natione verbi et tempore gratie. / Ca. primu**



**A** superiori parte operis huius conditōnem  
omnium rerum a principio: primo cū lapsū  
hominis & his que postea ad restauratiōem  
vsq; ad aduentum verbi preparata sunt vel  
perpetrata summam deduxi. Nunc ea q̄ se-  
quuntur vsq; ad finem & consummationem  
omnium ordine stringere libet. Tempus gr̄e  
ab aduentu filij dei in carne exordiū sumpsit  
Sic scriptum est. Gratia & veritas per hiesū  
christum facta est. Gratia quippe dei redemptio est generis  
humani: que dum per aduentum christi perficitur: veritas  
promissionis dei in exhibitione eius adimpletur.

**Quare filius missus est potius q̄ pater vel spi-**  
**ritussanctus. / Capitulum. ij**

Deo autem filius missus est non pater aut spiritussanctus  
quia conueniens non erat vt pater ab alio mitteret: qui nō  
erat ab alio. Si enī ab alio mitteretur: ab illo venire haberet  
a quo mitteretur: & esset illi quasi quoddam principium ab  
illo a quo mitteret. Propterea ergo pater ab alio mitti non  
habet: quia ab alio esse non habet. Missus est autem primū  
filius qui a solo patre est: deinde etiam spiritussanctus q̄ est  
a patre & filio. Primum filius venit: vt homines liberaretur:  
postea spiritussanctus venit: vt hoies beatificarent. Primum  
ille a malo liberavit: postea iste ad bona reuocauit. Ille abs-  
tulit quod sustinebamus: iste reddidit quod perdidderamus.  
Venit filiū naturalis missus a patre: vt adoptandos in here-  
ditatem vocaret: & cōsensum suū in gratia adoptionis com-  
probaret. Neq; enī sine consensu filij a patre alieni in heredi-  
tatem ducendi erant. Nisi ergo pater p̄ filiis: venit filiū p̄  
fratrib; q̄a in patre & filio: paternitatis & filiationis nomen  
stat vt filij nomen adoptandi perciperent: & p̄ illū cuius erat  
et ab illo a q̄ erat. Venit sapientia vt hostis ratione vinceret  
et vt habitaculū suū ip̄a vendicaret: qd malicia possidebat  
Qui enim astutia vicerat: iustum fuit vt non fortitudine: sed  
prudencia vinceretur: vt in eodem in quo se victor erexerat:  
victus sterneret. Factus est filiū dei filius hominis: vt filios



**Pars Prima****Folium Primum**

hominum filios dei faceret. & ne filij nomen ad alteram transferret personam: & essent in trinitate duo filij: & confundere trinitatis discretio. Si enim pater carnem assumpsisset: idem ipse pater et filius esset. Pater filij quem genuit ex eternitate: & filius matris a qua genitus esset ex tempore. Si autem spiritus sanctus carnem assumpsisset: duo filij in trinitate essent. Alter filius patris sine matre: alter filius matris sine patre. Ne ergo in communicabile nomen diuideretur: filius solus carnem suscepit: ut vnus & idem esset: & filius dei et filius hominis. Filius dei secundum diuinitatem genitus a patre: filius hominis secundum humanitatem natus ex matre.

**Quo solus filius carne suscipere potuit / Cijj.**

**S**ed forte erunt aliqui qui dicant: si inseparabilia sunt opera trinitatis: ergo quicquid facit filius: facit & pater. Si autem omne quod facit filius facit & pater: ergo si filius carnem assumpsit: & pater carnem assumpsit: quia filius sine patre carnem assumere non potuit: si nihil sine patre facere potuit. Sed hic primo considerandum est: quia cum dicitur filius facere omne quod pater facit: de illa nimirum operatione intelligendum est qua creaturam suam condidit & regit et disponit conditor & opifex deus: in qua operatione pater & filius & spiritus sanctus omnino separari non possunt: quia in deitate vna in qua & per quam operantur vnum sunt. Hec autem ideo de diuina operatione distinguimus: ne quis contra id quod dictum est: Omnia que facit pater: hec & filius facit. Opponendum putet: quia pater gignit: quod filius non facit: & filius gignitur: quod pater non facit. Si enim filius sicut pater gigneret: pater esset: & si pater sicut filius gigneretur: filius esset. Itaque ne quis propterea quia filius non gignit quod pater facit: existimaret filium non facere quecumque pater facit. Dicimus quia hoc de illa operatione intelligendum est: qua vel creaturam operatur: ut quod non erat: esse incipiat: vel in creatura ut quod factum est in eo: quod factum est subsistat. Ibi enim tota trinitas inseparabiliter operatur: vbi nec pater a filio: nec filius a patre: nec spiritus sanctus ab utroque in operatione separatur. In opere quippe operatio proprie designatur. Nam in eo quod factum non est quod est deus: non facit ipse: sed trinitas est. In eo autem quod factum est: ab illo utique factum est: a quo factum est omne quod factum est. Hic ergo omnia que facit pater: & filius facit filium. In hac itaque operatione que carnis assumptio inuenitur: quod soli filio conueniat & non patri non inconuenienter queritur. Cum enim dicitur: filius carnem assumpsit: operatur utique significatur: quod filius fecit: a quo opere si pater excluditur: non omnia que facta sunt filius pater facit: operatur.

An forte quia dictum non est. omnia que facit filius: pater facit: sed quecunq; pater facit: hec & filius facit. Existimandum est omnia quidem filium facere: que pater facit quedam autem filium facere: que pater non facit: absit. Sed omnia que pater facit: filius facit: & omnia que filius facit: pater facit: quia in eo quod in diuinitate vnum sunt: in operatione separari non possunt. Omne ergo quod filius facit: pater facit: quia in diuinitate qua filius est patris: quia cum patre vnum est nihil facit sine operatione patris. Fecit quedam in humanitate: secundum quam filius patris non erat: quia illa nascendo a patre non acceperat: qua propterea ad solam personam filii referuntur: quia ea in illa & secundum illam naturam fecit: quam cum patre communem non habuit: sed solus ex tempore propriam singulariter accepit. Veruntamen omnia que in diuinitate fecit: ideo solus non fecit: quia in diuinitate solus non fuit: sed idem cum ipso fecit: qui cum ipso idem fuit. Si ergo filius in diuinitate humanitatem assumpsit: quomodo in eadem diuinitate pater idem cum ipso non fecit: qui cum ipso idem fuit? An forte cum dicitur: filius carnem assumpsit: ex vi occulte relationis qua intelligitur: quia sibi vniuit: idem de patre non dicitur: quia si idem diceretur: non idem sed aliud intelligeretur. Si enim diceretur: carnem pater assumpsit: intelligeretur similiter quod pater sibi carnem vniuit: quod iam idem non esset sed aliud. Aliud quippe esset si patri caro vnita diceretur: que cum filio vnita dicitur: quia sicut alius est in persona pater: & alius filius: sic aliud dicitur cum filio incarnatus dicitur: quam diceretur si pater incarnatus diceretur. Non igitur consequens est: si filius carnem assumpsit: ideo co carnem assumpsisse & patrem: sicut consequens non est: si filius sibi carnem vniuit: carnem sibi vnisse & patrem. Consequens autem est: quia si filius carnem sibi vniuit: eandem carnem ipsi filio vnisse & patrem quia dum vna vtriusque operatio ostenditur: nec filius sine patre: nec pater sine filio operatus demonstratur. Si enim sibi pater carnem induisset: & filius sibi non hoc idem esset: sed aliud: quoniam in eo ipso non eadem demonstraretur operatio: quam non ad eundem vtrumque facta probaretur relatio. Nunc autem assumptio: siue vnio: carnis: & pater operatus est: quia carne induit filium: & filius operatus est: quia carne induit semetipsum: & fuit vna vnio: et operatio vna. Propterea vnio vna: quia quod vnitum est: vni vnitum est. Propterea operatio vna: quia quod factum est in vno factum est. Tres operabantur: & non tria: sed vnum operabantur: & quod fiebat: & vnus erat: quantum ad ipsum

solum factum est. & trium erat: quantum ab illis factum est. Legitur in libro iudicum. Quia manue vxorem accepit: sampson filio suo. nec tamen sibi vxorem accepit: qui filio vxorem accepit. Et postulat filius patrem: vt sibi vxorē accipiat: quasi per se solus hoc facere non possit. & nemo est qui argumentetur et dicat. Si pater filio vxorem accepit: ergo vxorem accepit pater: & contendat vxoratum esse patrem. quia filio accepit vxorem. Quare ergo incarnat? dicatur esse pater. quia filio suo carnem vniuit. sicut ipse filius incarnatus dicitur: quia sibi carnem copulauit. Sponsa quippe verbi: caro est: & assumpsit illam verbum sibi: & pater similiter verbo suo vniuit eam. et operati sunt duo vnum: & fuit in vno operatio duorum vna. Propterea ait. quecunq; facit pater: hec & filius facit. Similiter hec inquit & filius facit similiter. Quid est hec? Non alia. Quid est similiter? Non aliter. Non poterat vnitas operationis perfectius demonstrari. Non alia non aliter. Eadem: & eodem modo. Si eadem operaretur: & non eodem modo operaretur. operatio vna non esset. q̄a aliter esset. Si eodem modo operaretur: & non eadem operaretur. operatio vna non esset: quia talia aliter essent. Nunc autem et eadem & eodem modo operatur. vt nihil sit. aut aliud: aut aliter in operatione illius. Ostende mihi aliquid quod facit pater. Si tamen querendum est: quid facit: qui totum facit. Pone tamen exemplum vnum. Aliquid ex omnibus que facit pater: dico. quia filius hoc ipsum facit. Neq; ita hoc ipsum dico quasi simile illi: sed idem ipsum. Cum enim dico. Idem facio quod tu facis. quia forte domum edifico: sicut tu edificas domum. & cum alia sit domus tua quam tu edificas: alia domus mea quam ego edifico: tamen idem me facere dico: quod tu facis. Quoniam id quod facio ego sim aliqd simile est illi qd tu facis. Non sic intelligo cum dico: quia filius hoc ipsum facit qd pater facit. Si aut ego domum edificare: & tu eandem mecum edificares domum. dico quia idem faceres quod ego. Etiam verius vnum: quia id ipsum & non aliud nec tamen adhuc vere vnum: quia tu partem vnā: & ego alteram. tu instrumentis tuis: & ego instrumentis meis. tu manibus & lacertis tuis: ego meis. Deniq; tu viribus tuis: ego meis. Et iam non vere vnū: sed & in alio & per alia. Nunquid sic dico cum dico: quia filius hoc ipsum facit qd pater facit. Ergo alia est manus filii: & alia est patris. aliud brachium filii: & aliud brachium patris. alia virtus filii: alia virtus patris. Cum ipse filius & manus & brachium et virtus sit patris.

Sicut idem est quod homo manu facit: & quod manus hominis facit: & quod homo brachio facit: & quod brachium hominis facit: et quod homo fortitudine facit: & quod fortitudo hominis facit. Sic idem est quod pater facit: & quod filius facit: quia omne quod pater facit: per filium facit. Si essentia una est: si natura una: si fortitudo una: si voluntas una: quomodo non est una operatio. **D**icis quia hoc facit pater: & ego dico quia filius hoc ipsum facit. Hoc ipsum pater: hoc ipsum filius. Totum pater: & totum filius. Ipsum facere patris: filii est. Noli pensare quasi duas actiones: unam maiorem: & unam minorem. Aut forte similis ponderis: equales duas. Unitas ibi est: nihil multiplex. Una est actio duorum in uno: trius actio una: sic deitas una: & in una actione tres: non tres agentes sunt sed unus agens: sicut in deitate una: tres: non tres dei sunt: sed unus deus. Pater & filius & spiritus sanctus tres persone sunt: sed tres dei non sunt: nec tres creatores: nec tres factores: quia in eo quod unum sunt: diuidi non possunt. Quaecumque ergo facit pater: hec & filius facit similiter. Quid magis simile esse potest: quam unitas. Quomodo potest diuidi: quod multiplicari non potest. Aut quomodo a se recedere potest: quod unum est. Ne ergo mireris: si assumptionem carnis que ad solum filium refertur: non solum filius operatus est: sed cum filio etiam pater & spiritus sanctus. Neque ideo tres incarnatos dixeris: quia incarnationem unius: tres operati sunt: quia unitas nature: inseparabilem fecit operationem: & proprietatem persone singularem assumptionem.

**De Discretione trium personarum in deitate una.**

**Ca. iij.**

**Q**uia vero infirmitas humane intelligentie: ad ea que credere iubetur comprehendenda non sufficit: facti eloquii auctoritate interim fouenda est: non ratione humana discutienda. Quia propter ea que a sanctis patribus de discretione trium personarum in deitate una secundum catholicam veritatis firmamentum iam dicta sunt in medium proferte libet: nihil de nostro adiicientes: utpote qui nec sufficientes inuenimur: ad ea que dicta sunt ab illis.

**Augustinus aduersus impietatem Arrii.**

**D**ixeres: nouum nomen homoyson crediderunt: sed non nouam rem tali nomine significauerunt: hoc enim vocatur homoyson: quod est ego & pater unum sumus: unius videlicet eiusdemque substantie. **I**dem. Omnes catholici qui ante me de trinitate scripserunt: hoc intenderunt secundum scripturas docere: quod pater & filius & spiritus sanctus

Vnius eiusdemque substantie: in seperabili equalitate: diuinaque  
insinuant unitatem. Ideoque non sunt tres deus sed vnus est deus  
quamuis pater filium genuerit: et ideo filius non sit qui pa-  
ter est: filiusque a patre sit genitus: et ideo pater non sit qui fi-  
lius est. Spiritus sanctus quod nec pater sit: nec filius: sed tantum  
patris et filij spiritus: et patri et filio eternus: ipse coequalis  
et ad trinitatis pertinens unitatem: nec tamen eam trinitatem  
natam de virgine maria: sed tantum filium: nec eandem trini-  
tatem descendisse in specie columbe: sed tantum spiritum san-  
ctum. Nec eandem dixisse de celo. Hic est filius meus dilectus  
sed tantum vocem patris ad filium fuisse. Quis pater et filius  
et spiritus sanctus: sicut inseparabiles sunt: sic inseparabiliter  
operentur. Nam quo intellectu homo deum capit: qui ipsum  
intellectum suum quo eum vult capere: non dum capit? In-  
telligamus autem deum si possumus et quantum possumus  
sine qualitate boni: sine quantitate magni: sine indigentia creatoris  
sine situ partem: sine habitu omnia continem: sine loco vbi-  
torum: sine tempore sempiternum: sine sui mutatione mu-  
tabilia facientem: nihilque patientem. Quisquis deum ita cogi-  
tat: et nondum potest omnino inuenire quid sit: pie tamen  
caueat quantum potest: aliquid de illo sentire quod non sit.  
Est tamen sine dubitatione substantia: vel si melius hoc appel-  
latur essentia quam greci usyam vocant. **I**dem in libro con-  
tra maximianum. Nulla sit partium diuisio in unitate deita-  
tis: vnus est deus pater et filius et spiritus sanctus: hoc est ipsa  
trinitas vnus est deus. Tres enim persone sunt: pater et filius  
et spiritus sanctus: et hi tres: quia vnus substantie sunt: vnus  
sunt et summe vnum: vbi nulla naturarum: nulla est diuersi-  
tas voluntatum. Si autem natura vnum essent: et consensione non  
non summe vnum essent. Si vero natura dispares essent: vnus  
non essent. Hi ergo tres: quia vnus sunt: propter ineffabilem  
coniunctionem deitatis qua ineffabiliter copulatur: vnus deus  
est. Sed christus vna persona est gemmine substantie: nec tamen  
deus pars huius persone dici potest: alioquin filius dei antequam  
fisciperet formam serui non erat totus: et creuit cum homo diui-  
nitati eius accessit: quod si in vna persona absurde dicitur: quia pars  
illius rei esse non potest deus: quantomagis trinitatis esse non  
potest pars: quicumque vnus in tribus. In trinitate ergo que deus  
est: pater est deus: et filius est deus: et spiritus sanctus est deus: et simul  
hi tres vnus deus: non habet trinitatis tertia pars est vnus: non maior pars  
duo quam vnus est: vbi non maior aliquid sunt: omnes que singuli: quia spi-  
ritualis non corporalis est magnitudo. Qui potest capere capiat: qui non potest  
credat et oret: vt quod credit intelligat: patrem et filium et spiritum sanctum propter

9  
indiuuam deitatem vel diuinitatem vnus est deus. et propter  
vniuscuiusque proprietatem: tres persone sunt. et propter singu-  
lorum perfectioꝝ partes vnius dei non sunt. Virtus est pater  
virtus est filius: virtus est spiritus sanctus. **Idem** in libro de  
trinitate. Si solus filius intelligit sibi: et patri et spiritui sancto  
Illud consequitur vt pater non sit sapiens de seipso: sed de filio  
nec sapientia sapientiam genuerit: si ea sapientia pater dica-  
tur sapiens esse quam genuit. Vbi enim non est intelligentia  
nec sapientia esse potest. Ac per hoc si pater non intelligit ipse  
sibi: sed filius intelligit patri: profecto filius patrem sapientem  
facit. Et si hoc est deo esse quod sapere: et illi ea essentia est: que  
sapientia non filius a patre quod verum est: sed a filio potius  
pater habet essentiam quod falsum est. Est ergo deus pater  
sapientia ea que ipse est sua sapientia: et filius sapientia patris  
de sapientia que est pater: de quo genitus est filius. Quare et  
intelligens est pater: ea que ipse est sua intelligentia. Filius  
autem intelligentia patris: de intelligentia genitus que est pater.  
**Idem.** Non quoniam deus trinitas est: ideo triplex putan-  
dus est: alioquin minor esset in singulis quam in tribus pariter.  
In hac que trinitate cum dicimus personam patris: non aliud  
dicimus quam substantiam patris: quia persona patris non aliud  
est: quam ipse pater. Ad se quippe dicitur persona: non ad fili-  
um vel ad spiritum sanctum: sicut deus et similia. Hoc enim  
solum nomen est: quod cum dicatur de singulis ad se: plura-  
liter non singulariter accipiatur in summa. Dicimus namque  
quod pater est persona: et filius est persona: et spiritus sanctus est  
persona. Pater tamen et filius et spiritus sanctus non vna per-  
sona: sed tres. Verum cum dicimus tres personas: vnam essen-  
ciam: neque vt genus de speciebus: neque vt speciem de indiuiduis  
predicamus. Videtur posse dici: vt tres homines vna natura  
sed plus sunt duo homines: quam vnus. Sed non maior est essen-  
tia pater et filius: quam solus pater: aut solus filius: et tres ille  
personae. Si ita dicende sunt: equales sunt in singulis: quod ani-  
malis homo non percipit. Cur ergo latinitas hoc ita inusita-  
te posuit: nisi quia voluit hoc vnum nomen seruire: huic signifi-  
cationi que intelligitur trinitas: ne omnino taceremus quod tres: cum  
tres esse fateremur: que nomine non diuersitate intelligi voluit  
sed singularitatem noluit. Ita et illa tria: et a se inuicem deter-  
minari videntur: et in se infinita sunt: ita et singula sunt in sin-  
gulis: et omnia in omnibus singulis: et singula in omnibus:  
et vnum omnia. **Idem.** Denique si qua est deo cum alijs alie  
cuius nominis communio: valde proculdubio intelligenda est  
diuisa significatio. Sed hoc potentiori ratione oportet ostendere

**S**i nullius accidentis susceptibilis est: quomodo dicitur iusta vel sapiens vel aliquid huiusmodi diuina natura? Sed certum est quod summa natura ideo vere est: quia per se est quicquid est nihil autem iustum est nisi per iusticiam. Igitur si non est iusta nisi per iusticiam: et non potest esse iusta nisi per se. Quid consequentius quam ut eadem sit ipsa iusticia: per quam iusta est? Quapropter si queratur quid sit ipsa summa natura: quid rectius responderetur quam iusticia? Et cum creatura dicatur iusta in eo quod quale est eo quod habet iusticiam: ipsa non proprie dicitur habens iusticiam: sed existens iusticia: et ideo non in eo quod quale: sed in eo quod quid sit dicitur. nihilque in ea quod differt: siue dicatur iusta siue iusticia. Quod vero in exemplum iusticie ratum esse conspicitur: hoc de omnibus que similiter de summa natura dicuntur: intellectus per rationem sentire cōstringitur. Quicquid igitur eorum de illa dicatur non qualis vel quanta: sed magis quid sit monstratur. Quicquid enim est quale vel quantum est: etiam in eo aliud quod quid est vnum non simplex: sed compositum est. Nam cum aliquis homo dicatur corpus et rationalis et homo: non vno modo vel vna consideratione hec tria dicuntur sed enim aliud corpus: et hinc aliud rationalis est. et singulorum horum non est totum quod homo. Illa vero summa essentia summa vita: summa iusticia: summa sapientia: summa magnitudo: summa eternitas: et alia similiter quecumque sunt in vocabulis multiplicia: non plura significant: sed vnum. **I**dem. Neque persona patris neque persona spiritus sancti: sed sola filii persona carnem assumpsit: et ut hoc intelligas comparationibus utar: ut ex creatura creatoris intelligas. In anima est ratio: et cum sint vnum aliud anima agit aliud ratio: anima viuimus ratione sapimus. Ita et pater et filius et spiritus sanctus: sed cum vna substantia sit: tota trinitas operata est hominem quem assumpsit: cum que non tota trinitas assumpsit: sed sola persona filii. **I**dem. in libro quinto de trinitate. Deo aliquid accidere non potest. Dicitur ad aliquid sicut pater ad filium: et filius ad patrem quod accidens non est: quia et ille semper pater: et ille semper filius. Si vero pater ad seipsum diceretur: hinc substantiam diceretur. **I**tem. quous diuersum sit esse patrem et filium: non est tamen diuisa substantia: quia hec non hinc substantiam dicuntur: sed hinc relationem: quod tamen relationem vnum non est accidens: quia non mutabile est. **I**tem. Non hinc homo quod ad patrem dicitur: equalis est filio: patris est ratio: ut hinc id equalis sit: quod ad se dicitur: quicquid autem ad se dicitur: hinc substantiam dicitur: restat ratio: ut hinc substantiam sit equalis eadem igitur vtriusque substantiam. Cum vero ingenitum dicitur pater non quod sit: sed quod non sit dicitur. Cum autem relationem negat: non hinc substantiam negat: quia ipsum relationem non

fm substantiam dicitur. **Item.** Quid tres: magna proesus laborat inopia humanum eloquium. Dicitur est tres persone non ut illud diceretur: sed ne taceretur. **Item.** Trinitas nullo modo filius dici potest. **Item.** Fatendum est patrem et filium: principium spiritus sancti. **Item.** Filius non tantum ut sit filius: q̄ relatiue dicitur: sed omnino ut sit ipsa substantia nascendo habet. **Itē.** Cum conare humana inopia loquendo proferre quod tenet de domino deo: timuit dicere tres essencias: ne intelligeretur in illa summa equalitate vlla diuersitas. **Item.** Ideo dicimus tres personas: nō ut aliqua intelligatur diuersitas essencie: sed ut vel vno vocabulo responderi possit: cū dicitur: quid tres vel quid tria. **Hieronymus.** Vnum in tribus fatemur personis deum. Tres personas expressas sub proprietate distinguimus: non nomina tantummodo: sed & nominum proprietates: id est personas. Vel ut greci exponunt ypostasis: hoc est substantias confitemur: nec pater filij aut spiritus sancti personam aliquādo excludit nec rursus filius aut spiritus sanctus patris nomē personamq; recipit: sed pater semper est pater: filius semper est filius: spiritus sanctus semper est spiritus sanctus. Itaq; substantia vnum sunt: personis ac nominib; distinguunt.

**Ambrsius de trinitate.**

**Q**uartio nostre fidei hec est. Vnum deum dicamus esse: non duos aut tres. Tres deos esse dicit: qui diuinitatem seperat trinitatis. Nos autem patrem & filium & spiritum sanctum vnum deum esse confitemur: ita ut in trinitate perfecta & plenitudo sit diuinitatis: & vnitas potestatis. Deus enim vnus est. Deus nomen est magnificentie nomen potestatis. Si ergo vnus deus est: vnum nomen: vna potestas: vna est trinitas. Deniq; dicit. Ite baptisantes in nomine patris & filij & spiritus sancti. In nomine itaq; non in nominibus: vnum nomen est: vbi est vna diuinitas: vna substantia: vna maiestas: hoc nomen est: in quo oportet omnes saluos fieri. **Item.** Ego & pater vnum sumus. Vnum dixit ne fiat discretio potestatis: sumus addidit: ut personas cognoscamus. Non enim pater ipse qui filius: sed ex patre genitus filius: ex deo deus: ex pleno plenus. Non sunt igitur hec nuda nomina: sed virtutis indicia. Plenitudo diuinitatis in patre: plenitudo in filio: sed nō discrepans: nec confusum qd vnum est: nec multiplex quod indifferens. Quomodo filius a patre genitus: impossibile est scire: mens deficit: lingua file: nō hominum tantum: sed angelorum: **Supra angelos: supra cherubim: sup̄ seraphim: supra oēs sensum est: credere iubemur:**



discutere non permittitur. aufer argumenta: vbi fides ques-  
ritur. **C**redimus vnum deum: patrem & filium & spiritum  
sanctum. Patrem eo quod habeat filium. Filium eo quod ha-  
bet patrem. Et spiritum sanctum: eo quod sit ex patre & filio  
**P**ater ergo principium deitatis: qui sicut nunquam fuit non deus:  
ita nunquam fuit non pater. A patre filius natus: ab eo vero  
et a filio procedit spiritus sanctus. **P**ater eternus: eo quod habe-  
at filium eternum cuius eternus sit pater. Filius eternus: eo  
quod sit patri & spiritui sancto coeternus. Spiritus sanctus eter-  
nus: eo quod patri & filio sit coeternus. Non confusa vt Sabel-  
lius dicit trinitas in vna persona. neque seperata aut diuisa in  
natura diuinitatis: vt Artius blasphematur. Sed alter in per-  
sona pater: alter filius: alter spiritus sanctus. vnus in natura  
in trinitate: deus pater & filius & spiritus sanctus. **I**tem. Non pater  
carnem assumpsit. neque spiritus sanctus: sed filius tantum. vt  
qui erat in diuinitate patris dei filius: ipse fieret in homine ho-  
minis filius. ne filii nomen in alterum transiret: qui non esset  
a natiuitate filius. **D**eus ergo natiuitate filius hominis: factus est filius  
natus secundum veritatem nature: ex deo dei filius. & secundum veritatem  
nature: ex homine hominis filius. vt veritas geniti non ado-  
ptione neque appellatone. sed in vtraque natiuitate filii: nomen  
nascendo haberet: & esset verus deus & verus homo vnus fili-  
us. **I**tem. Non ergo duos christos: neque duos filios: sed de-  
um & hominem vnum filium: quem propterea vnigenitum  
dicimus: manentem in duabus substantiis sicut contulit ei  
veritas nature: non confusis naturis: neque immixtis. Itaque  
enim filius assumpsit hominem: vt qui suscepit & quod sus-  
cepit: vna esset in trinitate persona. Neque enim homine assum-  
pto qua trinitas facta est. sed trinitas mansit assumptione  
illa ineffabiliter faciente persone vnus in deo & homine veri-  
tatem. **Q**uoniam non deum tantum: nec hominem tantum  
dicimus christum. sed deum verum natum de deo patre: &  
verum hominem natum de homine matre. Nec eius huma-  
nitatem qua minor est patre: minuere aliquid eius diuinitati  
qua equalis est patri. Hoc igitur vtrunque vnus est christus: qui &  
secundum deum dixit. Ego & pater vnum sumus: & secundum hominem  
pater maior me est. **E**x quo homo cepit esse: non aliud ce-  
pit esse quam dei filius: & quia vnigenitus: & propter deum verbum  
quod illo suscepto: caro factum est: vt quemadmodum est  
vna persona quilibet homo. anima scilicet rationalis: & caro.  
ita sit christus vna persona verbum & homo. **I**tem. Christus  
hiesus dei filius: est & deus & homo. Deus: quia dei verbum  
Homo: quia in vnitatem persone accessit deo dei verbo anima

rationalis & caro. Et quia vnicus dei filius est: etiam & filius hominis id est ipse vtrunq; ex vtroq; vnus christus: vnus dei filius: idemq; hominis filius: non duo filij deus & homo: sed vnus filius. **Item.** Deus hominem assumpsit: homo in deum transiuit. Non nature versibilitate: sed dei dignatione: vt nec deus mutaretur in humanam substantiam: assumendo: hominem: nec homo in diuinam: glorificatus in deum: quia mutatio vel versibilitas nature: vel diminutionem: vel abolitionem facit. **Creditur** a nobis: sine confusione coniuncta trinitas: sine sepeatione: distincta. **Item.** Nihil creatum: aut feruens in trinitate credendum est: nihil inaequale: nihil gratie equale: nihil anterius posterius ve: nihil maius aut minus: nihil extraneum aut officiale alteri: nihil sibi inuisibile: nihil creaturis visibile: nihil moribus vel voluntate diuersum: nihil de trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum: nihil officio singulare nec alteri communicabile: nihil confusum sed totum perfectum: quia totum ex vno & vnum: non tamen solitariu. **Item.** Homoison ergo: id est in diuinitate patri filius: homoison patri & filio spiritui sancto. Omoison deo & homini: vnus filius manens deus in homine suo in gloria patris: desiderabilis videri ab angelis. Sicut pater & spiritus sanctus adoratur ab angelis & omni creatura. Non homo propter deum: vel christus cum deo: sed homo in deum: & in homine deus.

**Quod verbum carnem assumpsit cum pena sine culpa cum mortalitate sine iniquitate. Ca. v.**

**M**ulti querunt de carne illa quam verbum assumpsit: qualiter a peccato munda fuerit: & qualiter sine peccato penam peccati portauit: Et de eo quod qualiter a peccato munda fuerit vel mundata: Quorundam estimationem tacere non debemus: ne forte si non exponatur: non videatur: & si non videatur quod est: credatur quod non est. **Quidam** putant carnem illam que assumpta est a verbo ab initio & in primo parente quando tota massa nature humane per peccatum corrupta est: a contagione & a corrupti/one peccati immunem fuisse custoditam: & ab ipso primo parente vsq; ad susceptionem sui a verbo: liberam ab omni peccato: & mundam deductam: vt nunc sub peccato fuerit. **Et** ideo a peccato non liberatam: sed liberam. **Aiunt** enim quia illa pars nature humane sub peccato esse non debuit per quam ipsa natura humana vbi obnoxia peccato fuerat a peccato liberanda erat.

Ad comprobandum quod eandem estimationem adducunt illud quod Apostolus cum nouum sacerdotium veteri preferendum assereret: melchisedech qui typum ipsius christi: ac noui sacerdotij gerebat: ab abraam decimas accepisse ostendit: in qua decimatione etiam leui: a quo veteris sacerdotij ministros descendisse dubium non est: decimatum comprobauit. Ac per hoc vetus sacerdotium quod in leui decimas dedit inferi? nouum autem quod in melchisedech: qui forma christi decimas accepit superius: et dignius estimandum est. Vbi tamen christum qui tunc secundum carnem similiter ut leui in lumbis abrae fuit decimatum non dicimus? ne simili ratione nouum quod sacerdotium quod in christo est: ibidem decimas dedisse conuincamus. Quomodo autem leui qui secundum carnem in lumbis patris tunc fuit decimatus esset: et christus qui secundum carnem ibidem fuit: decimatus non est: nullam causam aliam inuenire posse putant: nisi quia caro leui cum culpa ibi fuit: caro christi non fuit. Atque ideo quod peccato obnoxium erat expiatione eguisse: quod autem mundum atque a peccato liberum erat: non eguisse. Tali ergo se ratione putant probare quod caro illa quae a verbo assumpta est: nunquam obnoxia peccato fuit: sed ab initio siue in eo a quo descendit: siue in his per quos descendit: munda seruata sit a peccato: ut aliquando esse possit hostia pro peccato. Sed catholice veritatis diffinitio: filium dei qui pro peccatoribus et de peccatoribus natus est de carne obnoxia peccato carnem assumpsisse asserit liberam a peccato: et ideo liberam: quia liberatam. Ideo liberam: non quia sub illo nunquam fuit: sed quia sub illo esse aliquando cessauit. Quando assumpta est: mundata est. Per eandem quippe gratiam natura humana mundata est: ut dei verbo libera a peccato uniretur: per quam christianus a peccato liberatur: ut eidem nature christo: in christo capite suo societur. Appareat itaque nobis sicut dicit beatus Augustinus gratia in christo nostro capite: unde secundum uniuscuiusque mensuram se per cuncta membra eius diffundit. Ea gratia fit ab initio fidei suae. Homo quicumque christianus: quod gratia homo ille ab initio suo factus est christianus. De ipso spiritu et hic renatus: de quo est ille natus. Eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum: quo spiritu factum est: ut nullum haberet ille peccatum. Sic ergo factum est per gratiam: ut caro illa a peccato sub quo ab origine sua erat: mundaretur: et mundata in illo quod liber ab omni peccato in ea futurus erat: a peccato libera assumeretur: ut nec gratia corruptioni nature preiudicium faceret: nec corruptio nature gratiam impediret. Quomodo ergo inquit christus in lumbis

abrae decimatus non fuit: si caro eius ibi peccato obnoxia fuit: Sed sciendum est q̄ licet caro christi sicut caro leui adhuc in lumbis abrae sub peccato fuit: tamen ipsum peccatū eius non fuit: sub quo caro eius fuit: hoc enim solum ei ibi fuit: q̄d inde futurum ei fuit. Quapropter leui illic & naturam & culpam habuit: quia tamen per propagationem originis & naturam & culpam trahere debuit. Quia ergo christus in lumbis abrae solam naturam habuit: propterea q̄ ipsam solam inde accepturus fuit: peul dubio oblatione non eguit: que pro eo quod eius solum ibi erat: necessaria nō fuit. Oblatio enim non pro natura: sed pro culpa offertur: quia si pro culpa non esset: natura oblatione opus non haberet. Sic ergo leui in lumbis abrae decimatus est: quia & naturam & culpam ibi habuit: qui & naturam & culpam inde accepturus fuit. Christus vero decimatus nō est: qui propterea q̄d inde solam naturam accepturus erat: illam etiam & tunc ibi culpam non habuit: cum ipsa que eius futura erat sine culpa natura in sua origine culpe obnoxia non fuit.

**¶ Q̄ verbum cum carne rationalem animam assumpsit. et qualis fuit anima illa in sapientia et virtute. et iusticia et bonitate et merito. ¶ Ca. ij.**

**¶** Vidam heretici fuerunt: qui putauerunt in christo cum carne a verbo rationalem animam assumptam non fuisse: sed solam carnem verbo unitam: & ipsam diuinitatem verbi: carnem loco anime viuificasse: eandemq̄ diuinitatē ab ipsa carne quādo in cruce mortua est recessisse: rursusq̄ ad ipsam quando resuscitata est viuificandam & resuscitandam redisse. Sed catholica fides habet: totum q̄d hominis erat preter culpam deum assumpsisse: quia nec aliter verus homo esse potuisset: nisi totum quod ad veritatem humane nature pertinebat: assumpsisset. Accepit ergo cum carne & in carne ipsam animam rationalem: que & carnem ipsam vegetaret & sensificaret ad vitam: & scdm liberam voluntatem peccatum respueret: & sectaretur iusticiam. Cui & hoc ex societate diuinitatis collatum est: vt spontanea quidam voluntate bonum faceret: sed ad malum faciendum nulla proesus necessitate vel infirmitate declinare potuisset. Dicit quippe beatus Augustinus. De spiritu sancto & virgine Maria dei filius natus vnicus est: non carnis cupidine. sed solo dei munē libera in illo voluntas erat: ac tāto magis erat q̄nto magis huire peccato nō poterat. Multa autē querunt de illa rōnali aīa. e q̄b vnū ē: vt videlicet equalē cū diuinitate sciam

habuit: de qua questione in alio opusculo quod de anima christi intitulatum est prolixius disputavi. **Hic** vero hoc solum commemorare sufficit: quod eadem anima sicut plenam et perfectam dei sapientiam unitam habuit: ita plene et perfecte ex ipsa & per ipsam sapientiam sapiens fuit: nec tamen ipsi sapientie natura equalis fuit: quia longe aliud est sapientia sapere: atque aliud sapientiam esse. **Ex** quo enim humanitati diuinitas coniuncta est: ex ipsa diuinitate humanitas accepit per gratiam totum quod diuinitas habuit per naturam: ita ut secundum illam ineffabilem unionem et dei esset in humanitate sua: totum quod humanitatis erat: et hominis in diuinitate sua esset: totum quod diuinitatis erat. **Sic** ergo humanitatem verbi in anima rationali a prima conceptione sua ex ineffabili unione diuinitatis plenam & perfectam sapientiam: et potentiam et virtutem et bonitatem accepisse credimus: et ipsam sicut in unione diuinitatis inseparabiliter: sic in ipsa que ex unione diuinitatis erat plenitudine virtutis incommutabiliter permanisse ostendemus. **Nec** enim iccirco deus homo inter homines conuersari voluit: ut quasi per interualla temporum: sapientia aut virtute proficiens: meritum sibi comprobaret: et seipso melior fieret: sed ut ea sapientia & bonitate quam ipse in diuinitate sua plenam et perfectam semper habuit: et in humanitate sua plenam & perfectam semel et simul accepit: dispensationem salutis humane secundum ineffabilem ordinationem suam compleret. **Quia** propter id quod dicit euangelista: quia proficiebat iesus etate et sapientia & gratia. **Non** ita accipit quasi in semetipso melior factus sit: sed quia hominibus quam ipse habebat sed latebat sapientiam et gratiam prout ratio temporum postulabat magis semper ac magis aperuit. **Ita** apud homines ipse proficiebat: quando homines ipsi in eius cognitione profecerunt. **Apud** deum autem profecit in eo quod dum se sapientia & gratia dei plenum ostenderet eos ad laudem dei patris: a quo hec esse testabatur magis semper ac magis prouocauit. **De** merito etiam christi pretereundum non est quod quidam minus considerate dicere solent: quia scilicet christus homo aliter ad gloriam immortalitatis peruenire non potuisset: nisi prius per passionem merendo: mortem sustinisset. **Non** enim attendunt hi: quia quod deus homo mortalis fuit non necessitatis erat: sed voluntatis. **Nam** si prius homo sine morte ad immortalitatem peruenire potuisset si se ab inobedientie culpa custodire voluisset: quantomagis christus homo qui non solum sine peccato homo iustus: sed supra hominem deus fuit carni sue quam ad consortium deitatis in conceptione sublimauerat: gloriam incorruptionis dare

**Cars Prima**

**Folium VIII**

potuisset etiam si illam attolerantiam passiois et mortis humiliare noluisset: Si christus ad gloriam resurrectionis: nisi moriendo peruenire non potuit: ergo pro se mortuus est christus et necesse habuit mori: ut viuere posset. **Quid** autem dicit: Vado inquit imolari pro vobis. **Hic** intendite: vado imolari pro vobis. **Quare** non dicit et pro te? Si pro nobis mortuus es: ubi est pro te? **Audite** ergo christus dicit: quia pro nobis mortuus est: et nos dicimus: quia pro semetipso mortuus est beneficium negamus: quia gratias referre nolumus. **Si** pro se mortuus est: quid ei debemus? **Ips**e igitur sibi congratuletur: pro se sustinuit: sibi recepit. **An** forte et sibi et nobis? **Quare** ergo tacuit sibi: et dixit nobis? **An** forte erubuit de necessitate: et gloriabatur de pietate? **Ergo** et ipse erubuit manifestare: tu non erubescis impropere. **Sed** dicunt. Si christus per tolerantiam passionis: gloriam resurrectionis non meruit: quid est quod dicit Apostolus. **Christus** factus est pro nobis obediens patri usque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod et deus illum exaltauit: et dedit illi nomen quod est super omne nomen? **Ecce** manifeste dicit apostolus quia propterea per resurrectionis gloriam: christus meruit exaltari: quia prius per obedientiam passionis usque ad mortem non respuit humiliari. **Si** ergo propter hoc exaltatus: quia humiliatus. **Ergo** exaltationis causa: humiliatio fuit. **Ergo** in humiliatione meruit: quod in exaltatione humiliationis premium recepit. **Si** autem merendo ad gloriam peruenit: quomodo ad illam peruenire potuisset: si non meruisset? **Sic** igitur isti argumentando de propositione erroris: ad conclusionem mendaciam perueniunt. **Fallit** quippe eos quod meriti nomen non discernunt. **Et** propterea quia dicere non audent christum nihil meruisse: ne forte opera ab eo facta apud deum nullius virtutis aut precij fuisse dicere videantur: dum eadem timet: precipitant se asserentes quod **Christus** patiendone gloriam meruit: ita ut si passus non fuisset: illam nec habere potuisset: nec debuisset. **Si** enim dicimus: quia nihil meruit: consequens esse putant opera virtutis aut iusticie eum non fecisse. **Si** autem dicimus: quia meruit: statim inferunt aliquid eum prius non debitum sibi operando optinuisse: quod est dicere: quia christus aut bona opera non fecit: aut aliquid quod sibi prius non debebatur operando promeruit. **Sed** videte quam stulta sit ista assertio. **Quid** enim? **Ergo** deus bonum opus facere non potest. **Quia** nihil debitum sibi pro mereri potest: **Aut** ideo operando non meretur. **Quia** sibi debetur:

etiam si non operetur. Quādo nobis beneficia impendit deus et dona munificentie largitur: nonne hec ipsa faciendo a nobis pro beneficijs suis amari & laudari meretur? Aut quia meretur: ideo prius dignus non fuit: aut minus fuit. Et opere temporali: creuit meritū dei: & melior seipso factus est deus. Nunquid non melius est & multo melius: vt dicamus: quia eterna bonitate q̄ in ipso est nunq̄ creuit: quia plena in ipso et perfecta semper fuit: plene semper & perfecte bonus fuit & dignus laudari & amari? Et quando opus temporale facit: et nobis bene facit: amari & laudari a nobis meretur: & est meritū operis in illo etēnum: q̄d nobis temporaliter exhibet. Neq̄ ideo modo non meretur: quia prius dignus fuit. neq̄ quia modo meretur: prius dignus non fuit. Est modo meritum in opere quia quod fuit: opus est bonitatis. & ipsum meritum tū cum opere in operante non incipit: quoniam & ante exhibitionem operis: bonitas fuit operantis. Silitur dicitur deus homo: qui sicut in diuinitate sua ab eterno perfectam bonitatem habuit: imo ipse perfecta bonitas fuit: ita in humanitate sua a prima conceptione plenam perfectamq̄ bonitatem accepit: non tunc primum obedientiam patiendi & moriēdi habere cepit: quando pati & mori cepit. Ecce concedimus: quia obedientia meritum est: exaltatio premiū. Quid ergo? Si obedientia meritum est: Nonne ex quo obedientia cepit: meritum cepit? Factus est inquit obediens. Quis factus est? Christus. Scdm̄ quid factus est? Scdm̄ humanitatem. Secundum humanitatem factus est obediens: sm̄ diuinitatem subesse non potuit: in qua equalis fuit. Alia scriptura dicit: Didicit ex his que passus est obedientiam. Didicit q̄d nesciuit. Quid nesciuit? Obedientiam. Subesse nesciuit: non potuit in eo quod equalis erat: esse inferior. Propterea didicit quod nesciuit: q̄a id quod in excellentia deitatis expertus non fuit: per inferiorē naturam in vsum assumpsit. Factus est obediens. Ex quo factus est homo: factus est obediens. Ex quo homo esse cepit: subiectus esse cepit. In quantū homo dignitate: in quantum bonus voluntate: hoc est meritum. Si voluntas semper perfecta fuit: & meritum semper perfectum fuit. Ex quo deus cepit esse homo: & homo cepit esse deus. Deus cepit esse homo subiectus: & hō cepit esse deus perfectus. Si deus humiliatus est quantum potuit in homine: homo sublimatus est quātum potuit in deo. Si deus in eo quod homo esse cepit: passibilis & mortalis esse cepit: & homo in eo quod deus esse cepit: iustus & bonus & perfectus esse cepit. Sicut enim deus quando esse homo cepit: quod hominis erat accepit sic

et homo quando deus esse cepit: quod dei erat: accepit. **Q**uia propter sicut deus perfecta sapientia: et potestas: et bonitas est: ita homo ex quo deus factus est: perfecte potens et sapiens et bonus in deo factus est. An putas christum hominem tunc primum plenam et perfectam potentiam diuitatis accepisse. **Q**uando dixit. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. **V**nde ergo prius demonibus imperauit. Angelos ministros habuit: elementa ad nutum imperij sui inclinauit: An forte quia orantem legis quasi precibus obtinuisse putas quod prius ipse non potuit: Pater inquit clarifica filium tuum. **E**t ecce vox facta est de celo dicens. **E**t clarificauit: et iterum clarificabo. **A**udistis filium postulantem: patrem annuentem. **P**utas quia precibus obtinuerit quod non optinisset: si preces non fudisset: **A**udi quod sequitur. **N**on propter me inquit facta est vox ista: sed propter vos. **S**i responsio propter me facta non est: nec postulatio propter me facta est. **S**icut ego responsionem patris non accipio: ut me exauditum intelligam. **S**ic nec preces patri fundo: ut quod non possum obtineam. **E**go enim totum possum: totum quod pater potest: ego possum: qui filius sum patris. **O**mnia enim que pater facit: hec et filius facit similiter. **E**x quo enim ut filius dei patris essem homo accepi: totum quod deus pater potest posse accepi. **V**idetur ergo quomodo christus homo in eo quod filius dei fuit: et ex quo dei filius fuit: diuinam sapientiam et potestatem et bonitatem habuit: ac plene et perfecte: quia plene ac perfecte fuit. **A**ut ideo ab initio hoc non fuit: quia ab initio hoc non dixit. **N**ec hec inquit ab initio non dixi vobis. **E**rgo ab initio christus homo ex quo homo esse cepit: deus non fuit. **Q**uia ab initio ex quo homo esse cepit: hoc non dixit: **D**iu fuit christus homo inter homines: priusquam deum se diceret vel probaret. **E**t quando hoc dicere cepit: cum magna modestia ac reuerentia hoc dixit: ne scandalizarentur qui mirarentur. **N**ec susciperent qui non caperent. **I**deo reuerenter se suggestit: non precipitanter ingessit. **Q**uem inquit dicunt homines esse filium hominis: **N**on predicauit: sed interrogauit. **D**ici voluit: sed dicere noluit: ne non veritatem docere: sed gloriā querere videretur. **C**reditis in deum: et in me credite. **C**onsidera quomodo modeste se adiungit: quia sciebat extra hominis intelligentiam esse: ut homo deus crederetur: **P**ropterea humane intelligentie adhuc subitus erat homo: neque in fide hominis adhuc ut deus crederetur: ascenderat. **I**deo dubitanti et amanti dixit. **N**oli me tangere: non dum enim ascendi ad patrem meum. **P**ropter hoc ergo quia sciebat in gloria



humana se subitus esse. & vt equalis crederetur: eidem conscientie longinquū & extraneum esse paulatim illā fouebat vt ad veritatem assuefaceret: vt veritas illam illuminaret: nō nouitas scandalizaret. Sic ergo christus homo inter homines conuersando hinc dispensatiōz saluti humane congruam per temporum interualla: quod in se similiter erat: aperuit & qđ ipse ab initio plenum & perfectum habebat humane cognitioni per quosdam profectus reuelationis se habere magis ac magis prout oportebat: ostendit. Sed dicūt. Si in christo homine ab initio ex obediētia suscipiens passionis meritum fuit. in hoc ipso iam constat: quia si passurus non fuisset ab initio meritum obedientie patiendi habere non potuisset. Si enim passio futura non fuisset: obedientia patiendi nulla fuisset. Si obedientia non fuisset: meritū obedientie non fuisset. Sic itaq; ad optinendam gloriā incorruptionis: inducere conantur necessitatem passionis. Sed minus considerant: qđ eadem bonitate qua se ad obedientiam passionis spontaneū exhibuit. quia pati voluit: iustus & bonus & gloria dignus fuisset: etiam si pati noluisset. Si enim pati noluisset: & ad patiendum obediens non fuisset: non tamen inobediens fuisset quia voluntati patris nolens non contradixisset: quā hinc pater noluisset. Nā sicut obediens fuit. quia volenti volens assensit: ita proculdubio obediens fuisset: si nolenti hocidem patri & ipse nolens consensisset. Itaq; semper obediens fuisset: etiam si passus nō fuisset. neq; merito eius quicq; minueret: etiam si ad passionem quam nō ex debito: sed ex dignatione suscepit: non humiliaretur. Vnum est tamen inquit: quod christus per passionem obtinuit quod vtiq; habere non potuisset: si passus non fuisset. Patiēdo quippe omnibus credentibus factus est exemplum passionis: sicut resurgendo omnibus patientibus forma glorificatiōis: hoc ergo lucratus est patiēdo: qđ ipm magistrum & doctorem sequunt omēs qui bene patiuntur. Magnum quid lucratus est. Quid sibi hoc prodest? Precedit & omnes sequitur. Cuius bonum est hoc? Errantes inueni: precessi vt viam docerem: omēs secuti sunt. Mibi quid prodest? Ego viam sciebam: per me incedere poteram: sed non erat causa pergendi: si compassio non esset subueniendi. Stulti & tardi ad credendum: nonne oportuit pati christum: & ita intrare in gloriā? iam: Intendite. Oportuit itaq; inquit pati christum: & ita intrare in gloriā suā? Quid est ita? Per passionem: post passiōem glorificationem. Quid? Ergo christus non potuit intrare ad gloriā: nisi trā saret per penam. Quid est oportuit: nisi quia aliter nō potuit

**Pars Prima**

**Folium X.**

Quomodo ergo suam si oportuit? & quomodo oportuit si suam? Si gloria fuit sua: quo modo ut ad illam intraret: pati oportuit: sed suam propter se: oportuit propter nos. Poterat quidem christus si voluisset alia via intrare in gloriam suam: et quomodo vellet: illam accepisset? Si vellet nunquam caruisset sed semper habuisset. Sed voluit propter nos per penam ire in gloriam: ut moriens timorem tolleret passionis: resurgens redderet spem glorificationis. Hac via ire voluit: quia nos hac via ire debuimus: qui alia non potuimus. Nos volumus: sed non possumus: ipse potuit: sed noluit: quia si aliter voluisset pervenisset: sed non subuenisset. Qui ergo christum in passione aliquid meruisse asserit: ita ut eadem passione bonum aliquid ad commodum vel utilitatem vel gloriam suam eum optinuisse contendat: quod iuste habere non potuisset: si passus non fuisset: christum plane in necessitatem passionis deducit et pariter redemptionis gloriam que in morte ipsius exhibita est imminuere vel potius evacuare convincitur. Qui causam passionis eius: non nostram sed suam necessitatem fuisse probare conatur. Ergo christus non meruit: quasi indebitum aliquid acquirens: & tamen meruit opus virtutis postea exhibitum: dignum remuneratione perficiens. Neque enim ideo quia prius ipse dignus fuit opus virtutis: postea exhibitum remunerabile non fuit: neque rursus quia pro opere virtutis remuneratus dicitur priusquam operaretur: etiam dignus fuisse negatur. Meruit ergo quantum ad virtutem operis: quia pro opere remuneratione dignus fuit: nec tamen sic meruit: quasi dignus non fuisset: etiam si operatus non fuisset. Paterfamilias laborat in vinea sua: & postea cum ad refectorem venit: postulat cibum: bene se meruisse dicit quod acceptus est. Sed aliter mercenarius meretur: aliter dominus. Mercenarius meretur: quia ei non deberetur: si non operaretur. Dominus autem etiam si non operatur: panem suum manducat: quia suus est: & non opus habet: si vult pro eo laborare: quia suus est etiam sine opere. Multa sunt que dici potuissent super his: sed hec presenti abbreviationi sufficiunt. Novissime querunt de anima illa rationali quam verbum cum carne in unitatem persone assumpsit: utrum sicut eam ex ineffabili unione divinitatis: perfectam sapientiam & virtutem & bonitatem accepisse dicimus: ita quoque ab initio priusquam gloriam

resurrectionis per immortalitatem carnis induerit ex eadem  
 unione diuinitatis: plenam quae beatitudine habuisse dicam?  
**Q**uod si concedimus: obiciunt: quod anima illa ante resurrectionis  
 passiones et dolores sustinuit: ac per hoc plena beatitudo esse  
 non potuit: ubi pena et dolor fuit. **S**ed non attendunt quod anima  
 illa secundum aliud carni unita fuit: et secundum aliud diuinitati. In eo quod  
 carni unita fuit: vita carnis ipsa fuit. In eo autem quod diuinitati  
 unita fuit: vita ipsius diuinitas fuit. In eo autem quod carni iun-  
 gebatur: recedente anima: ipsa caro mouebatur. In eo autem  
 quod diuinitati iungebatur: et carne recedens ab ipsa diuinitate:  
 non separabatur. **Q**ue igitur in sensu carnis ad tempus dolorem  
 sustinuit: in societate deitatis plenum et perfectum gaudium  
 semper habebat. **V**bi enim perfecte iungebantur: plene et perfe-  
 cte beatificabantur: ubi autem ad tempus minus habuit ex  
 dispensatione: postea suppletum est in glorificatione: ita tamen  
 ut quod in parte sublimiori habebat verum bonum: nec ali-  
 quando redderetur. **Q**uia nunquam fuit amissum: nec suppleretur  
 quia ex quo datum est: semper mansit perfectum.

**De Carne quam uerbum assumpsit: qualis fuit  
 secundum passibilitatem et sensum et affectum. Ca. viij.**

**D**e carne uerbi hic primum commemorare oportet: quod  
 illam ab ipsa conceptione spiritus sancti operatione  
 ita mundatam credimus: ut eam uerbum ipsum liberam  
 proles: et immunem ab omni peccato assumeret: pena tamen  
 peccati uoluntate non necessitate assumptis remanente: ut dum  
 ista in saluatore sine culpa pateretur: illa quae in saluandis pro culpa  
 pene obnoxia fuerat: liberaretur. **D**e hac itaque pena passibilitatis  
 siue mortalitatis querit quidam quomodo in carne saluatoris  
 erat. **S**ed facile est scire quomodo caro illa quamdiu in massa  
 generis humani sub originali debito fuit: penam quae preuari-  
 cationis qua totum tenebatur in toto ipso ex necessitate sus-  
 tinuit. **P**ostquam autem a toto ipso singulariter diuisa est: ut  
 nec in ipso esset: nec cum ipso in causa participaret: iam nihil  
 pene debuit: quia culpe nil habuit: itaque quantum in ipsa fuit  
 non debuit sustinere penam: quando iam non habuit culpam.  
**P**oterat ergo iuste saluator in carne sua quae sine culpa as-  
 sumpsit: penam quae mortalitatis et passibilitatis infirmitatem  
 non assumpsisse: sed eam non solum super id quod nos sumus  
 mortales: quia peccator non erat: sed super id etiam quod pri-  
 mus homo ante peccatum fuit: quia probandus non erat a  
 prima conceptione gloria immortalitatis induisse. **P**rimus  
 quippe homo quia probandus erat: talis esse debuit: qui et

peccare et non peccare potuisset: ut voluntatis non necessitatis  
 esset utrunque. Neque enim vel obedienti meritum: vel non obe-  
 dienti culpa esse potuisset: nisi et obedientia et preuaricatio  
 voluntaria fuisset. Itaque quia ad probationem utrunque voluntas  
 eius expectabatur: ad utrunque ei possibilitas prestabat. Quia  
 ergo peccandi et non peccandi possibilitatem habuit: oportebat  
 ut etiam moriendi possibilitatem haberet. Si enim ex necessitate  
 immortalis fuisset: et preuaricator et peccator mori non potuis-  
 set: atque ita in obedientia penam debitam non haberet: nec se reco-  
 gnoscet aliquam peccatorum si mortuus intus: semper foris viveret. Item  
 si ex necessitate mortalis fuisset: etiam in obedientia persistens  
 mori debuisset: et iuste sine culpa puniret: si non peccans more-  
 retur. Quapropter quia probandus erat: et utrum in obedi-  
 entia persisteret expectabat: caro quod illius: et si aliquid mortalis  
 erat: quia scilicet mori poterat: et si aliquid immortalis erat: quia  
 poterat non mori: quatinus ex eo quod mori poterat moreretur  
 si peccaret: et ex eo similiter quod non mori poterat: non moreretur  
 si in obedientia perseveraret. Christus autem homo quia per-  
 fectus a principio et probatus inuentus est: ad perfectionem  
 vel ad probationem expectatus non est. Et ideo sicut liberum  
 arbitrium habuit: nec tamen ita ut peccare posset: ita quod et  
 immortalitatem quantum in se erat: habere debuit: et ita ut mori  
 omnino non posset. Unde constat quod christo homini a prin-  
 cipio non solum illa immortalitas debebatur quam primus homo  
 habuit ante preuaricationem: sed illa quod quam nunc secundum  
 habet post resurrectionem: ut videlicet sicut ex consortio dei-  
 tatis spiritu confirmatus erat ad veritatem: ut peccare non  
 posset: ita quod ex merito virtutis carne confirmatus esset ad inco-  
 ruptionem ut mori non posset. Sed quia caro peccatrix et pena  
 peccati liberari non potuit: nisi eius caro que sine peccato fuit  
 pateretur infirmitatem passibilitatis et mortalitatis in carne  
 assumpta retinuit potestate: sustinuit voluntate: non passus  
 est necessitate. De sensu autem passionis in carne christi: qui-  
 dam male sensisse inveniunt: asserentes carnem illam in omni-  
 bus his que in ea et circa eam exhibita sunt passionis genera-  
 similitudinem quidem passionis et doloris suscepisse: sed nul-  
 lum omnino dolorem aut passionem sustinuisse: sed non atten-  
 dunt quanta absurditas eiusmodi assertionem consequatur.  
 Quomodo enim in christo vera compassio fuit: si vera passio  
 non fuit? Quomodo stabit quod dicit propheta? Vere languores  
 nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portavit. Si christus  
 in cruce dolorem passus non fuit: quare tantopere calicem  
 passionis transferri a se postulavit? Quid sibi voluit sanguis

C

ille defudans: angustiam imminentis mortis contestatur?  
**Q**uid sibi voluit quod ipse christus et infirmitatem secundum quam  
caro passionem timuit. et voluntatem secundum quam spiritus  
promptus fuit: exponens ait. Spiritus quidem promptus est  
caro autem infirma. Isti ergo qui negant in saluatore secundum in-  
firmitatem carnis veram fuisse passionem: quantum in se est  
eam que per passionem christi facta est negare conuincun-  
tur redemptionem. **S**unt alii qui non minori temeritate de  
affectibus humanis in christo quos secundum veritatem nature  
cum humanitate et in humanitate suscepit quedam non so-  
lum falsa: sed horrenda etiam blasphemare non timuerunt.  
**Q**uia enim Apostolus ait. Non habemus pontificem qui  
non possit compati infirmitatibus nostris. Temptatum au-  
tem per omnia: asserunt humanum affectum in christo: mo-  
tus etiam utique sensisse absque consensu tamen rationis secun-  
dum eam concupiscendi infirmitatem qua nos qui peccato-  
res sumus ex illa originali corruptione quam portamus il-  
licitos appetitus: et motus concupiscentie surgentis et vicij  
temptantis delectationem etiam inuiti solemus sentire. Hos  
autem motus ideo Christum in carne sua voluntarie sus-  
stinuisse: ut quasi illis temptantibus resistendo vicio existere-  
ret: quatinus et sibi temptationem viciozum superando pre-  
mium iusticie acquireret: et nobis in temptatione positus:  
resistendi et vincendi in semetipso exemplum formaret. **S**ed  
absit a sensu christiano ut vlla in illa carne sacrosancta agni  
immaculati inordinate delectationis et concupiscentie illicite  
titillationem aliquomodo fuisse: aut dicat aut credat quia si  
vel aliquam prave delectationis radicem: aut motum concu-  
piscendi inordinatum in illa fuisse diceremus: profecto ab omni  
vicio liberam negaremus. **Q**uomodo autem viciuum munda-  
ret: si viciuum portaret? **M**otus quidem inordinatus ex infir-  
mitate concupiscendi surgens cum ipsa tantum corruptione  
de qua oritur non solum pena est: sed culpa: que tamen in  
baptizatis ad damnationem non imputabitur: quia per gratiam  
noue regenerationis excusatur. **S**icut dicit Apostolus. **I**am  
nihil damnationis est: his qui sunt in christo iesu. **H**ec ta-  
men corruptio per gratiam sacramenti non quidem accipit-  
ut culpa non sit: sed ut damnabilis non sit: quia si culpa om-  
nino non esset non haberet excusari: quia non deberet imputari

Quapropter illam infirmitatem humane nature que pena est: solum cum susceptione carnis christū assumpsisse veraciter dicimus. Illam vero que sic pena est: vt etiam culpa sit nullatenus ammississe indubitanter affirmamus. Neque enim sic victorem viciorū dicere volumus: vt cum ipsa que vincēt vicia portasse aliquando ac sensisse dicam⁹. Propterea enim per solam penam infirmari cōsensit: vt eos qui ⁊ in culpa ⁊ in pena egrotabant, Primum a culpa iustificaret: postea a pena liberaret.

**Quomodo intelligēdum est quod scriptum est de christo. Cōceptus est de spiritu sancto. ¶ viij.**

**Q**uoniam sicut superius dictum est incarnationem filij cū ipso filio pater simul ⁊ spiritus sanctus operatus sit. Merito querit̄ quare in scriptura sacra singularit̄ de spiritu sancto ꝑceptus memoratur. Hec quidem sic ⁊ cetera que de ipso dicuntur humana intelligentia timide cōtingit: sed deuotio fidei amplius presumes: hinc puram ꝑscientiam fideliter inquirat. Querendū itaq; in primis est: quomodo intelligi oporteat qd̄ dictum est: beatam Mariam de spiritu sancto concepisse. Scim⁹ nanq; ⁊ omēs iam frequentissimo vsu nature didicim⁹: quia cum mulier a viro concepisse dicitur non aliud nisi substantiam carnis a d̄ generandam carnem per carnis coitum suscepisse memoratur. Et hec quidē carnis substantia de carne viri per ipm̄ carnis coitum transfusa: cū carne mulieris vna caro efficitur: vt id qd̄ nasciturum est ex vtriusq; substantia veraciter originē sumens ab illo: per istā etiā ab ista generet̄. Ergo mulier a viro ꝑcipit: cum a carne viri per coitū carnis semen suscipit ad generandā carnē. Nec aliud concipit q̄ ille est a quo concipit: aut ipsa que ꝑcipit: et qd̄ concipit: hoc parit. Quid ergo dicem⁹. Nunq; spiritus sanctus de sua substantia semen partit̄ infudit aluo virginis? Quomodo ergo semen carnis ministrare potuit subā sp̄alis? An forte semen carnis nō fuit qd̄ conceptum est: ⁊ caro fuit qd̄ natum est? Quid dicemus? Quomodo Maria de spiritu sancto ꝑcepit. Et si de spū sancto ꝑcepit: quomō spū sanctus pater christi non fuit? Hec omnia magna consideratōne indigent: ne forte ī re difficili ⁊ valde obscura: sensus human⁹ aliquid amplius sua possibilitate presumat. Nec ideo de his dubitandum est q; obscura sunt nec ideo aliqd̄ temere diffinienndū: q̄ credenda sunt. Queramus ergo qd̄ ꝑcepit maria. Aut carnē non ꝑcepit: ⁊ carnē non genuit: aut si carnē genuit carnem ꝑcepit. Quod em̄ ꝑcepit: hoc ⁊ genuit. Sed quomodo carnem ministrare potuit: nō caro? Aut non carnē gignē caro?

**I**sta perplexa inquisitio: siue querendi ratio: quæadmodum sane & appetenter intelligi valeat consideremus. Et primum quidem in ea que sibi solitam ac vsitatam nature operationem peragitur in conceptione: eiusdem nature opus quomodo operetur intueamur. In parentibus carnaliter generantibus: & per carnis coitum nascituram carnem ex carne fabricantibus utrobique natura substantiam ministrat partui creando: ut ex utriusque carne procedat: que solum in unius carne formanda est caro. Tamen hoc vectigal quod natura quasi debitum quoddam ex instituto creatoris ad fabricam humani corporis absoluendam impendit. Ita proæsus sine vlla necessitate aut coactione ab ea requiritur: ut nisi sola dilectione & ut sic dixerim spontanea caritate alius voluntate attribuendum id non inclinatur. Nihil enim est preter solam dilectionem quod hoc debitum a natura extorquere possit. Sed cum spontanea caritate alius voluntate fuerit persuasa: tunc nimirum sibi adinvicem ad opus consummandum ex utraque parte libenter atque gratanter occurrit. Sane quicquid violenter nolenti abripitur: ad eiusmodi cause effectum incongruum: proæsus atque inefficax demonstratur. Sola ergo dilectio est que naturam persuadere & nolentem quodammodo cogere potest ad seminandum partum. Et quidem in muliere amor viri: in viro autem amor mulieris id agere solet: ut quod in altero solum sibi natura sufficiens non est: alterutrum sibi per dilectionem subueniat ut quod in neutra per se potuit: in utraque per se cum altera possit. Igitur semen humani partus a sola muliere formandum concipitur: quod simul a viro & a muliere seminatur. Quod quidem sicut iam dictum est in muliere per amorem viri & in viro per amorem mulieris natura operatur. Propter quod etiam mulier non nisi a viro concipere dicitur: licet tam de se quam de viro accipiat: unum fecundatur. Et recte de solo viro concipit. Quia id quod concipit: in altero quidem de carne viri sumitur: in altero vero per amorem viri ministratur. Non itaque hoc solum de viro concipit quod de viro accipit: sed hoc etiam de viro concipit: quod ex se de amore viri accipit. Hoc premittere volumus propter quod dictum est Mariam de spiritu sancto concepisse. Concepit ergo maria de spiritu sancto: non quod de substantia spiritus sancti semen partus acceperit: sed quia per amorem & operationem spiritus sancti ex carne virginis diuino partui natura subministravit. Nam quia in corde eius amor spiritus sancti singulariter ardebat: ideo in carne eius virtus spiritus sancti mirabilia faciebat.

Quius dilectio in corde illius non suscepit socium: eius operatio in carne illius non habebat exemplum. Hoc igitur solum virgo concepit: quod de sua carne per amorem & operationem spiritus sancti accepit: de quo etiam solo sine virilis seminis admixtione filium genuit. Non ergo libido carnis conceptio operata est in virgine que nec de carne viri semine accepit: nec de sua carne per amorem viri concepit: sed per amorem & operationem spiritus sancti. Nec ipse spiritus sanctus iccirco pater christi dicendus est: quia eius amor conceptionem virginis operatus est. Quia nec de sua essentia virgini semen partus tribuit: sed ipsi de carne propria virgini per amorem suum & virtutem substantiam ministravit. Christus ergo de virgine natus est: quia de carne virginis: carnis substantiam accepit: & de spiritu sancto conceptus est: quia ipsa eum virgo ex sola carne sua sine admixtione virilis seminis per spiritus sancti operationem amoremque concepit. Hinc est quod eidem virgini parturere per angelum dicitur. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Spiritus sanctus namque virgini superuenit ut per eius operationem caro christi de carne virginis formaretur et virtus altissimi obumbrabit tibi: ne subam carnis ministras carnali concupiscentia videretur.

**De unione verbi et anime et carnis in christo.****Capitulum Nonum**

**V**eritur etiam utrum verbum carnes simul & animam assumpserit: an carnem priusquam animam: siue animam priusquam carnem. Sed verissime & absque omni dubitatione creditur quod ex quo hominem deus assumpsit: totum assumpsit. Quia ex quo hominem assumpsit: sicut homo deus: sic & verus deus homo fuit. Verus autem non fuisset in sola carne: aut in anima sola: quia homo est & caro & anima. Itaque quoniam hominem assumpsit: simul utrumque assumpsit. Assumpsit autem carnem et animam id est hominem: naturam non personam. Necque enim assumpsit hominem personam: sed assumpsit hominem in personam. Ideo autem hominem assumpsit: quia carnem humanam & animam humanam assumpsit. Ideo vero personam non assumpsit: quia caro illa & anima illa priusquam verbo unirentur in personam: non erat unita ad personam. Vna unio fuit: & ad unum unio fuit: ubi & carnis et anime. Non prius & caro: nec prius verbum & anima: nec prius anima & caro: sed simul verbum et anima & caro. Et erat quidem verbum ante hanc unionem persona: quia filius erat qui persona erat: sicut pater persona erat: & spiritus sanctus persona erat. Et erat persona eterna: sic verbum eternum erat: & filius eternus erat. Nec cepit esse persona verbum: quoniam homo esse cepit: sed



assumpsit hominem ut homo esse persona inciperet. nec alia  
persona quae illa erat quam illud acciperet. Itaque verbum persona accepit  
hominem: non personam sed naturam: ut qui suscepit: et quod suscepit:  
vna esset in trinitate persona. Neque enim assumpto homine quater-  
nitas facta est: sed trinitas mansit: quia homo assumptus ex quo deus esse  
cepit: non alia persona cepit esse quam illa quam eum suscepit. Qui ergo  
hominem assumptum negat personam esse: negat hominem in personam  
assumptum esse. Si enim illud nunquam futurum esset: frustra ad illud  
aliquando assumptus esset. Nunc igitur homo assumptus persona est: et  
non alia: sed ipsa persona ipsa est a qua assumptus est: quia assumens  
et assumptus vna persona est. Deus homo est: verum est propter hu-  
manitatem suam. Homo deus est: verum est propter diuinitatem suam.  
Deus humanitatem suscepit: homo diuinitatem accepit. Et est deus  
homo propter humanitatem quam suscepit et habet: et homo deus propter  
diuinitatem quam accepit et habet. Et cum dicitur deus homo: propter  
humanitatem: et homo deus: propter diuinitatem. Non de duobus deis  
sed de vno: quia deus et homo non duo: sed vnus est Iesus Christus.  
Sed dicis quomodo vnus? Dic mihi: qualis vnio? Et ego dicam tibi  
quodlibet vnus. Si vero ineffabilis est vnio dei et hominis: ineffabile  
non duo sunt: sed vnus deus et homo. Tamen omnino non duo sunt  
deus et homo: sed vnus Iesus Christus. Qui est deus: ipse est homo: et qui est  
homo ipse est deus: non alter et alius: sed ipse vnus et idem. Quid  
significat homo: naturam. Quem significat homo: personam. Si quis  
quid significat homo: aliud significat homo: et aliud deus. Homo non  
significat humanitatem: deus significat deitatem. Si quis quid significat  
homo: eundem significat quem deus: quia idem est et homo et deus. Quid  
est homo. Si naturam queris: corpus et anima. Bene dico quia hic homo: homo  
esse hominis est: quia hoc esse hominem facit. Quid est homo. Si personam  
queris: deus est. Quare homo deus est? Quia humanitas diuinitati  
personaliter vnita est. Natura dei: diuinitas: natura hominis  
humanitas. Et diuinitas quidem humanitas non est: deus tamen  
homo est: natura diuersa persona vna. Quia autem vnita est  
natura: vna est persona: et quia persona dei et hominis vna est  
deus et homo vnus est. Propterea quod facit deus: facit homo:  
et que facit homo: facit deus: quia non duo: sed vnus homo  
et deus. Nemo ascendit in celum: nisi qui de celo descendit:  
filius hominis qui est in celo. In terra loquebatur: sed in celo  
se esse testabatur. Vtrobique enim erat. In terra per humanitatem  
in celo per diuinitatem. Idem qui in celo erat: et in terra erat.  
Per humanitatem in terra: et tamen in terra per diuinitatem in celo et in  
terra. Si cognouissent: nunquam dominum glorie crucifixissent. Mirum  
est homo in celo dominabatur: et deus in cruce moriebatur. Si potuit homo  
in terra positus per humanitatem: in celo esse per diuinitatem

potuit a deus in celo regnans per diuinitatem: in terra mori per humanitatē. Sed dicitis. Quomō deus mori potuit: Deus qui immortalis est: quomō mortuus est: Hoc ego sciebam: quā essent q̄ hoc dicerent. Deus mori non potest: homo mortuus est: deus mortuus non est. Quare ergo negatis deum mortuum esse: Quia inquit diuinitas mori nō potest. Sed si p̄terea deus mortuus non est: quā h̄m diuinitatem mortuus non est: ergo n̄ de virgine deus natus est: quā h̄m diuinitatem natus non est de virgine: nec inter hoīes deus ouersatus est: quā h̄m diuinitatem inter homīes ouersatus non est: et cetera omnia que in carne operatus est saluator. Si ergo deus hec non fecit quis ille fuit qui hoc fecit: Nos putauim⁹ deum hec omnia fecisse: vos dicitis quā de⁹ hec non fecit. Dicit ergo Quis ille fuit q̄ hec fecit: Christus inquit hec omnia fecit. Ergo xpc hec oīa fecit: & deus hec non fecit. Videte ne forte dicat vobis (Si christ⁹ hec fecit: a de⁹ non fecit: ergo xpc deus non fuit) Nolite tangē xpos meos: & in p̄phetis meis nolite malignamini. Vos tangitis christū: et in p̄pheta nolite malignamini Non dicitis christum deū non esse: et tñ dicitis qd si verum esset: xpc deus non esset. Ergo tangitis christum: non aperte negatis: sed occulte necatis. Nō inquit negam⁹ aut necam⁹ sed ideo dicim⁹ deum mortuū nō fuisse: quā h̄m diuinitatem christ⁹ mortuus non fuit. Ergo dicitis: quā xpc ambulauit in terra filium hominis in celo non fuisse: quā h̄m humanitatē in celo non fuit. Si autē non ideo hō in celo nō fuit: quā in terra ambulauit christ⁹: quā h̄m humanitatē in celo non fuit: neq; ideo moritur⁹ non fuit deus: quā in cruce pependit christ⁹: quā h̄m diuinitatem mortuus non fuit. Quid em̄: Si h̄m hoc aut hoc non est: ergo non est: Si h̄m hoc nō est: tñ est quā h̄m ali⁹ est. Auctoritatem vultis: audite lucerua. Si non creditis luci Augustin⁹ dicit. Si p̄pter hoīem mortuus est deus: non est hō victurus cū deo: non est mortalis victurus in eternū p̄pter q̄ mortuus est qui viuit in eternū: Sed quomō mortuus est deus Vnde mortuus est: et potest mori de⁹: Accepit ex te: vnde moreretur deus p̄ te. **I**dem iterū. Verbū inquit crucifixū est sed nō est mutatu in hoīem. **I**terum. Perit ergo qd homo erat: mortuus est deus: & perit qd deus erat: et quicqd passus est homo: nō potest dici nō passus est de⁹: quia de⁹ erat hoīez assumens: sed nō est mutatus in hoīem. Videte adhuc. Quis fuit ille qui dixit. Anteq̄ abraam fieret: ego sum. Nonne hō: Quis fuit ille qui dixit. Pater clarifica me claritate quam habui priusq̄m mundus esset apud te: Nonne homo: Ergo hō verē dixit. Priusq̄m abraam fieret: ego sum. Ergo hō verē

dixit. **P**ater clarifica me claritate qua habui priusquam mundus esset apud te. **Q**uid? Hoc vos scandalizet. Hoc vos mouet: quod illos mouebat qui dicebant. **Q**uinquaginta annos nondum habes et abraam vidisti? **Q**uare non? **N**onne et illi verum dicebant: quod hoc dicebant? **P**aulo ante euangelista dixerat: quia ipse hiesus incipiens docere: erat quasi annorum triginta. **P**auca tempora ab illo fluxerant usque ad hoc. **N**ondum quadraginta anni completi erant: quantomagis quinquaginta non erant? **A**n forte verum dicebant: quia triginta annorum illum esse dicebant: quia hoc erat? **E**t non verum dicebant qui eum nondum quinquaginta annos habere dicebant: quoniam et hoc amplius erat? **Q**ui enim triginta annos nominabat: quod amplius erat non negabat. **Q**ui autem quinquaginta annos non credebant: multo magis quod amplius erat non credebant. **Q**uid ergo? **Q**uando triginta annos euangelista nominabat: nihil nobis certum determinare voluit de spacio temporis etatis hiesu: hoc est hominis christi: usque ad quod nostra cogitatio iret: et ultra non procederet. **S**i amplius habuit: in eo quod hoc habuit: quare euangelista amplius non dixit. **S**ed non amplius habuit in eo quod hoc habuit. **T**riginta annorum erat hiesus: homo triginta annorum erat: quia etas hominis triginta annorum erat. **T**riginta anni iam fluxerunt et non amplius ex quo homo esse cepit. **P**ropterea homo triginta annorum erat et non plus. **E**t quid? **S**i homo triginta annorum erat tantum: nonne similiter deus triginta tantum annorum erat: qui homo tantum triginta annorum erat? **Q**uam recens deus: quam paruam etatem habet deus? **V**ere paruam: quia paruus factus: paruam etatem paruus: magna eternitas in magno: tamen plus temporis non habuit vbi temporalis fuit. **V**bi enim eternus fuit nec triginta annorum fuit: nec viginti nec decem nec quinq; nec vnus. **H**ic enim annus non fuit sed eternus. **V**bi autem temporalis fuit: non plus fuit: vbi eternus fuit. **Q**uid dicam? **P**lus fuit paruus hoc est. **T**empus enim neque ad comparisonem eternitatis accedere potest. **E**rgo eternus fuit: et triginta annorum tantum fuit. **E**t in tempore cepit: et ante tempora fuit. **E**t in eo quod cepit in tempore: factus est homo. **E**t in eo quod fuit ante tempora factus est deus. **E**t cum cepit homo esse ex tempore: non tamen cepit quasi prius non fuisset. **E**t similiter cum factus est homo: non tamen factus est quasi prius non extisset. **P**ropterea eos qui christum creaturam esse dixerunt fides catholica condemnauit: quia christus quis in tempore esse cepit: non tamen omnino esse cepit: quia super tempora et ante tempora idem ipse spiritus deus fuit

Hoc est autem creaturam esse: aliquid de nihilo esse: hoc est de nihilo esse aliquid: & fuisse nihil. Non autem omnis quod aliquid esse incipit: ideo incipit: quia aliquid esse incipit: sicut qui aliquid esse desinit: non ideo esse desinit: quia aliquid esse desinit. Non enim ita aliquid esse desinit ut nihil sit: sed solum ut id quod esse desinit iam non sit. Sic non semper qui aliquid esse incipit: ita aliquid esse incipit: quasi esse incipiat ut aliquid sit: sed ut aliquid quoddam prius non fuit: esse incipiat ut iam sit. Ita christus qui homo esse incepit: aliquid esse incepit: nec tamen ita aliquid esse incepit quasi prius non fuisset aliquid: quia & priusquam hoc fuit quod aliquando esse cepit: fuit aliud quod semper fuit & nunquam cepit. Itaque deus homo factus est: & tamen deus creatura non est: quia quod est factus pro eo factus est: quia temporaliter assumpsit: quod semper non habuit: sed ex tempore non accepit: quod semper habuit. Tamen postquam deus factus est homo: & homo deus: unus fuit & non duo homo & deus: et propter ipsam ineffabilem unionem qua deus & homo unus fuit: sicut deus per humanitatem suam se veraciter temporalem exhibuit: sic & homo per diuinitatem suam ante tempora se fuisse non fallaciter predicauit. Si deus eternus: triginta tamen annorum aliquando fuit propter humanitatem. Quare similiter homo temporalis eternus non fuit propter diuinitatem. Ergo inquit homo ab eterno fuit: & homo mundum creauit: & homo fuit antequam homo esset. Pueri estis & adhuc in volumentis infancie expediri non potuistis. Nondum in vobis exercitati sensus creuerunt qui lacte opus non habent: sed solido cibo. Quid enim sunt verborum inuolucra: nisi quedam inuolumenta intelligentie: quibus quamdiu sensus humanus obuoluit: nunquam cordis oculus & veritatis lumen perfecte aperit. Queritis si fuit homo ante tempora: & ego vos interrogo: si deus cepit in tempore? Si eternus factus est temporalis: temporalis non est factus eternus? An forte ideo deus propter humanitatem in tempore fuit: quia homo fuit quando homo in tempore fuit. Sed homo propter diuinitatem ante tempora non fuit: quia quando deus ante tempora fuit: homo adhuc deus non fuit. Fortasse aliquid rationis erit propter quod eiusmodi locutiones caueatis. Salua tamen integritate fidei christiane: ut unum eundemque ipsum esse credatis qui & in tempore homo fuit propter humanitatem suam et ante tempora deus fuit propter diuinitatem suam. Et ideo circo idem ipse veraciter se dixit & in tempore venisse hominem: & ante tempora fuisse deum. Cum autem & hoc et hoc dixit: non alius & alius dixit: sed secundum aliud & aliud dixit. Quod deus dixit: homo dixit & quod homo dixit: deus dixit: quia et homo deus: & deus & homo unus fuit. Quando dico homo

naturam significo humanam: id est animam & carnem. Quando dico deus naturam significo diuinam: id est verbi diuinitatem. Item quando dico homo personam significo ex anima et carne. Item quando dico deus personam significo in diuinitate. Non amplius notat homo in natura: quam animam & carnem: neque in persona: quam ex anima & carne. Neque amplius notat deus in natura quam diuinitatem: neque in persona quam in diuinitate. & tamen in christo persona ex anima & carne: et persona in diuinitate non due sunt persone: sed vna est persona. Que est natura hominis: humanitas. Que est natura dei: diuinitas. Ex humanitate est homo: ex diuinitate est deus. Quid homo est: ex anima & carne est: hoc est esse eius: quia natura eius est. Quod homo est: ex eo est quod hominis est. Quod deus est: ex eo est quod dei est. Etenim quod deus est: ex diuinitate est: hoc esse eius est: quia natura eius est. Et ideo quod deus est: ex eo est: quod suum est. Quod homo est: ex eo est: quod hominis est. Quapropter quia deus est ex eo quod hominis est. Homo est: & homo ex eo quod dei est: deus est. profecto & deus homo: & homo deus. Item quia non ex alio homo deus: quam deus: neque ex alio deus homo quam homo non aliter est secundum idem deus & homo. Tamen quod homo est: in suo est additione: deus in eodem est dignitate: & quod deus in suo est per naturam: homo in eodem per gratiam. Sic itaque in christo aliam dicimus esse humanam naturam: & aliam diuinam: sed non alium dicimus esse hominem: & alium deum: sed deum & hominem vnum hiesum christum. Quid est hiesus: saluator. Quid est christus vnctus. Aliud notat hiesus: aliud christus & non tamen alium significat hiesus quam christus: quia vnus est christus ihesus. **Augustinus** dicit. Aliam significatio: habet hiesus: aliam significationem habet christus: cum sit vnus ihesus christus saluator noster. Hiesus tamen proprium nomen est illi: quomodo moyses: proprio nomine appellatus est: quomodo esayas: quomodo abraham. Sic tanquam proprium nomen est dominus noster hiesus christus. **Christus** autem sacramenti nomen est: quomodo si deus propheta: quomodo si deus sacerdos. **Lege** sermonem Augustini super epistolam iohannis: ibi hoc reperies. **Idem** in libro de predestinatione sanctorum. Ille inquit nos credere in christum fecit: qui nobis fecit in quem credimus christum. Hoc itaque dicit Augustinus. Vis ergo adhuc plene audire: quomodo autem secundum quid dominus hiesus christus factus est: aut infectus? **Ambrosius** in libro quem de trinitate scribit: ita dicit. Dicimus inquit factum esse hominem: & ad hominem hoc esse referendum. **Denique** & alibi habes. Qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem. Secundum carnem utique factus est ex semine

dauid. **D**eus aut ante secula ex deo nat⁹ est: nec tñ factū esse semp ad creationem refertur. Scriptum est enim. Domine refugium fact⁹ es nobis. Et paulo post. Ergo si factum esse frequenter ad aliqd: nō ad natiam refertur: etiā creatum ad creaturā refertur. Vnde intelligim⁹ illud qd de incarnatiōe dñi scriptum est. Dominus creauit me initio viarū suarū in opa sua id significare: qd ad redimenda opa patris dñs ih̄s ex virgine sit creat⁹. **I**dem i eodem. Paulus exquit. p̄hibet m̄e creature seruire: & xp̄o ammonet seruiendum non ergo creatura xp̄s. Paulus inqt seruus xp̄i hiesu: & bonus seru⁹ qui dñm deum recognoscit: ipse creature seruire nos p̄hibet. **Q**uemadmodū ergo xp̄o ipse seruiret: si xp̄m creat⁹ putaret. Vide ergo quomō christum & factū ⁊ creatū hm aliqd affirmat: quem tñ creaturā esse negat. Idem qz in eodem lib⁹ christum non adoptiuū: sed natialem filium esse testat⁹: dicēs Per adoptiōz nos filij dicimur: ille p̄ veritatem nature. **Q**uō ergo ex nihilo: qui ex nihilo fecit omnia: Ita oportet hm testimonio scripturarū fidei vestigia formare: vt recte credulitati sincere confessionis puritatem adiungamus:

**¶ De Separatione anime et carnis in Christo.****¶ Capitulum. x.**

**Q**uidam putauerunt in mōte diuinitatem a christo homine recessisse: & mōtem hominis non aliud qm̄ separationem diuinitatis a carne fuisse. Inueniunt enim quedam verba in quibus ita dictum esse videtur. & inuenientes huiusmodi. **L**itere apprehenderent non pertinentes ad spiritum als̄ populum. **B**eatus ambrosius tale aliquid videtur dicere in expositione psalmi illius quem ip̄e dominus in passione de se scriptū esse ostendit dicens. Deus deus meus vt quid dereliquisti me. **S**uper hunc locum ambrosius ita dicit. **C**lamat homo separatione diuinitatis mōturus: ⁊ alia quedam q̄si ad idipsum probandum adducta q̄a scilicet deus vita est: & vbi vita fuit: mōs esse non potuit. **A**c propterea nisi vita prius recessisset: mōs venire non potuisset. Scriptum quippe est. quia hiesus clamans voce magna dixit. Deus deus meus vt quid dereliquisti me. **C**lamat homo se derelictum esse a deo: & conqueritur deum a se recessisse. ⁊ quasi ideo se mōiturum esse: q̄ de⁹ ab ipso recesserit. **I**deo dixit: quia clamat homo separatiōe diuinitatis mōriturus. **S**ed videte quid dicitur. Si enim agitur de illa separatione diuinitatis: p̄ qua christus homo in cruce clamabat. **I**lla utiqz iam facta erat. Non em̄ derelinquendum s̄ derelictū iam se p̄testabatur dicens. **D**e⁹ de⁹ me⁹ vt qd dereliquisti me

**S**i ergo de illa sepeatione diuinitatis agitur: iam recesserat deus quando homo in cruce pendens derelictum se a deo vociferabatur: & utiq; adhuc christus in carne viuebat: quando sic deus ab eo recesserat. Respondeant ergo. **S**i mors esse non potat nisi prius vita discederet: quomodo vita manere potuit postquam vita recesserat: Iam enim sic recesserat deus: & adhuc christus viuus in cruce pendebat: cum se derelictum causabat. **S**i ergo in hac recessione dei & in hac diuinitatis sepeatione illam que inter diuinitatem & humanitatem stabat unionem persone solutam dicunt. Fuit quoddam tempus quando christus adhuc viuus homo erat & deus non erat. Sed quis hoc dicat? **Q**uis sane fidei concordans non abhorreat deo imponere: quod assumptum hominem usque ad mortem quidem comitando produxit: & in morte quando maiori periculo iam imminente maius auxilium necessarium erat deseruit. **Q**uare ergo tantopere mercennariis improperat quod lupo veniente oues quas custodire debuerat: fugientes deserant: cum ipse unicam illam ouem: & agnum illum ouis virginis filium: quem non solum custodiendum: sed etiam glorificandum suscepit: lupo veniente deseruit? **Q**uis prius de pastore securo veniente lupo non timuit dicens. Venit princeps mundi huius: & in me non habebit quicquam. **N**unc autem a pastore derelicta causando & conquerendo clamat. **Q**uare dereliquisti me: solus homo fuit: & deus non fuit: & iam deus homo non fuit: quia iam ab homine recesserat deus: nec deus homo fuit: quia adhuc viuus in cruce pendens a deo derelictus fuit. Iam non solum ergo in morte sed ante mortem diuinitas ab homine recesserat: quando homo adhuc homo deum a se recessisse: ac per hoc ut isti aiunt deum se non esse plangebatur. **Q**uis hoc dicat? **Q**uomodo ergo inquit intelligendum est: quod christus se a deo derelictum esse clamat: & quod scriptura hominem sepeatione diuinitatis moriturum clamasse affirmat si deus ab homine non recesserat? **Q**uid ergo? Non potuit diuinitas humanitatem etiam secundum aliquid deseruisse: in quantum videlicet eam potestati inimicorum ad tempus expositam non defendit: & secundum aliquid non deseruisse: in quantum scilicet etiam tunc ab ea per presentiam maiestatis non recessit? **D**ereliquit illum: sed illam non dereliquit. **D**ereliquit illi: sed sibi non dereliquit. **D**ereliquit: quia auxilium non contulit. **S**ed non dereliquit: quia presentiam non abstulit. **S**ubtraxit protectionem: sed non sepeauit unionem. **S**epeauit se foris ut ad defensionem contra inimicos non adesset: sed non sepeauit se intus ut illi ad unionem persone deesset. **S**ic ergo dereliquit: ut non adiuuaret: sed non dereliquit: ut recederet. **V**ado per viam:

meū pergis: pariter ambulamus. Secutus sum quasi amicum mecum habens. Venit hostis meus: & irruens inermem et resistere non valentem vulneribus afficit. Tu me plagari cernens: nihil moueris: sed patienter sustines. Et stas iuxta quasi nō curans vulnera mea. Et dico. Vt quid dereliquisti me: Adhuc stas iuxta me: & causas te recessisti a me. Iuxta es loco: sed longe es auxilio. Iuxta fuisti quando presentem exhibuisti. In dilectione longe factus es: quando in periculis constituto te subtraxisti a passione. Sic ergo humanitas a diuinitate in passione se derelictam clamabat. q̄a eam inimicorum potestati ad crucifigendum concesserat: sicut scriptū est Non haberes in me potestatem: nisi tibi datum fuisset desuper. Quam tamen mortem quia non pro sua iniquitate: sed pro nostra redemptione sustinuit in cruce pendens: quare sic derelicta requirit: non quasi aduersus deum de pena mueretur: sed nobis innocentiam suam in pena demonstrans: causam querebat: qui peccatum nesciebat.

**¶ Christus separata anima a carne et persona fuit & deus et homo. / Capitulum. xj.**

**T**riptum est. Et iesus clamans voce magna tradidit spiritum. Quis tradidit? Iesus. Quid tradidit? Sp̄m. Cui tradidit? Patri. Nō iudeis eiecit: neq̄ p̄ extraxit: sed ipse sponte tradidit. Non violenter ablatum est: sed sponte datus. Potestatem inquit habeo ponēdi animam meam: & iterum sumendi eam. Ipa anima: ipse est sp̄s. Ipsa ergo aia emissa est potestate morientis: nō violentia occidentis. Emissa est anima: ille emisit cui fuit. Vnde emisit: a carne. Quo emisit: ad patrem. Recessit anima: & mortua est caro. Mortuus est Christus: quia caro christi mortua est. Sicut mortuus est deus: quia mortua est humanitas dei: ita mortuus est homo: q̄a mortua est caro hominis. Sola caro mortua est: & in carne mortuus est homo: cuius caro fuit: mortuus est etiam deus: quia deus homo fuit. Seperatio anime: mors carnis fuit. Sola caro mortua est: a qua seperata est aia. Anima mortua non est: nec diuinitas mortua est. Sed sola caro mortua est: quia seperata est anima ab ea vita ei. Anima ad infernū descendit: caro in sepulcro iacuit: diuinitas cū utroq̄ q̄ permansit. Neq̄ enim caro & anima personam destruere potuerunt seperata: quam non fecerant coniuncta. Verbum persona eterna fuit: Neq̄ tunc persona esse cepit: quando animam & carnem in personam accepit. Accepit animam & carnem: ut in se persona essent: non ut se personam facerent.



Quia ergo anima & caro in eo persona esse acceperunt: quod verbo persone vniri ceperunt. Semper quidem cum verbo vna et eadem persona permanserunt: quia nunquam postea a verbo vel inter se diuisa recesserunt. Fuit ergo verbum persona eina propter diuinitatem eternam: & ipsa persona deus fuit: propter diuinitatem: et homo fuit: propter unitam verbo humanitatem. Ergo christus persona ad infernum descendit: sed secundum solam animam: quia sola anima ad infernum descendit: & christus persona in sepulcro iacuit: et secundum solam carnem: quia sola caro in sepulcro iacuit: & christus persona ubique fuit: & secundum solam diuinitatem: quia sola ubique diuinitas fuit. Neque anima in sepulcro iacuit: nec caro ad infernum descendit. Neque caro vel anima ubique fuit: corpus solum in sepulcro iacuit: & propter partem istam hominis christus homo in sepulcro iacuit. Dicunt hic quedam scripture: quia cum christus in sepulcro iacuisse dicitur: totum pro parte ponitur: quia non totus homo in sepulcro iacuit: sed vna pars hominis tantum corpus. Hic intendite: Non totus homo sed pars hominis. Quis homo: christus. Totus homo: totus christus: pars hominis: pars christi. Christus in sepulcro iacuit: totum pro parte ponitur. Ergo non totum iacuit: sed pars. Quid est ergo totum? Christus. Quid est pars? corpus. Ergo vere christus non iacuit in sepulcro: si christus in sepulcro iacuisse dicitur: & est figura dicendi: quia totum pro parte ponitur: & in toto pars intelligitur. Ergo nec christus vere ad infernum descendit: sed christi pars tantum: anima sola. Aliquid scrupulositatis incurrit. Suspecta quippe sunt hec catholice veritati: & non recipit aut approbat ut dicat. Christum non vere in sepulcro iacuisse: nec vere ad infernum descendisse. Quid enim? Si ideo non vere in sepulcro iacuit: quia solum corpus in sepulcro iacuit: nec vere ad infernum descendit: quia anima sola ad infernum descendit: Ergo nec vere mortuus fuit: quia sola caro mortua fuit: non anima vel diuinitas. Quid ergo est quod scriptum est: Quia cum christus in sepulcro iacuisse dicitur: totum pro parte positum est? An aliud est totum pro parte ponitur: atque aliud totum in parte operari? Quando enim totum pro parte ponitur: ipsum quidem totum nominatur: sed non ipsum intelligitur: sed pars eius sola pro qua ponitur. Quando vero totum in parte operari dicitur: ipsum quod dicitur: intelligitur: nec pro ipso quod dicitur: aliud intelligitur: quoniam si aliud: id est secundum partem operari intelligatur. Quando enim totum in parte operatur: ideo vere totum operatur: quia & totum cum parte est: & pars in toto est: quoniam & totum cum parte est: & pars in toto est: quando & totum et pars operatur. Quando simul sunt: si operari possunt. Tunc quippe operatio partis recte totum dicitur: quando totum est: & in toto est ipsa pars que operatur. Quando vero totum destructum est:

et iam totum non est: non proprie toti? dicitur: quod extra totum pars sola operatur. **Q**uid ergo? Nunquid hinc hoc dicemus: quando caro christi mortua est: ideo christum vere mortuum fuisse. quia homo in parte sua sustinuit passionem. **Q**uando vero corpus christi in sepulchro iacuit: ideo christum vere non iacuisse. quia pars ipsa que iacuit: a toto iam diuisa fuit. **E**rgo christus vere mortuus est: sed vere sepultus non est. **A**bsit sed vere mortuus est: et vere sepultus: vere ad infernum descendit: et vere in celum ascendit. **Q**uomodo ergo totum positum est pro parte: quando scriptum est christum iacuisse in sepulchro? **Q**uod est totum: et que est pars? **T**otum enim ad partes dicitur: et partes ad totum referuntur. **F**ortassis ergo cogitas quasi tria quedam: diuinitatem: et animam et carnem christum composuisse: et christum esse totum quoddam tribus partibus compositum: diuinitate: carne: et anima. **E**rgo tertia pars christi verbum est? **A**bsit. **N**on enim pars christi verbum est: sed ipse christus verbum est. **T**otum verbum: sicut totus deus: non dimidia pars verbum christi: et dimidia pars homo: sed totus christus verbum: et totus christus homo: quia idem ipse deus et homo. **I**ntelligis quid dico? **S**i non intelligis: crede tamen. **C**redi potest: si intelligi non potest. **V**erum tamen est: quia christus: idem ipse et deus et homo fuit: nec tertia pars verbum fuit: nec aliquid ex carne et anima et verbo quasi ex partibus compositum totum fuit: quia totum ipsum verbum fuit. **V**bi ergo totum fuit: compositum fuit ex partibus? **V**bi partes fuerunt in toto: totum fuit ex partibus? **D**iuinitas autem pars non fuit: ut ex ipsa totum esset maius ipsa: nec in ipsa pars fuit: ut in ipsa aliquid esset minus ipsa. **I**n humanitate sola partes inuenimus: et totum ex partibus constat. **H**omo quoddam totum est duabus partibus constans: anima et carne. **I**ste sunt due partes hominis: et in his duabus partibus constat totus homo. **N**atura diuina simplex est: natura humana duplex: propterea partes hominis due sunt. **Q**uia in natura hominis duo sunt: anima et caro. **V**bi hec duo sunt: totus homo est: ubi alterum horum est: pars hominis est. **P**ropter hoc igitur verbum totum hominem assumpsit: quia totum quod hominis erat: assumpsit: animam et carnem. **I**n sepulchro autem totus homo non iacuit: sed tantum pars hominis: hoc est caro. **S**imiliter ad infernum non totus homo descendit: sed tantum pars hominis: hoc est anima. **S**i enim in sepulchro totus homo iacuisse diceretur: profecto a carne mortua anima recessisset negaretur. **S**imiliter si totus homo ad infernum descendisse diceretur: caro utique pariter cum anima illuc descendisse affirmaretur.

Itaq; pars hominis tantum in sepulcro iacuit: & non totus homo: & dum xpc in sepulcro iacuisse dicitur: propter solam carnem que ibi iacuit verum esse probatur. Dum enim christus in sepulcro fuisse dicitur: totus homo in sepulcro fuisse dicitur: quia cum xp̄us dicitur: totus hō dicitur: quōd; totus homo xp̄us. Et verum est: quia christus in sepulcro iacuit: nec tamen totus homo in sepulcro iacuit: quāvis totus hō christus fuit. Ideo quidem totus homo christus fuit: quia anima & caro verbo in personam vnita fuit. christus autē propterea vere in sepulcro iacuit: quia caro eius ibi iacuit. Et ideo verbo persona deesse non potuit: vbi caro erat que ipsi verbo personaliter vnita fuit. Sic itaq; christus in sepulcro fuit: quā caro eius ibi fuit: & totus tamen hō ibi non fuit: quia non aīa & caro simul: sed sola caro ibi fuit. Quod autē homo dicitur: & persona hō propter totum hominem dicitur: & propter totum quod hominis est: dicitur. Non id dico modo quod homo a parte de humo assumpta denominatur. Sed cum dicitur homo & intelligitur persona: totum quod homo est a toto dicitur quod hōis est. Aliud vero est: cū hō dicitur esse id quod hō est: atq; aliud cū dicitur esse id quod est in hōie. Cum enim dicitur hō propter totum hōis esse dicitur: id est aīam & carnem. Cū vero dicitur esse id quod est in homine: propter partem hominis dicitur: hoc est propter solam aīam: vel propter solam carnem. Cū homo dicitur: homo persona dicitur: cum dicitur id quod est in homine: dicitur quod est in persona. Dicitur quippe homo sapiens: & non dicitur tamen propter totum quod est hō: sed propter partem que est in hōie: quia sapientia non in aīa & carne est: sed in aīa sola. Itē cum dicitur hō candidus: aut niger: nō propter totum quod est hō dicitur: sed propter partem que est in hōie: quia candor & nigredo non in aīa & carne est: sed in sola carne. Et si forte totus homo hoc esse dicitur: non tamen ita dicitur: quasi totum quod hōis est hoc sit: sed quia id quod in homine esse debet: hoc totum hoc sit. Dicitur quippe totus hō albus: quā totum corpus hōis album est. nō quia totum quod est hōis album est: sed quia totum quod in hōie album esse potest album est. Itaq; et xpc cum dicitur hō: propter totum dicitur quod est hō: id est aīam & carnem. Cum autē mortalis vel mortuus dicitur vel sepultus: propter partem hominis dicitur: id est solam carnem: quia sola caro & mortalis fuit: quā corruptio: passibilitatis portauit & sola mortua fuit: quā in cruce sine aīa vita sua pependit: & sola sepulta fuit: quā aīa cum ipsa in sepulcro mortua iacente non fuit. Et tamen xpc hoc totum quod sola caro fecit: veraciter & ipse fecit: quod per diuinitatem suam personaliter p̄ns erat in carne: & cū carne sua que hoc fecit. Similiter cum xp̄us spiritu exultasse dicitur: siue affectum aut desiderium vel timorem habuisse dicitur: siue solam animam

hoc habuisse intelligitur: quia sola anima hoc habuit: et ipse  
per animam veraciter habuit cuius diuinitati ipsa anima per-  
sonaliter unita fuit. **H**abuit quippe anima illa secundum affectus  
nature cum quibus assumpta fuit: et desiderium et gaudium  
et dolorem et timorem passionis pro carne sua que omnia ad  
tempus rationabiliter admittenda sunt potestate facientis et vo-  
luntate patientis: et cum timuit penam sue carnis: et dolores  
refugit: secundum affectum nature fecit: quo nemo odio carnem suam  
habet: cuius malum aliquando ex ratione sustinere potest:  
amare autem nunquam potest. **S**ic itaque in christo secundum affectum  
nature quem anima in carne et pro carne habuit: voluntas  
quedam erat secundum quam et mortem et dolorem et passionem  
horruisse et noluisse veraciter dicitur. **Q**uam tamen volun-  
tatem superior voluntas spiritus que ad obedientiam pater-  
ne iussionis prompta fuit dirigebat. **V**oluntas quippe spiri-  
tus in christo quasi medio quodam loco constituta: volun-  
tatem carnis subditam per rationem moderabatur: et voluntati  
patris superioris per obedientiam subijciebatur dicens. **N**on  
mea voluntas sed tua fiat. Ita ergo christus quod dicitur aliquando  
secundum personam dicitur: aliquando secundum id quod fuit in persona:  
et similiter quod secundum hominem dicitur: aliquando secundum ipsum  
hominem dicitur: aliquando secundum ipsum quod fuit in homine.  
In natura autem diuinitatis ubi multiplicitas aut diuersitas  
nulla est persona: et id quod est in persona diuersum: esse non  
potest. In sola humanitate ubi multiplicitas inuenitur: aliud  
totum: et aliud pars esse ostenditur. **T**otum persona est: pars  
in persona. **T**otum est anima et caro: pars anima sola: aut so-  
la caro. **D**icit autem scriptura. Sicut anima rationalis et ca-  
ro unus est homo et deus: et homo verus est christus. Videte  
similitudinem. Bene dico anima et caro est homo: et iterum  
bene dico homo est persona: et rursus bene dico: anima et ca-  
ro est una persona. **N**on autem similiter dicere possum: sola  
anima est homo: aut sola caro est homo. **E**t ideo dicere non  
possum: sola anima est persona: aut sola caro est persona. In  
Christo autem dicere possum: deus et homo est christus: et  
dicere possum similiter: deus est christus: et iterum: homo est  
christus. **E**t rursus dicere possum: deus et homo una est per-  
sona christus: et dicere possum: deus et homo una est per-  
sona christus: et dicere possum: deus et homo una est per-  
sona christus: et dicere possum: deus et homo una est per-  
sona christus. **Q**ualis ergo est sili-  
tudo hec: cum dicitur **S**ic anima rationalis et christus unus est homo: ita deus et homo  
unus est christus: Si non omnimoda similitudo est: quare sic in christo dicitur: deus et homo christus  
et deus christus: non ita etiam in homine dicitur: sic caro et anima sicut homo: ita etiam  
sola caro pro se sola homo: aut sola anima per se homo: vel sic in homine anima

quidem & caro similiter homo dicitur: nec anima per se sola homo dicitur: nec caro sola per se homo dicitur: sic in christo deus quidem & homo similiter christus dicitur: ita tamen ut nec homo solus per se: nec deus solus per se christus dicatur. Magna inuolutio dicendi est circa hec: & laborat homo in suo: quod pene nihil intelligere nouit: nisi hoc & hinc hoc quod dicere nouit. Querunt hic quotidie homines quid dicendum sit: & quod credendum raro. Querunt si locutio illa bona est: & si locutio illa recipienda est: & si probanda est locutio illa. In moneta verborum positi sunt: & currit multitudo magna sermonum & infinita perplexio: quia iudicium spiritus a litera attrahere volunt: non iudicium litera a spiritu. Nesciunt enim quia spiritus literam iudicare debet: non litera spiritum. Sic scriptum est. Spiritualis iudicat omnia: & ipse a nemine iudicatur. Laborant ergo in iudicio dicendi: quia spiritum non habent intelligendi. Volunt habere iudicium: & spiritum habere nolunt: sine quo recte iudicare non possunt. Propterea laborant in dicendo: & veniunt alia & alia dicenda de illo quod vnum intelligendum est. Querunt quid sit persona: & adducunt deinde diffinitiones persone sic a quibusdam facta est & probata quia persona est indiuiduum rationalis subest. Ecce dicam? hinc nos quia persona est hoc. Bene diffinitum est: hinc nos quid sit persona. Secundum nos ita dicam? Nam quod super nos est: omnino dici non potest. Indicibile est: quia incomprehensibile est. Secundum nos ergo dicam? Persona est indiuiduum rationalis substantie. Que est rationalis substantia: nisi spiritus rationalis? Hec est enim proprie rationalis persona: spiritualis substantia: que sola rationis est capax: quia in ea sola ratio esse potest. Nam si homo rationalis substantia esse dicitur: non propter totum dicitur: sed propter animam solam: que proprie rationalis substantia esse dicitur. Homo enim hinc animam tantum rationalis est: quia ipse rationalem animam habet. Anima autem secundum se rationalis est: quia ipsa in se rationem vel rationalitatem: id est rationis capacitatem habet. Sic itaque homo rationalis persona: & proprie & secundum se non est nisi spiritus rationalis quod indiuiduum vere est: & in quantum natura simplex est: compositionem partium non habens: & nature simplicis est eiusdem proprietatis plura non continens. Hinc itaque spiritus rationalis proprie persona dicitur: & vnione discretus: et ratione discernens. Sic enim quidam personam dictam esse voluerunt: quasi per se sonantem: & quasi singulariter discernentem: ut in quantum vnione discreta est per se: in quantum ratione discernit sonantem vel pronunciantem vel iudicantem se intelligamus. Ecce ergo secundum hanc diffinitionem proprie

dicimus: quia spiritus rationalis persona est: per se discernens se. Non est igitur magna questio neque ambiguitas intelligendi: ut quod est totum: unum est. In homine autem non eadem ratio occurrit ubi quidem duo sunt: et tamen persone due non sunt: sed una persona: et caro et anima. Sic autem quidam tam multipliciter delirasse inveniuntur: solis verbis adherentes: ut non facile verborum involucria iudicari potuissent: quin in fine error se manifestus ostenderet. Dicunt hominem totum quoddam esse compositum ex anima et corpore aliud omnino et diuersum ab anima et corpore: ita ut hoc totum non anima sit: nec corpus sit: nec simul anima et corpus. Non enim totum ista esse: sed ex istis esse dicunt. Hoc ergo totum hominem esse putant: et ipsum hominem qui hoc totum est rationalem esse ea rationalitate que in ipso toto est: diuersa a ratione siue a rationalitate partis id est anime: sicut ipsum totum diuersum est a parte. Postremo omnia que in toto sunt: diuersa esse omnino ab his que in partibus constant: sicut ipsum totum a partibus diuersum est. Itaque sicut rationalitas hominis alia est quam rationalitas anime: quia una est totius: et in toto est. Alia partis est: et in parte est. Ita et bonitatem totius que in toto est aliam esse dicunt: et bonitatem partis aliam: quia partis est: et in parte tantum. Similiter et maliciam hominis aliam que in toto est: et maliciam anime aliam que in parte est. Postremo quotienscumque totum facit: et pars facit: quamuis simul operentur: aliam tamen esse actionem partis que in parte est et aliam esse actionem totius que in toto est: sicut ipsum totum aliud est: et aliud pars eius. Ad hunc modum igitur quotiens homo peccat vel bene facit: peccatum vel iusticiam in homine esse que toti accidunt ad proprietatem. Et iterum peccatum siue iusticiam in anima esse que parti accidunt ad proprietatem contendant. Quapropter quando homo moritur et anima a carne seperatur: diuisis partibus: totum ipsius quod ex eis compositum fuerat: iam nihil esse: ac per hoc ipsum hominem qui hoc totum erat: similiter nihil esse: nec alicubi esse. Et modo interim nec peccatum eius puniri: nec iusticiam remunerari: animam tantum in iudicio esse: ut homo secundum meritum suum vel penam vel gloriam recipiat: donec tandem in nouissimo: anima ad corpus reuertente: rursus homo esse incipiat: et tunc secundum meritum suum ipse quoque remuneratioem accipiat. Tales modos loquendi homines sibi constringunt: et per falsas

ficiones sermonum ad veras deceptions errorum ducuntur  
Quid enim stultius est quam dicere quod tunc homo esse desinit  
quando vere esse incipit. Et tanto utique verius: quanto vera  
est in quo esse incipit. Non inquit: sed figura est quando  
sancti esse cum christo dicuntur. bene. Quando vobiscum sunt  
veritas est: et quando cum christo sunt: figura est. In hoc vobis  
credite. Nos enim non credimus. Nos scimus quia christus veritas  
est. Qui ad christum vadunt: non ad figuram vadunt: sed ad  
veritatem vadunt: et figuram euadunt. Quid tamen perire homines  
sancti mori desiderauerunt: si post mortem nihil futuri fuerunt.  
Cupidus inquit Apostolus dissoluit: et esse cum christo. Quid cupis?  
Mori et esse cum christo. Imo mori et nihil esse hoc isti dicunt  
quia nihil eris post mortem. Si istis credis: mortem non optas  
nisi forte si non esse desideras. Si boni homines post mortem  
nihil futuri sunt quomodo de iniquis et prauis hominibus vere  
dictum est: esse nihil cupiant: nec tamen esse queunt. Desinant  
ergo nunc et boni sperare: et mali timere: quia non erunt aliter  
quid cum hinc exierint: ut vel mala vel bona sentire possint.  
Sed bene inquit: sperent et timeant: quis non pro se: tamen  
pro animabus suis: quia cum ipsi non erunt: anime ipsorum  
erunt: que vel gloriabuntur pro iusticia: vel cruciabuntur pro culpa.  
Ideo ergo inquit sperent et timeant pro animabus suis. Utinam  
tam recte diceretis: quam rectum dicitis. Bene enim dicitis: cum  
homini sperandum et timendum pro anima sua dicitis: si tamen  
intelligeretis quod nunquam melius aut verius pro se timet homo: quam  
cum timet pro anima sua. Quid enim maius est: homo quam anima?  
Non hoc putabas quicquam es qui te figuris sermonum nume-  
ras. Nouum aliquid illatum est auribus tuis: cum dictum est  
hoc potius esse hominem: quam potius hominis est. Audi ergo tu  
christianus nescis quod ethnicus ille testatus est. Mens inquit  
cuiusque is est quisque ergo ethnicus ille te christiano religio-  
sus fuit: qui veritatem confessus est: quam tu negas. Ergo  
inquis: homo est anima. Quid enim? Nonne tu dicis: quia homo  
est corpus. et dicere times: homo est anima? Paulo ante argu-  
mentando occurristi: quia omnis homo est corpus. Omnis homo  
est animal: et omne animal est corpus: ergo omnis homo est corpus.  
Nullam contradictionem hic esse putas. Auctoritas enim hoc dicit.  
Producis auctores ethnicos: ut probes quia omnis homo est corpus  
et ethnicis auctoribus credere non vis quia omnis homo est anima. For-  
tassis quia melius tibi placet hoc esse hominem: quam id quod quia hoc magis  
placet tibi quam id. Sed ego inquit de toto loquor: cum dico: omnis homo  
est corpus: non de parte totius quod corpus est: neque de parte quod anima est: hoc  
enim totum homo est: non pars eius aliquid. De hoc ergo toto dico quia corpus est

**D**ic ergo hoc totum quare magis dicis esse corp? q̄ animā cum ex anima simul & corpore constet. **S**i propter partem vnam que corpus est totū ipsum corpus dicitur: nonne multo magis dicendum est anima propter partem alteram que anima est. **S**i enim a parte totum naturam & nomē trahere dicitur: ab illa proculdubio parte que melior est & dignior est & rectius & naturam & nomē trahere dicitur: sed non h̄c vsus loquendi inquis vt homo anima dicatur. **E**cce cōcedo s̄m vsus loquendi dic quodlibet vt tamen s̄m regulā cretendi sentias id quod negari non debet. **V**sus loquendi ab hominibus inuentus est & propter homines inuentus est: & ideo ea potius in dicendo hominibus forma esse debet q̄m sensus humanus in rebus percipiendis & cognoscēdis habet. **S**cimus quippe quere vnum nihil est: nisi id solum quod vnitatem vnum est. Id enim solum ratio vere vnum discernit in quo totum quod est vnum esse inuenit. **Q**uecunq; ergo numero plura sunt & si aliquando vniuntur: vere t̄n vnum esse non possunt quia tamen ea que in vna cōpositione vniuntur quodāmodo ad se inuicem accedunt & appropinquant sibi vt quantum possunt vnitatem vniuntur: idcirco s̄m quendam modū & ipsa que simul iuncta sunt vnum esse dicunt. **N**am sicut ratio id quod vere vnum est in percipiendo non diuidit: ita quoq; sensus quod simul iunctum est & vnitum in percipiendo nō discernit: & quemadmodum illic ratio in eo quod vnum est totum non diuidit essentiam. **I**ta quoq; sensus hic in eo quod vnitum est totum non diuidit formā. **I**llic ratio percipit simul quod vnum est: quia non est in eo aliud & aliud. **H**ic vero sensus simul percipit quod vnitum est: quia non ē in eo alibi & alibi: tamē que vnita sunt plura non vere vnum sunt quamuis simul conueniant & quodāmodo appropinquant ad vnitatem: nec tamen ita vere aut ita proprie. **Q**uid enim proprius esse potest q̄ vnitas sibi. **Q**uando ergo dicuntur plura vnum propterea quia vnita sunt non proprie dicuntur: quia non vere sunt id quod dicuntur sed s̄m quendam modum tantum similia. **V**erūtamen sciendum est q̄ aliter vniuntur ea que ad vnionem faciendā pariter veniunt vt ex eo q̄ simul esse incipiunt vnum quāmodo esse incipiāt. **A**lter vero illa vbi ante vnionem vnitas precessit: & quod additum est de reliquo ad ipsam vnitatem per vnionem accessit. **A**liud quippe est aliqua simul per vnionem ad vnitatem componi atq; aliud aliqua per vnionem vnita apponi. **Q**uando enim aliqua per vnionem ad vnitatem componuntur nomen totius partis cōmunicare nō possunt

d



quia non habent singula separatim in se vnionem quam faciunt simul ex se. Quando vero aliqua alicui vnit rem suam habenti per vnionem apponuntur in participationem illius transiunt cui apponuntur: vt nomen quoq; cum illo participare incipiant: sicut per vnionem suam vnitate; illius participare incipiunt: verbi gratia. Pares tectum & fundamentum tria sunt quedam: & nullum horum per se domus est. Quando ergo sumentur vt hec esse incipiant tria simul componuntur non duo tercio apponuntur. Non aut a se iuncta sunt corpus & anima. Anima quidem in quantum spiritus est rationalis ex se & per se esse habet persona: & quando corpus ei sociatur non tantum ad personam componitur quantum in personam apponitur: vt in eo q; per vnionem quodam modo vnum sit cum illa: eadem que ipsa est persona esse incipiat cum illa. In quantum ergo corpus cum anima vnitum est vna est persona cum anima: sed tamen persona esse anima ex se habet in quantum est rationalis spiritus. Corpus vero ex anima habet in quantum vnitum est rationali spiritui. Quia vero sensus hominis in homine viuente corpus simul & animam percipit: non animam per se aut corpus per se: sed animam simul & corpus dicere personam humanus sermo consuevit. Hec aut persona que in anima quidem proprie vna est per vnitatem inter corpus vero & animam: vna per vnionem secundum usum loquendi diuersis nominibus appellatur. Quorum quedam a parte sumpta sunt: quedam vero ab his que constant in parte. Nam q; persona dicitur rationalis vel homo dicitur vel corpus vel anima a parte vocabula sumpta sunt sola: quia in homine solum corpus hominis esse corpus & ab humo sumptum esse: & ex coniunctione anime sensificatum esse inuenitur. Hec ergo vocabula a parte hominis sumpta sunt. Quando autem albus esse dicitur homo aut niger aut magnus aut parvus vocabula sumuntur ab his que in parte constant: quia in solo corpore hominis & non in anima eius modi proprietates inueniuntur. Quando autem rationalis dicitur homo aut sapiens aut iustus ab his que solum in parte sunt nomina ad totum sumuntur: quia non corpus hominis sed sola anima rationalis & sapiens & iusta inuenitur. Ita q; nomen hominis aliquando a corpore sumitur: aliquando ab his que sunt in corpore: aliquando autem sumitur ab his que sunt in anima nunquam sumitur ab anima. Ab illa quippe parte hominis humana locutio homini potissimum vocabula formauit quam primum & principaliter in homine sensus humanus agnouit & debuisset quidem homo a meliori parte sua nomen potius

sumpsisse: quia sermo aliter ad intelligentiam homini famu-  
lari non potuisset. nisi prius eum quem sensus humanus in  
percipiendo habuit & modum in dicendo tenuisset. Itaque quia  
id quod ab humo erat euidentius in homine videbatur: ab  
illo potius homo dicebatur. Sic quidem ex infirmitate sen-  
tiendi confusio dicendi orta est: & debemus propter usum in  
loquendo modum dicendi seruare: nec tamen propter consue-  
tudinem loquendi a veritate credendi recedere. Propterea quippe  
scriptura sacra ne verba hominum in veritate dei errare nos  
faciant: personam ipsam proprie ipsum spiritum rationalem  
esse testatur: que persona licet propter id quod de humo sum-  
ptum est homo dicatur: tamen verissime & quando illi sociata  
est sola bene vel male operatur: & quando ab illo separata est  
sola in pena vel gloria remuneratur: & sicut in corpore posita  
sola quedam bona cognitio & voluntate facit sine corpore:  
quedam vero post voluntatem & secundum voluntatem in opera-  
tione per corpus: ita quoque pro meritis premium percipit per  
ministerium separata a corpore sine corpore: postea iuncta corpori  
corpore. Ecce ergo dicam. Homo est animal: verum est propter  
id quod in homine ab anima sensificatum est. Homo est corpus.  
Verum est: quia id quod sensificatum est in homine & de hu-  
mo sumptum est ipsum est corpus. Homo est persona. Verum  
est: quia id quod ab humo sumptum est anime iunctum est  
in persona: hoc totum usus dicendi habet. & secundum eum modum  
quo vere dicitur: sine inconuenientia pro veritate recipi potest.  
Itaque dicamus. Homo est anima: non hoc usus dicendi recipit  
qui formatus est secundum modum sentiendi. Solum enim corpus  
in homine videtur & in solo corpore homo videtur: & idcirco  
a corpore homini nomen sumitur: quoniam propter corpus  
homo vocatur. Itaque quia in eo quod videtur aliud esse per-  
cipitur quod non videtur. Duo in homine esse deprehenduntur:  
id est corpus & anima que quoniam simul iuncta & unita in-  
ueniuntur: eiusdem unionis in homine corpus & anima partes  
nominantur. Ecce igitur concedamus quod usus loquendi  
affirmat: homo est corpus. & homo non est spiritus: homo est  
animal: & homo non est anima. Nunquid similiter concedemus  
homo mortuus non est homo. Homo enim est homo viuens  
Si autem homo mortuus non est homo: ergo homo quando  
viuere desinit homo esse desinit. Sed quid est quod viuere desinit  
nisi quod moritur: quid autem moritur nisi solum corpus quod  
ab anima deseritur. Anima enim non moritur nec viuere de-  
sinit: etiam quando viuificare desinit. Ergo solum corpus moritur.  
Sed homo inquit id est ipsa persona moritur. Quid est persona

nōne indiuiduum rationalis substantie. Si ergo indiuiduū  
 rationalis substantie persona est. rationalis utiq; spiritus q̄  
 & simplicitate vnus est & natura rationis capax: proprie p  
 sona esse habet. ex se quidem in quantum spiritus rationalis  
 est. per se autem quando sine corpore est. Quando autē cor  
 pus illi vnitum est in quantum cum corpore vnitum est vna  
 cum corpore persona est. Quando vero a corpore separatur  
 persona tñ esse non desinit & ipsa eadem persona que prius  
 fuit: qm̄ corpus a societate spiritus decedens eidem spiritui  
 persona esse non tollit: sicut prius quando iungebatur ipsi  
 vt persona esset non dedit. Remanet itaq; separata anima a  
 carne eadem persona spiritus rationalis: q̄ licet fortassis sim  
 vsum loquendi homo iam dici non possit: quia id quod de  
 terra sumptum erat iam sibi vnitum non habet. non tamen  
 ideo minus persona est & eadem persona que prius fuit: qñ  
 & illud sibi vnitum habuit & propter ipsam vnionem vna  
 cum illo persona fuit. Sic ergo corpus rationali spiritui iū  
 ctum non dat illi vt sit persona: sed iunctū illi accipit ab illo  
 vt ipsum sit vna persona cū illo: sic humanitas iuncta verbo  
 nō quidem illi dedit vt esset persona: sed vnita illi accipit ab  
 illo vt vna esset persona cum illo. Considerandum vero est  
 q̄ cum verbum & homo vna sit persona in Christo: recte ta  
 men per se dicimus verbum est psona. & iterum recte per se  
 dicimus homo est persona. & recte dicimus: q̄a simul homo  
 & verbum non due sunt sed vna persona. Quia enim verbū  
 & ante assumptum hominem persona fuit: & post assumptū  
 hominem persona esse non desinit. Ideo recte dicimus per se  
 verbum est psona. Et quia rursus inter hoīem assumptū  
 & verbum maior & excellentior q̄ inter animā & corpus vnio  
 fuit. nihilominus recte per se dicimus homo est psona: homo  
 quidem id est corpus & anima simul iuncta persona esse hē:  
 non tñ alia q̄ verbum: quia vna est persona homo & verbū.  
 Vnio quippe vnum facit. raro namq; & anima simul iuncta  
 persona fuissent si vna psona cū verbo non fuissent: & verbo  
 psona vnita nō fuissent. Propterea recte dicim⁹: q̄a & verbū  
 est persona: & itez recte dicim⁹ q̄a homo est psona. & similiē  
 recte dicim⁹ q̄a & verbū & homo nō sunt due sed vna psona  
 Item recte dicimus quia verbum ex quo homo factum est:  
 nūq̄. postea homo esse desijt quia se nec in morte carnis sue  
 ab assūpta hūanitate nūq̄. diuisit. Quapropter Xps etiā in  
 morte carnis sue nec de⁹ esse desijt q̄a in vera deitate imortal  
 pmanfit: nec persona esse desijt quia verbum fuit: nec homo  
 esse desijt: quia diuinitas eius ab hūanitate sua nō recessit

Sola autem anima a carne ad tempus diuisa est: sed diuinitas nec a carne nec ab anima separata est. **Christus** ergo vere mortuus fuit propter mortuam carnem: & vere uiuus permanens propter immortalem diuinitatem: & uerus deus simul & uerus homo fuit propter inseparabilem diuinitatis & humanitatis unionem.

**Quod per hominem uerbo unitum deo uniuertur omnes qui membra sunt illius** **Ca. xij.**

**M** Postolus dicit. Mediator non est unus: deus autem unus est. Duo enim erant deus & homo diuersi & aduersi. Deus erat iustus: homo erat iniustus: in hoc nota aduersos. Homo erat miser: deus bonus: in hoc nota diuersos. Sic igitur homo & aduersus deo erat per iniustitiam & diuersus a deo per miseriam. Propter hoc necesse habuit homo primum quid iustificari a culpa ut reconciliaretur. Postea uero reformari a pena ut reformaretur. In hoc ergo mediatore egit homo ad deum ut reconciliaretur illi & reuocaretur ad illum: sed causam dissidentium agendam conuenienter suscipere non posset. qui non aliqua societatis ac pacis amicitia utriusque familiaris atque propinquus existeret. Propter hoc ergo filius dei factus est homo ut inter hominem & deum reconciliatiois & pacis mediator esse posset. Suscepit humanitatem per quam hominibus appropinquaret. Retinuit diuinitatem per quam a deo non recederet: factus homo sustinuit penam ut demonstraret affectum: seruauit iustitiam ut conferret remedium. Verbum quidem quod cum patre deo unum erat per ineffabilem unitatem cum homine assumpto unum factum est per admirabilem unionem. Unitas in natura unio in persona cum patre deo: unum in natura non in persona: cum homine assumpto unum in persona non in natura. Quid magis unum quam unitas: quod unitate unum est summe unum est. Verbum & pater in unitate unum erant: quia natura unum erant & uoluit ipsum uerbum nobiscum unum fieri ut nos in se & per se unum faceret & cum illo cum quo ipsum unum erat. Assumpsit ergo ex nobis nostram naturam ut eam sibi sociaret per unionem in persona: que sociata non erat per unitatem in natura: ut per id quidem quod de nostro unum secum faceret nos sibi uniret ut cum ipso unum essemus per id quod nostrum sibi unitum erat: & per ipsum unum esse cum patre qui cum ipso unum erat. Pater inquit sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: ut sint unum sic & nos. Non pro eis autem rogo tamen sed & pro eis qui credituri

sunt per verbum eorum in me ut et ipsi in nobis unum sint: et mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritate quam dedisti mihi dedi eis ut sint unum sicut et nos unum sumus. Ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum. et cognoscat mundus quia tu me misisti rogat unitas per unione. Verbum cum patre unum in natura: homo cum verbo unum in persona: membra cum capite unum. primum in iusticia postea in gloria. Ut enim in iusticia unum sint: cognoscat mundus quia tu me misisti. Ut autem in gloria unum sint volo ut ubi ego sum et illi sint mecum ut videant claritatem meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

**Quod nunc Christus secundum humanitatem in celo est  
secundum diuinitatem ubique** **Ca. xiiij.**

**Q**ueris quomodo mediator dei et hominum homo Christus Ihesus nunc esse credatur in celo: aut quia deus ubique sit: hominem quoque illum qui in deo sit ubique diffusum: ex hoc nimirum intelligi volens etiam in paradiso esse potuisse qui ubique sit. Noli itaque dubitare ibi nunc esse hominem Ihesum Christum unde venturus est. Memoriter quoque recole et fideliter tene christianam confessionem quoniam resurrexit a mortuis ascendit ad celum sedet ad dexteram patris: nec aliunde quam inde venturus est ad viuos et mortuos iudicandos: et sic venturus est illa angelica voce te stante. Quemadmodum visus est in celum ire: id est in eadem forma carnis atque substantia: cui profecto immortalitatem dedit naturam non abstulit. sed hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cauendum est enim ne ita diuinitatem astruamus hominis ut veritatem corporis auferamus. Non est consequens ut quod in deo est ita sit ubique sicut deus. Nam de nobis veracissima scriptura dicit quod in illo viuimus et mouemur et sumus: nec tamen sicut ille ubique sumus. sed aliter homo ille in deo quoniam aliter et deus ille in homine proprio quodam et singulari modo. Una enim persona est deus et homo: et utraque vnus est Ihesus Christus ubique per id quod deus est. In celo autem per id quod homo. Est ergo deus per cuncta diffusus. Ipse quippe ait per prophetam. Celum et terram ego impleo et quod paulo ante posui de sapientia eius attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia s.

Itemq; scriptum est. Spiritus domini repleuit orbem terrarum  
eiq; dicitur in quodam psalmo. Quo ibo a spiritu tuo & quo  
a facie tua f. Si ascendero in celum tu illic es. & si d. ad inf. a.  
Sed sic est deus ubiq; diffusus vt non sit qualitas mundi s;  
substantia creatrix mundi sine labore regens: sine onere co;  
tinens mundu. non tamen per spacia locorum quasi moles  
diffusa: ita vt in dimidio mundi corpore sit dimidiu. & in alio  
dimidio dimidius: atq; ita per totum totus. sed in celo solo  
totus: & in sola terra totus. & in celo & in terra totus: & in nul  
lo contentus loco sed in seipso ubiq; totus: ita pater ita filiu  
ita spiritus sanctus ita trinitas vnus deus. Verum illud est  
multo mirabilius q; cum deus ubiq; sit totus: non tamen in  
omnibus habitat: non tamen omnibus dici potest quod ait  
apostolus vel quod iam dixi: vel etiam illud. Nescitis quia  
templu dei estis & spiritus dei habitat in vobis. vnde & eod  
trario de quibusdam dicit idem. Quisquis autem spiritum  
Christi non habet hic non est eius. Quis porro audeat opi  
nari nisi quisquis inseparabilitatem penitus ignorat trinita  
tis que in aliquo habitare possit pater aut filius in quo non  
habitat spiritus sanctus: aut in aliquo spiritus sanctus in quo  
non pater & filius. Vnde fatendum est ubiq; esse deum per  
diuinitatis presentiam: sed non ubiq; per habitationis gra  
tiam. Propterea hanc enim habitationem vbi proculdubio  
gratia dilectionis ei; agnoscit non dicimus. pater noster q;  
es ubiq; cum & hoc verum sit: s; pater noster qui es in celis.  
vt templum eius in oratione potius commemoremus quod  
& nos ipsi esse debemus: & in quantum sumus intantum ad  
eius societatem & adoptionis familiam pertinemus. Cum igit  
qui ubiq; est non in omnibus habitat: & in quibus habitat  
non equaliter habitat. Nam vnde est illud quod Heliseus  
poposcit vt dupliciter spūs dei in eo fieret qui erat in Helia:  
& vnde in omnibus sanctis sunt alijs sanctiores: nisi abundā  
tius habendo habitatores deum. Quomodo ergo verum su  
pra diximus q; deus ubiq; sit totus: quando in alijs est am  
plius & in alijs minus. Sed non est negligenter intuendum  
q; diximus in seipso esse ubiq; totum: non ergo in eis quia  
alia plus eum alia minus capiunt. Ideo enim ubiq; esse dici  
tur: quia nulli parti rerum absens est. Ideo totus quia non  
parti rerum partem suam presentem prebet: & alteri parti  
alteram partem: equales equalibus. minori minore. maioreq;  
maiozem. Sed nō solum vniuersitati creature verum etiam  
cuilibet parti eius totus pariter adest. Porro autē quod pa  
rum distincte putauimus posse intelligi: cū diceremus deū

esse ubiq; totum nisi adderemus in seipso ideo diligent? ex/  
ponendum. Quomodo enim ubiq; in seipso: ubiq; scilicet q̄a  
nusq; est absens: in seipso autem quia non continetur ab eis  
quibus presens est tanq; sine his esse non possit. Sicut autez  
nec ab illo abest in quo non habitat: ⁊ totus adest q̄uis ille  
non habeat eum: ita ⁊ in illo in quo habitat totus est q̄uis  
presens non ex toto eum capiat: neq; enim ad habitandum  
diuidit se per hominum corda seu corpora: aliam sui partem  
huic tribuens: illi aliam: sicut lux ista per aditus ⁊ fenestras  
domorum: sed potius vt quemlibet sonum cum corporea res  
sit ⁊ transitoria surdus non capit: surdaster nō totum capit  
atq; in his qui audiunt cum pariter ei appropinquant: tan/  
tomagis alius alio capit quanto est acutioris: tanto autem  
minus quanto est obtusioris auditus: cum ille nō varie ma/  
gis minusue sonat: sed in eo loco in quo sunt omnes equali/  
ter presto sit: quanto excellentius deus natura incorporea ⁊  
immutabilis viua: qui non sicut son? per mozas temporum  
tendi ⁊ diuidi potest: nec spacio aereo tanq; loco suo indiget  
vbi presentib; presto sit: sed eterna stabilitate ipse in se ma/  
nens totus adesse rebus omnib; potest ⁊ singulis totus: q̄-  
uis in quibus habitat habeant eum pro sue capacitatis di/  
uersitate: alij amplius alij minus quos ipse sibi dilectissimū  
templum gratia sue bonitatis edificat. Habitare etiā in om/  
nibus adhuc animabus nondum spiritualibus ideo dicitur  
deus: quia in eis occulte agit vt sint templum eius: idq; in  
proficientibus ⁊ proficiendo perseverantibus perficit. Quā/  
obrem deus qui ubiq; presens est ⁊ ubiq; totus non in om/  
nibus habitat sed in eis tantum quos efficit beatissimū tē/  
plum suum vel beatissima templa sua eruens eos a potesta/  
te tenebrarum ⁊ transferens in regnum claritatis sue quod  
incipit a regeneratione. Cum igitur habitatione; eius cogi/  
tas vnitatem cogita: cognitionemq; sanctorum maxime in  
celis vbi propterea ꝑcipue habitare dicitur: quia ibi fit vo/  
luntas eius perfecta eorum in quibus habitat obedientia: de  
inde in terra vbi edificans domum suā habitat in fine seculi  
dedicandam. Christum autem dominum nostrum vnigeni/  
tum dei filium equale; patri eundemq; hominis filium quo  
maior est pater ⁊ ubiq; non dubites totum esse presentem  
tanq; deum: ⁊ in eodem templo dei esse totum presentē tanq;  
deum inhabitante; ⁊ in loco aliquo celi propter veri corpo/  
ris modum.

**(Pars Secunda. De gratia que per Christum datur. & spiritu a capite in membra diffuso)**

**(Capitulum primum)**



**S**criptum est quia lex neminem ad perfectum adducit. Lex enim ignorantiam docere potuit: infirmitatem adiuuare non potuit. Duo hec mala in homine fuerunt & ex his cetera mala hominis omnia processerunt. Vnum fuit ignorantia. aliud est concupiscentia. ignorantia boni: concupiscentia mali. ex ignorantia venit delictum: ex concupiscentia peccatum. Hec igitur duo ab inicio in homine fuerunt. sed vt cognosceret homo morbum suum dimissus est totus sibi: ne forte gratiam superfluum iudicaret. si prius defectum infirmitatis sue non agnosceret. Positum est ergo tempus naturalis legis vt natura per se operaretur. non quod per se quicquam posset: sed vt se non posse agnosceret. Illa ergo sibi relicta errare cepit a veritate per ignorantiam & conuicta est de cecitate postmodum etiam conuincenda de infirmitate data est lex scripta vt ignorantiam illuminaret: sed infirmitatem non corroboraret vt in ea parte homo qua defectum suum agnouit iuuaret. Vbi autem per se stare putauit reliquitur. Accepta ergo scientia veritatis per legem conari cepit vt perficeret. sed plus concupiscentia quia gratiam adiuuantem non habuit. ab opere virtutis defecit. Conuictus est igitur in utroque: quia videlicet per se nec verum potest agnoscere nec bonum perficere. Post hec itaque conuenienter gratia data est quae & illuminaret cecum & sanaret infirmum: illuminaret ignorantiam refrigeraret concupiscentiam: illuminaret ad cognitionem veritatis inflammaret ad amorem virtutis. Propterea spiritus in igne datus est vt lumen haberet & flammam: lumen ad cognitionem: flammam ad dilectionem. Porro sicut spiritus hominis mediante capite ad membra viuificanda descendit: sic spiritus sanctus per Christum venit ad christianos. Caput est Christus membra christianus: caput vnum membra multa. & constat vnum corpus ex capite & membris & in vno corpore spiritus vnus: cuius plenitudo quidem in capite est participatio in membris. Sic ergo corpus vnum est & spiritus vnus qui in corpore ipso non est: a spiritu viuificari non potest. sicut scriptum est. Qui non habet spiritum Christi hic non est eius. Qui autem non habet spiritum



Christi hic non est membrum Christi: in corpore vno spūs vnus: nihil in corpore mortuum: nihil extra corpus viuum: per fidem membra efficitur: per dilectionem viuificamur: p fidem accipimus vnionem: per caritatem accipimus viuificationem. In sacramento autem per baptismum viuimus: per corpus Christi & sanguinem viuificamur: per baptismum efficitur membra corporis: per corpus autem Christi effici mur participes viuificationis.

**De Ecclesia & quid sit ecclesia** **Ca. ij.**

**E**cclēsia sancta corpus Christi est vno spiritu viuificata & vnita fide vna & sanctificata. Sicut corporis membra singuli quicq; fidelium existūt omnes corpus vnum propter spiritum vnum & fidem vnā. Quem admodum autem in corpore humano: singula queq; membra propria ac discreta officia habent: & tamen vnūquodq; non sibi soli agit quod solum agit: sic in corpore sancte ecclesie dona gratiarum distributa sunt: & tamen vnusquisq; nō sibi soli habet etiā id quod solus habet. Soli enim oculi vident & tamen sibi solummodo non vident: sed toti corpori: sole aures audiunt: nec tamen sibi solummodo audiunt sed toti corpori: soli pedes ambulant & non sibi tamen solummodo ambulant sed toti corpori. Et ad hunc modum vnūquodq; quod habet solum in se non habet: solummodo propter sequatū hinc dispensationem optimi largitoris & distributoris sapiētissimi singula sint omnium & omnia singulorum. Quisquis ergo donum gratie dei percipere meruit: sciat non ad se solum pertinere quod habet etiā si solus habet. Hac itaq; similitudine sancta ecclesia id est vniuersitas fidelium corpus Christi vocatur propter spiritum Christi quem accepit: cuius participatio in nomine designatur qm̄ a Christo christianus appellatur. Hoc itaq; nomē signat membra Xpi participantia spiritum Christi vt ab vno sit vnctus: qui a Christo dicitur christianus. Christus quippe vnctus interpretatur illo videlicet oleo leticie quod pre cunctis participibus suis hinc plenitudinem accepit & cunctis participibus suis quasi caput membris hinc participationem transfudit: sicut vnguentum in capite quod descendit a capite in barbam: & deinde vsq; in horam hoc est vestimenti extremitatē defluxit vt ad totum efflueret & totum viuificaret. Quando igitur christianus efficitur membrum corporis Christi efficitur membrum corporis Christi participans spiritum Xpi. Quid est ergo ecclesia nisi multitudo fidelium: vniuersitas christianorum.

**De Duobus parietibus ecclesie laycis scilicet  
& clericis**

**Ca. iij.**

**V**niuersitas autem hec duos ordines complectitur: laycos & clericos quasi duo latera corporis vnius. Quasi enim ad sinistra sunt layci qui vite presentis necessitati inseruiunt. Non ita dico ad sinistram quemadmodum illi ad sinistram statuent quibus dicitur. Ite maledicti in ignem eternum. Absit a me vt bonos laycos ibi statuere presumam. Nam qui boni erunt siue layci siue clerici ibi non erunt & qui mali erunt siue layci siue clerici ibi erunt. Non ergo ad illam sinistram laycos christianos qui veri christiani sunt constituo. sed ad illam sinistram de qua dicitur. In dextra eius longanimitas vite: in sinistra autem eius diuitie & gloria. Quod enim ad sinistram in corpore est de corpore est & bonum est quous optimum non sit. Layci ergo christiani qui terrena & terrene vite necessaria tractant: pars corporis Christi sinistra sunt. Clerici vero quoniam ea que ad spiritualem vitam pertinent dispensant quasi dextera pars sunt corporis Christi. Et constat his duabus partibus totum corpus Christi quod est vniuersa ecclesia. Laycus interpretatur popularis. Grece enim laos latine dicitur populus. Vnde & Basileos rex dictus putatus quasi basilaos id est sustentamentum populi. Clericus dicitur a greco clericos quod latine interpretatum sonat sortem siue ipse sorte electus sit a deo & ad seruicium dei: siue quod ipse deus sorte illius sit: & quod portiones aliam in terra habere non debeat clericus nisi deum & ea que ad dei partem spectant. Cui statutum est decimis & oblationibus que deo offerunt sustentari. Laycis ergo christianis fidelibus terrena possidere concedit. clericis vero spiritualia tantum committuntur: quemadmodum olim in illo populo priore ceteris tribus que typum laycorum preferebant portiones in hereditate acceperunt: sola tribu Leui que clericos figurabat decimis & oblationibus & sacrificiorum victimis pascabant.

**Quas esse vitas & hinc duas vitas duos esse populos & in duobus populis duas esse potestates & in utraq; diuersos gradus et dignitatum ordines & vna inferiorum et aliam superiorum.**

**Ca. iij.**

**V**e sunt quippe vite. vna terrena: alia celestis: altera corporea: altera spiritualis. Vna qua corpus viuunt ex anima. Alia qua anima viuunt ex deo: utraq; bonum suum habet quo vegetatur & nutritur vt possit subsistere.

Vita terrena bonis terrenis alitur. vita spiritualis spiritua-  
libus bonis nutritur. Ad vitam terrenam pertinent oīa que  
terrena sunt. ad vitam spiritualem que spiritualia sunt bona  
omnia. Vt autem in vtraq; vita iusticia seruetur & utilitas  
proueniat. primum ad vtrūq; distributi sunt: qui vtriusq;  
bona sūm necessitatem vel rationē studio ac labore acquirāt:  
deinde alij qui ea potestate officij commissi sūm equitatem  
dispensent vt nemo fratrem suum ī negotio supergrediatur.  
sed iusticia inuiolata conseruetur. Propterea in vtroq; po-  
pulo sūm vtramq; vitam distributo potestates sunt consti-  
tute. In laicis quippe ad quorū studium & prouidentiam  
ea que terrene vite necessaria sunt pertinent: potestas est ter-  
rena. In clericis autem ad quorū officium spectāt ea que  
spiritualis vite sunt bona potestas est diuina. Illa igitur po-  
testas secularis dicitur ista spiritualis nominatur. In vtraq;  
parte diuersi sunt gradus & ordines potestatum: sub vno ta-  
men vtriusq; capite distributi & quasi ab vno principio de-  
ducti & ad vnum relati. Terrena potestas caput habet regē  
spiritualis potestas caput habet summum pontificem. Ad  
potestatem regis pertinent que terrena sunt & ad terrenam  
vitam facta omnia. Ad potestatem summi pontificis pertinet  
q̄ spiritualia sunt & vite spirituali attributa vniuersa. Quā-  
tum autem vita spiritualis dignior est q̄ terrena: & spiritus  
q̄ corpus. tantum spiritualis potestas terrenam siue secula-  
rem potestatem honore ac dignitate precedit. Nam spiritus  
alis potestas terrenam potestatem & instituere habet vt sit &  
iudicare habet si bona non fuerit. Ipsa vero primo a deo in-  
stituta est. & cum deuiat a solo deo iudicari potest. sicut scri-  
ptum est. Spiritus diuidit omnia: & ipse a nemine iudica-  
tur. Q̄ autem spiritualis potestas quantum ad diuinam in-  
stitutionem spectat & prior sit tempore & maior dignitate: in  
illo antiquo veteris instrumenti populo manifeste declarat  
vbi primum a deo sacerdotium institutum est. postea vero  
per sacerdotium iubente deo regalis potestas ordiata est. vñ  
adhuc in ecclesia dei sacerdotalis dignitas regalem potesta-  
tem consecrat & sanctificans per benedictionem: & in formās  
per institutionem. Sic ergo vt dicit apostolus. Qui benedicit  
maior est & minor qui benedicitur: constat absq; omni dubi-  
tatione q̄ terrena potestas que a spirituali benedictione ac-  
cipit iure inferior estimetur.

**¶ Q̄d omnis ecclesiastica administratio constat  
in tribus hoc est in sacramentis in ordinibus i**

**O**mnis ecclesiastica administratio in tribus constat in ordinibus in sacramentis in preceptis. Ordines consideramus in personis prelatorum. Sacramenta in ministerio eorum. Precepta in conuersatione subiectorum: que singula propria consideratione egent. De ordinibus hoc primum attendendum est. quod alij sunt secundum gradum differentem sicut est diaconus et sacerdos: alij in eodem gradu secundum potestatem excellentem sicut diaconus et archidiaconus. Unde gradus est in sacramento non tamen una potestas in ministerio. Diaconus enim sacerdoti ministrat in sacramento corporis et sanguinis Christi. Archidiaconus autem hoc plus habet quod preter ministerium altaris sub episcopo et vice episcopi curam habet ecclesiarum et causas ecclesiasticas examinat et ministeria dispensat. Similiter sacerdos et pontifex siue summus sacerdos vnus gradus est in sacramento: diuersa tamen potestas in ministerio: quia cum utrisque corporis et sanguinis Christi consecrandi baptisandi cathesifandi predicandi ligandi soluendi vna quodammodo sit dignitas pontificibus tamen ecclesias dedicandi ordines faciendi manus imponendi facti crismatis consecrandi communem super populum benedictionem faciendi singularis potestas data est. Sic itaque est differentia alia in sacris ordinibus graduum. Alia est in eodem graduum differentia dignitatum. Ordo autem alius est in potestate terrena vel seculari et alius in potestate spirituali.

**De Potestate terrena**

**Ca. vj.**

**P**otestas terrena pertinet ad vitam terrenam: et omnia que ad terrenam vitam spectant subiecta sunt terrene potestati. Hec autem omnia dupliciter pertinent ad ius terrene potestatis vt videlicet ipsa terrena potestas hec et possidentibus secundum iusticiam distribuatur: et contra iusticiam impugnantium defendatur. Sicut autem prelatorum debitum est subiectis possidentia iuste dispensare et eos contra iusticiam defendere: sic subiectorum debitum est secundum instituta legum et rationabiles consuetudines prelati et in se et in suis seruicium exhibere. Est autem seruicium aliud determinatum: sic census et tributum que annuatim soluentur

Aliud fortuitum quod videlicet pro culpis ex casu acciden-  
tibus exigitur. Quod et ipsum licet legibus secundum mensuram  
peccati determinatum sit in hoc tamen quodammodo deter-  
minatū non est: quia euentus eius certus non est neque exigi  
iure potest nisi cum acciderit culpa pro qua persolendum  
est. Nec ergo est discretio terrene potestatis ut sciat ut quid  
prelatis subiectis: vel quid subiecti prelatis exhibere debeant  
pro ipsa terra vel terrena substantia circa quam utrimque de-  
bitum pensatur.

## ¶ Quomodo ecclesia terrena possideat / ¶ Ca. vii.

**Q**uibus autem terrenis bonis ad terrenam vitam per-  
tinentibus que vel possident prelati in subiectis: vel  
subiecti possident a prelatis: quedam ecclesijs Christi  
deuotione fidelium concessa sunt possidenda: saluo tamē iure  
terrene potestatis. Sic enim rationabile est et bonū: quia deus  
noster pacis amator est et nil inordinatum approbare potest  
vera iusticia. Spirituales siquidem potestas non ideo presidet  
ut terrene in suo iure preiudiciū faciat sicut ipsa terrena po-  
testas: quod spirituali debetur nunquam sine culpa usurpat. Sic  
igitur quando eiusmodi que ad terrenam spectant potestatem  
ecclesijs Christi conceduntur. Hi quidem qui largitores sunt  
muneris hoc solum concedere possunt in eis quod possident:  
quia nec subditi id quod suis superioribus debetur ad aliam  
possunt transferre potestatem: nec prelati in his que iuste a  
subiectis possidentur alienos possessores inducere: hoc est ut  
nec prelati id quod subiectorum est tribuant: nec subiecti id  
quod prelatorum est immutare presumant. Notandum est  
tamen quod principes terreni in terrenis possessionibus que vel  
in subiectis vel non subiectis possident ecclesie aliquando con-  
cedunt solam utilitatem: aliquando et utilitatem et potestatem.  
Utilitatem sine potestate concedunt quando fructum quidem  
possessionis ad usum ecclesie transferri decernunt. Sed pote-  
statem iusticie exercende in ipsa possessione ad eius ditionem  
transire non permittunt: aliquando et utilitatem et potestatem  
simul tribuunt. Vbi tamen diligunt attendendum est quod ecclesia  
licet fructum terrene possessionis in usum accipiat potestatem  
tamē exercende iusticie per ecclesiasticas personas aut iudicia  
secularia exercere non potest: potest tamen ministros habere  
laycas personas per quas iura ac iudicia ad terrenam pote-  
statem pertinentia secundum tenorem legum: et debitum iuris ter-  
reni exercat. Sic tamen ut et ipsum quod potestatem habet  
a principe terreno se habere cognoscat: et ipsas possessiones  
nunquam ita a regia potestate elongari posse intelligat: quin si

ratio postulauerit & necessitas: & illis ipsa potestas debeat patrocini-  
um: & illi ipse possessiones debeant in necessitate obse-  
quium. Sicut enim regia potestas patrocini-um quod debet  
alteri non potest dare: sic ipsa possessio etiam ab ecclesiasticis  
personis obtenta obsequium quod regie potestati debetur:  
iure negare non potest sicut scriptum est. Reddite que sunt  
cesaris cesari & que sunt dei deo.

**Quot modis in seculari potestate determinan-  
da est iusticia sicut scriptum est Reddite que sunt  
cesaris cesari & que sunt dei deo. (Ca. vii.)**

**S**ciendum est vero quod iusticia illa que terrene potesta-  
ti in subiectis data est quinque modis determinatur  
scilicet secundum personam secundum causam secundum modum secundum locum &  
secundum tempus. Nam quod aliquo modo licet non statim om-  
nino licet: & ipsa iusticia nisi iuste exhibita fuerit iusticie no-  
men amittit. Quapropter quod licet perspicendum est diligen-  
ter quomodo licet: & considerandi sunt modi quibus iusticie  
forma determinatur. Secundum personam aliquid licet & aliquid  
non licet: quemadmodum seculari iudici in personam laycam  
si peccauerit manum mittere licet: in clericum non licet. Secundum  
causam iusticia determinatur ut videlicet negocia secularia  
a potestate terrena: spiritualia vero & ecclesiastica a spiritua-  
li potestate examinentur. Secundum modum siue mensuram iu-  
sticia determinatur cum videlicet quelibet culpa congrua &  
conuenienti pena multatur ut nec priuatus amor inuidi: nec  
equitati aliquid subtrahat: neque odium priuatum adiciat  
debite seueritati. Secundum locum & tempus determinatur iusticia  
si ubi & quando conuenit iusticia exercetur & profertur  
veritatis sententia. Secundum personam igitur iusticia violaretur  
si iudex secularis in ecclesiasticam personam manus mitte-  
ret. Secundum causam si ecclesiastica negocia examinanda susci-  
peret. Secundum mensuram si mendacium vel maledictum sus-  
pensionis puniret. Secundum locum si loca sacra violare presu-  
meret & confugientibus ad illa etiam reis pro suis sceleribus  
condemmandis inordinate violentiam inferre temptaret. Secundum  
tempus si sacris & solennibus diebus reuerentiam non exhiberet  
quoniam & his parcendum est quibus pro culpis suis supplicia debentur

His ergo modis secularis potestas iusticiam exercere debet legum instituta sequens & nihil preter iusticiam & veritate approbans in iudicando. Secularis autem potestas caput habet regem siue imperatorem ab illo per subiectas potestates: duces & comites & prefectos & magistratus alios descendens: qui tamen omnes a prima potestate auctoritatem sumunt in eo quod subiectis prelati existunt.

**De ornamentis regis**

**Ca. ix.**

**H**abet autem potestas secularis ornamenta quedam dignitatis sue quibus & excellentia ordinis ostendit & sacramentum ministerij figuratur. Anulus fidei armilla bonam operationem: sceptrum iusticie & gladius vindictam: purpura reuerentiam: dyadema gloriam designat. Et hec quidem de seculari potestate in presenti dicta sufficiant.

**Pars Tercia. De spirituali potestate & de clericis.**

**Capitulum primum**



**S**piritualis potestas in clero ordinatur habens gradus & ordines dignitatum differentes. Primum signaculum clerici est corona qua signatur ad partem sancti ministerij diuini cui seruire regnare est. Corona quippe regale decet figurat: sic dicit beatus Petrus apulus. Vos estis ergo electum regale sacerdotium: propter hoc ergo coma capitis clerico in modum coronae tondetur: & ipsa capitis summitas desuper nudatur & reuelatur ut per hoc detur intelligi: quia ad regiam in Christo potestatem assumitur: & quia inter ipsum & deum deinceps velamen esse non debet: & ut reuelata facie & pura mente domini sui gloriam contempletur: summum capitis summum est mentis denudatio capitis illuminationem mentis significat. Clericus quippe secretorum dei non ignarus esse debet: quia nuncius eius est ad populum. Tondentur etiam capilli capitis usque ad aperitionem & reuelationem sensuum id est oculorum & aurium ut eum ab audiendo & intelligendo verbo dei terrenorum occupatio que per capillos significat non impediatur. Postquam autem clericus factus est debet deinceps de stipendiis ecclesie sustentari: & sub tutela & custodia spiritualium magistrorum scientia diuina & ecclesiastica disciplina erudiri: quatinus ad sacros ordines ministerij diuini cum ratio poposcerit digne possit accedere. Nemo ad clerum assumendus est nisi sub titulo cetero. Qui enim caput non habent accephali sunt non clerici.

**¶ De Tonsura ecclesiastica**

**¶ Ca. ii.**

**T**onsure autem ecclesiastice vsus a nazareis esse exortus putatur qui prius crine seruato: deniq; ob vite continentiam caput radebant: & capillos in igne sacrificij ponebant: hinc vsus a presbiteris introductus est: vt qui diuinis cultibus mancipati deo consecrantur quasi nazarei: id est sancti crine posito inueniantur sicut ad Ezechiel dicitur: Tu fili hominis sume tibi gladium acutum & duc super caput tuum & barbam: hoc etiam in nouo testamento nazareos illos priscillam & aquila in actibus apostolorum primum fecisse legimus. Paulum quoq; apostolum & quosdam discipulorum Christi qui in huiusmodi cultu imitandi exstiterunt: scilicet vt hoc signo vitia in corde & opere pululantia precidenda doceantur.

**¶ Quomodo ordines sacri in monachis sunt.**

**¶ Capitulum tertium**

**V**idam volunt coronam aliquando pro signo accipiendam penitentie: quemadmodum in ordine monachorum quibus & ceteri ordines sacri qui in clero proprii sunt hinc indulgentiam conceduntur. Non enim in populo preesse possunt: nec spiritualis dignitatis in ecclesia curam suscipere donec ad clerum assumatur. Propterea qd in illis est sacri signaculi ad indulgentiam est: non pro potestate prelationis in populo dei: sed ne in ipso quoq; habitu penitentie quo se sponte propter deum sequestrauerunt sacrosanctam corporis & sanguinis Christi communionem vel habere non possint: vel extra ad impedimentum quietis sue requirere compellant. Vt ergo quietius intrinsecus viuant ordines ministri diuini ipsis per indulgentiam conceduntur non ad exercendam prelationem in populo dei: sed ad celebrandam intrinsecus communionem sacramenti dei: quod tamen a principio non ita fuisse dicunt. Monachi quippe & heremum habitantes olim presbiteros non habuisse legunt

**¶ De Septem gradibus sacris**

**¶ Ca. iij.**

**P**rimū igit signaculū clerici corona est qua in parte ministerij sacri consignatur. Sequuntur deinde septē graduū promotiōes in quibus p spūalem potestatem alteri semper ad sacra tractanda ascendant. Primus gradus ē hostiariorū secundus lectorū tertius exorcistarū quartus acolitorū



quintus subdiaconorum sextus diaconorum septimus sacerdotum. Hic gradus dispar es in eodem ordine habet dignitates. Nam post sacerdotes altiores sunt principes sacerdotum id est episcopi: supra quos iterum sunt archiepiscopi et supra illos qui dicuntur primates: supra quos quidam patriarchas constituere volunt: alij eosdem primates et patriarchas dicunt. Nos tamen quatuor tantum ex antiquo ecclesie usu patriarchas nominatos inuenimus id est alexandrinum iherosolimitanum antiochenum aquileiensem et qui post grandensis dicitur est. nisi forte secundum proprietatem linguarum id est ipsi alibi patriarche alibi primates appellati sunt: post hos omnes sequitur summus pontifex quem papam id est patrem patrum consuetudo ecclesiastica nominare instituit. Hic est principalis et maximus sedis apostolice in ecclesia romana successor unde et ipsum specialiter apostolicum sancta ecclesia nominare consuevit. Cui vice Petri principis apostolorum presidenti omnis ecclesiasticus ordo obtemperare debet. qui solus prerogatiua dignitatis clauis habet ligandi omnia atque soluendi super terram. Isti ergo ordines sacri diuersis locis per orbem terrarum quascumque sancte ecclesie corpus diffusum est disponuntur: non solum voluntaria ordinatione spiritualium patrum: sed ex ipso quoque gentilitatis usu conuenienti ratione assumpta. In illis siquidem ciuitatibus ubi olim gentiles flamines suos constituerent consueuerunt: ibi nunc episcopi sunt ordinati: ubi vero archiflamines dispositi fuerant archiepiscopi successerunt. **Lege librum Clementis** ibi inuenies quomodo beatus Petrus per diuersa orbis terrarum loca principes ecclesiarum disponi instituit. Septem ergo spiritualium officiorum gradus proinde in sancta ecclesia secundum septiformem gratiarum distributi sunt quos dominus Christus eiusdem spiritus plenitudinem habens omnia in semetipso exhibuit et corpori suo ecclesie imitanda reliquit cum ipsius spiritus participationem concessit.

**De Hostiarijs****Capitulum v.**

Inter hos septem gradus spiritualis officij primus est eorum qui hostiarij dicuntur: qui in veteri testamento olim ianitores vocabantur. Ad officium hostiarij pertinet clauis ecclesie ut claudat et aperiat foris competentibus templum dei et omnia que intus sunt extraque custodiat fideles recipiat: excommunicatos et infideles excipiat. Hostiarius cum ordinatus postquam ab archidiacono instructus fuerit qualiter in domo dei debeat conuersari ad suggestionem archidiaconi tradit ei episcopus clauis ecclesie de altario dicens ei. Sic age quasi redditurus deo rationem pro his rebus que his clauibus

recluduntur. Hoc officium dominus in sua persona suscepit quando flagello de funiculis facto vendentes et ementes in templo eiecit. Ipse quippe hostiarius dicit. Ego sum ostium per me si quis intraverit saluabitur. ingredietur & egredietur et pascua inueniet.

**¶ De Lectoribus****¶ Ca. vij.**

**S**ecundus gradus est lectorum qui formam et incipit a prophetis accepit. Sunt enim lectores qui verbum dei annunciant. Quibus dicitur clama necesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Hi cum ordinantur primum de vita ipsorum et fide et ingenio episcopus ad populum verbum facit deinde vidente populo ab ipso traditur codex diuinarum lectionum et dicitur eis. Accipite et estote verbi dei relatores. habituri si fideliter et vtiliter impleuerint officium potestatem cum his qui verbum dei ministrauerunt. Exhinc ergo potestatem habent in ecclesia coram populo propheticas et apostolicas lectiones recitandi. Hi quidem qui ad hunc gradum promouentur literarum scientia debent esse instructi: ut eorum que leguntur sensum intelligant in pronuntiatione vim accentuum agnoscant distinde legant ne confusione pronuntiationis intellectum auditoribus tollant considerent quid sit indicatiue legendum: quid sub interrogatiue pronuntiandum: vbi sit in oratione distinctio vel media distinctio facienda: quia et hec male seruata intellectum perturbant et grammaticorum typum gerentes ad irrisionem prouocant. Vox lectoris auribus et cordi consulere debet non oculis: ne motu vel gestu indisciplinato spectatores magis ex seipso faciat quam auditores: eque effractum et femineum quam agrestem et rusticum sonum euitans. Lectores olim precones vel proclamatores vocabantur: quia in populo vocem faciunt. Hoc officium dominus in propria persona ostendit quando in medio seniorum librum **V**saie prophete aperies distinde ad intelligendum legit. Spiritus domini super me euangelizare pauperibus misit me. Ex quo lectoribus intelligi dat: quia gratia spiritali clarere debent qui populo verbum dei annunciant.

¶ De Exorcistis

¶ Ca. vii.

**Q**uarto loco sequitur ordo exorcistarum qui super cathecuminos faciunt sacramentum apertionis: et habent spirituale imperium super spiritus immundos ut eos de corporibus obsessis eiciant. Debet autem habere spiritum mundum qui spiritibus immundis imperat ut vita ab officio non discorde: et malignum quem per officium acceptum expellit de corpore alieno: per mundiciam vite expellat de corde suo. Hi cum oroinantur accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum et dicitur eis. Accipite et memorie commendate et habetote partem imponendi manus super energuminos sive cathecuminos. Exorciste in ordine et ministerio ecclesie constituti sunt secundum officia que in templo Salomonis erant disposita: que postea sunt ab Hefdra dispersita. Leguntur enim sub Hefdra fuisse auctores templi filii seruorum Salomonis qui actum templi totius sub cura sua haberent: aut sacris oblationibus deseruirent. Et cum fuissent ex ordine et ministerio templi: longe tamen fuerunt ab officio altaris dei. Neque enim psalmista id est cantoribus nec hostiariis nec sacrorum seruis attingere licebat ad munera altaris nisi tantummodo leuitis. Quasi ergo auctores quidam spirituales templi dei exorciste sunt in populo dei qui de substantia domini sui sibi in donis spiritualibus tradita: in spiritualibus edificijs dilapsa restituant et reparent dissipata. Exorcistas significat apostolus cum dicit. Nunquid omnes donationes habent sanationem. Hoc officio usus est dominus quando salua sua tetigit aures et linguam surdi et muti dicens. Effeta quod est ad aperire. Hoc exemplo nos docet spiritualiter aperire debere aures precordiorum hominum ad intelligendum et ora ad confitendum: ut expulso demone spiritus sanctus vas suum recipiat. Similiter hoc officium exhibuit quando de maria Magdala septem demonia eiecit.

¶ De Acolitis

¶ Ca. viii.

**Q**uarto loco succedunt acoliti: qui latine dicuntur ceroferarii: quia accensos cereos deferunt dum legitur euangelium vel dum offertur sacrificium: non ut tenebras huius aeris illuminant. sed ob hoc ut sicut visibiliter lumen manibus gestant: ita opera lucis proximis ostendant et more lucis errantibus viam in tenebris palpantibus ducant prebeant. Hi cum ordinantur: postquam edocti fuerint ab episcopo qualiter in officio suo agere debeant accipiunt ab archidiacono ceroferarium id est candelabrum cum cereo:

vt sciant se ad accendenda luminaria mancipari. Accipiunt  
 a vrceolum vacuum ad infundendum vinum in calicē quo  
 consecrandus est sanguis Christi de latere profluentis aq̄  
 inde procedentis que duo ideo in calice commiscuntur quia  
 Xpi sanguine sumus redempti aq̄ baptismatis a peccato  
 abluti. Hoc officium se habere dominus in euangelio testat̄  
 dicens. Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat  
 in tenebris sed habebit lumen vite.

**De Subdyaconis****Ca. jr.**

**Q**uinto loco ordo ē subdyaconorū qui apud grecos  
 ypodiaconi vocant̄. Isti sunt qui in Esdra nathanei  
 id est in humilitate domino seruiētes appellantur  
 ex quorū ordine fuit ille Nathanael qui in euangelio sal/  
 uatorem confiteri a ab ipso meruit collaudari dicente dño.  
 Ecce vere israelita in quo dolus non est. Isti subseruiūt les/  
 uitis a vasa corporis a sanguinis Christi ipsis ad altaria of/  
 ferunt a iterū referunt. De quibus quidem patribz placuit  
 vt qui sacra misteria contrectant legem obseruent stinētie  
 sicut scriptum est. Mundamini qui fert̄ vasa domini. Hi in  
 templo domini oblationes suscipiunt a populis. Ad istorū  
 etiā pertinet prouisionem tantum de oblationibus ponere  
 in altari quantum sufficere possit populo dei. Similiter ipsi  
 pallas corporales a substratozia leuare a aquaz in baptismū  
 vergere debent. vrceum quoq; a aquam manile a manuter/  
 giū tenere episcopo & presbitero a leuitis pro lauādis añ.  
 altare manibus aquaz prebere. Hi cum ordinantur sicut sa/  
 cerdotes a leuite manus impositionem accipiunt sed tātum  
 calicem vacuum & patenam vacuum de manu episcopi. De  
 manu vero archidyaconi vrceolū cum aqua manile a ma/  
 nutergiu quibus mundare debent manz sacerdotes & leuite  
 tractaturi diuina sacramenta. Hoc officio vsus est dominz  
 quādo facta cena cum discipulis linteo se precinxit a mittēs  
 aquam in peluim pedes discipulorū lauit a linteo terxit.

**De Dyacomibus****Ca. x.**

**D**yaconorū ordo sexto loco sequitur non sine aliquo  
 senarij misterio in quo propter perfectionē sui signi/  
 ficetur op̄z perfectio. Hic ordo in veteri testamēto  
 a tribu Leui habet exordium. Precepit enī dominus Moysi  
 vt post ordinationem Aaron & filiorum eius rursus tribus  
 Leui ad diuini cultus ministeria ordinaretur & consecraret̄  
 domino a seruirent pro israhel coram Aaron a filiis eius in  
 tabernaculo dei: ipsiq; gestarent archam a tabernaculum a

omnia vasa & in circuitu tabernaculi ipsi castra constituerent & in transportando tabernaculo ipsi disponerent rursus ipsi componerent. A viginti autem annis & supra iussi sunt seruire in tabernaculo quam regulam etiam sancti patres in nouo testamento constituerunt quomodo hec etas ad portanda onera robusta est quod illi ordini a Moysse institutum est. Quod etiam in nouo testamento representatur cum diaconibus supra sinistrum humerum stola imponitur: & casula in diebus ieiunii super eundem humerum complicatur: quia quicquid laboris & sustentie in hac vita toleramus tanquam in sinistra portamus: donec in dextra hoc est in eternitate requiem habeamus. Hic ordo in nouo testamento ab apostolorum initium sumpsit quia sic legitur in actibus apostolorum. Apostoli septem viros boni testimonii plenos spiritu sancto ad hoc officium elegerunt: & oratione premissa manus eis imposuerunt: & exinde apostoli & eorum successores decreuerunt ut in omni matrice ecclesia septem diaconos circa aram Christi sublimiori gradu tanquam colonne altaris assisterent: non sine aliquo septenarii misterio in quo figuratur ut septiformis gratie spiritu fulgentes: sancti sint corpore & spiritu: Hi sunt septem angeli in apocalypsi tuba canentes. Hi sunt septem candelabra aurea: hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum preconiis admonent cunctos: siue ad orandum siue ad genua flectenda siue ad psallendum siue ad legendum & audiendum verbum. Ipsi euangelizant ipsi sacramenta dei dispensant sine ipsis sacerdos nomen habet: officium non habet. Nam sicut in sacerdote consecratio ita in ministro dispensatio sacramenti est. Ipsis etiam sacerdotibus propter presumptionem non licet calicem domini in mensa tollere: nisi traditus fuerit eis a diacono. Leuite hostias super altare ponunt: ipsi mensam domini componunt: leuite operiunt archam testamenti: quia non omnes videre debent: aut possunt alta misteriorum que operiuntur a leuitis. Ipsi albis induti vestibus assistunt altari ut candore vestis mundicia vite significetur: nitidique ad hostias & immaculati accedunt. Tales enim dominum decet habere ministros qui nullo carnis corrumpantur contagio: sed perfecta mentis & corporis castitate splendeant. Quales enim diaconos ordinandi sunt: apostolus plenissime docet scribens ad Timotheum.

Nam cum premisset de sacerdotum electione continuo subiunxit: dyacones similiter irreprehensibiles hoc est sine crimine: sicut episcopus pudicos hoc est a libidine continentes non bilingues scilicet ne turbent pacem habentes. non multo vino deditos: quia ubi ebrietas ibi libido et furor dominatur non turpe lucrum sectantes ne de celesti militia luera terrena sectentur. post hoc subiicit. **H**i autem probentur primū et sic ministrent nullum crimen habentes. Et hi itaque sicut episcopi ante ordinationem probari debent: et si digni inuenti fuerint sic deinde ad sacrum ministerium admitti. **H**i cum ordinantur solus episcopus manus eis imponit: quia ad ministerium non ad sacerdotium applicantur. Ponitur eis orarium id est stola super sinistrum humerum ab episcopo: ut per hoc agnoscant se accepisse iugum domini quo omnia ad sinistram id est presentem vitam pertinentia aduersa fortiter tollerent et diuino timore subiciant. Accipiunt et textum euangeliorum de manu episcopi per quem intelligant se esse precones euangelij Christi. Nam sicut lectoribus vetus testamentum ita dyaconibus nouum predicare preceptum est. precipue euangelium quod solis ipsis in ecclesia pronunciare licet. Ad ipsos pertinet assistere sacerdotibus et ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis Christi in baptismo in crismate in patena et calice. Oblationes etiam inferre et disponere in altari componere etiam mensam domini atque vestire crucem ferre et predicare euangelium et apostolum. Ad ipsos quoque pertinet officium precum et recitatio nominum. **I**psi premonent aures hominum vigilare ad dominum: ipsi hortantur orare ipsi clamant et pacem ipsi annunciant. Hoc officio usus est dominus quando post cenam proprio ore et propriis manibus sacramenta perfecta dispensauit et quando apostolos dormitantes ad orationem incitauit dicens. **V**igilate et orate ut non intretis in temptationem.

**De Presbiteris****Ca. xj.**

**I**n primo loco subsequitur ordo presbiterorum qui in veteri testamento a filiis Aaron sumpsit initium. Nam qui tunc sacerdotes vocabantur hi sunt qui nunc appellantur presbiteri: et qui tunc dicebantur principes sacerdotum nunc episcopi nominantur. Presbiteri autem interpretantur seniores: quia seniores greci presbiteros vocant. Debent enim presbiteri seniores esse in populo dei non tantum etate corporis quantum pre prudentia morum et maturitate bone conuersationis sicut scriptum est. **S**enectus venerabilis est non diturna neque numero annorum computata. **C**ani enim sunt sensus hominis et etas senectutis vita immaculata. **D**istat

autem hoc tantum inter pontifices huius temporis & sacer-  
dotes q̄ solis pontificibus addita est clericorum ordinatio:  
basilicarum dedicatio: sacri crismat̄ consecratio: manus im-  
positio: & communis super populum benedictio. In alijs au-  
tem sacramētis siue scilicet cathesifandi siue baptisfandi siue  
missam celebrandi & consecrandi cōpor̄ & sanguinis Xpi  
siue in ecclesia verbum faciendi cōmunis est vtriusq̄ dispen-  
satio. Summis ergo sacerdotibus supradicta idcirco singu-  
lariter reseruata sunt. ne eadez p̄xius auctoritas potestatis  
ab omnibus passim vendicata: inferiores erga suprapositos  
insolentes redderet. & soluto obedientie vinculo scandalum  
generaret. Presbiteri successores & vicarij sunt septuaginta  
discipulorum qui precedebant dominum Ihesum in omnez  
ciuitatem & locum quo ipse erat venturus. Ita quippe pres-  
biteri qui adiutores sunt episcoporum: rudes populos ca-  
thesifando inicianz. baptisfando vnitati ecclesie incoerant:  
& in omnibus sacramēt̄ vsq̄ ad manus impositionem po-  
pulo dei ministrant. Episcopi vero sunt successores aposto-  
lorum qui ex necessitate ad adiutorium & suplemētum sui  
officij in tanta multitudine populorum regendorum minis-  
terium sibi expetiuit sacerdotum: sicut Moyses in heremo  
septuaginta viros elegit prudentes quorum consilio & auxi-  
lio multitudinem tantam facilius gubernaret. siue inferioris  
siue superioris sint ordinis sacerdotes. id est siue presbiteri si-  
ue episcopi vicem gerunt summi pontificis: dum populos de-  
linquentes ad penitentiam vocāt: & orationum suarum me-  
dicamento sanant. vnde apostolus dicit. Deus erat in Xpo  
mundum reconcilians sibi: & posuit in nobis verbum recon-  
ciliationis. Obsecramus ergo pro Christo: reconciliamini  
deo. In hoc igitur vice mediatoris fungūtur sacerdotes qui  
deum pro peccatis populi exorant. & penitentes absoluendo  
deo reconciliant. Quapropter conuenit vt tanq̄ boni media-  
tores inter hoies & deum & precepta dei ad populū deferant  
veritatē predicando: & preces populi deo offerant pro pecca-  
toribus intercedendo. Mediator autem vt ait apostolus vni?  
non est: q̄ discordes reconciliare non p̄t qui vtriq̄ societate  
pace & amicicie vinculo concors nō est. & idcirco sacerdotes  
cum deo pacē habere p̄ eminentiā sanctitatē: & cū proximis  
scordiā seruare debent per affectū cōpassionis. Quales ergo  
debeant esse presbiteri: apls scribens ad Titū insinuat dicēs.

Huius rei gratia reliqui te crete vt 9stiuas presbiteros per  
ciuitates quemadmodum tibi disposui. Si quis sine crimine  
est vnus vxoris virum habentem filios fideles non in accu/  
satione luxurie aut non subditos. Oportet enim episcopum  
sine crimine esse: qua sententia ostendit 7 psbiteros sub epi/  
scopoz numero taxari. Vnde 62 ad Timotheu de ordinati6e  
epi 62 dyaconi scribit: de presbiteris tacens quos sub noie  
episcoporum intelligendos reliquit. Quapropter tales etiaz  
in ecclesia presbiteros constituendos esse sicut episcopos 62  
apostulus asserit 62 canones apostolicam auctoritate secuti  
testantur. Presbiteri cum ordinant episcopo eos benedicente  
7 manus super capita eorum tenente: omnes presbiteri qui p/  
sentes sunt manus iuxta manum episcopi super capita eoru  
leuant 62 spiritum sanctum super eos qui ordinant inuocant.  
Vnguentur presbiteris man2 sicut episcopis vt cognoscant  
se hoc sacrameto gram 9secrati accipere: 7 opa misericordie  
erga oes p viribz exercere debere. Vnctio capit7 specialiter  
ad episcopum pertinet vt intelligat se vicarium illius esse de  
quo scriptu est. Vnxit te deus de2 tuus oleo leticie. Hi post  
inuocationem spiritus sancti stolam super vtrumq; humeru  
accipiunt que in modum sustentaculozu dexte latus munit  
7 sinistre vt ex hoc intelligant se per arma iusticie a dextris  
7 a sinistris esse munitos vt eos nec aduersa frangat nec p/  
spera extollant. Accipiunt 7 calicem cum vino 62 patenam cu  
hostijs de manu epi: quatinus his instrumentis potestatem  
se accepisse agnoscant placabiles deo hostias offerendi. Ad  
iplos nanq; pertinet sacramentum corporis 7 sanguinis dñi  
in altari deo conficere orati6es dicere 7 benedicere dona dei.  
Hoc officio vsus est dominus noster Ihesus Christus qñ  
post cenam panem 62 vinum in corpus 62 sanguinem suum  
commutauit etiaz vt in memoriaz sue passionis idem facerent  
discipulos monens instituit. Hoc quoq; excellenter officiu  
implens exhibuit quando ipse sacerdos 7 hostia seipsum in  
ara crucis propter peccata generis humani obtulit 7 per p/  
prium sanguinem sancta eterna ingrediens celestia 7 terrena  
pacificauit. In quo apparet quanta sit excellētia sacerdotal'  
officij per quod quotidie in altari passio Christi celebratur  
7 reus quisq; a peccatis conuersus deo reconciliatur. Quibz  
oibz de sacerdotali officio breuiter ptractatis ammonendi  
sunt Christi sacerdotes: quatinus sicut excellunt ordinis di/  
gnitate sic excellent vite sanctitate vt plebs eis comissa atq;  
eorum disciplinis edocta gratanter eis obediat 7 eorum imi/  
tatione de die in diem perficiat.



**De Episcopis**

**Ca. xii.**

**S**acri canones diffiniunt nullum in episcopum eligendum nisi qui prius in sacris ordinibus religiose fuerit conversatus. Sacros autem ordines dyaconatus & presbiteratus tamen appellandos censent quia hos solos primitiua legitur ecclesia habuisse: & de his solis preceptum habemus apostoli. Subdyacones tamen quia & ipsi ministrant sacris altaribus oportunitate exigente episcopos eligi concedunt: sed rarissime & ipsum non sine romani pontificis siue metropolitani licentia: si tamen spectate sint religionis: & probabilis scientie. Ad episcopum specialiter pertinet basilicarum consecratio unctio altaris & consecratio crismatis manus impositio & communis super populum benedictio. Ipse predicta officia & ordines ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit. Dum enim precessit vnusquisque in singulis iste preordinator est in cunctis. Nullus episcopus alium in episcopum sine metropolitani consensu consecrare debet: nec metropolitanus ordinare episcopum: nisi tribus ad minus episcopis presentibus alijs omnibus qui in eadem prouincia sunt episcopis assensum dantibus. Cum vero ordinatur duo episcopi ponunt & tenent euangeliorum codices supra caput & super verticem eius: & vno fundente super eum benedictionem: reliqui omnes episcopi qui assunt manibus suis caput eius tangunt. Vngitur autem sacra unctio caput eius: quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto cuius virtus inuisibilis in ipsa crismatis unctioe & significatur & offertur. Ordinando autem pontifex manum imponit. Evangelicam vero lectionem diaconus legit. Confirmationis autem epistolam notarius scribit. Deinde & ordinator & ordinatus in ipsa ordinatione missam celebrare debet. Et hec quidem forma consecrandi pontificis a sanctis patribus tradita est.

**De Archiepiscopis**

**Ca. xiii.**

**S**ed quoniam archiepiscopus electus ordinatus fuerit omnes eiusdem prouincie episcopi ad sedem metropolitanam conuenire debent ut ab omnibus ipse ordinetur. Oportet enim ut ipse qui illis omnibus preesse debet ab omnibus illis eligatur: & ordinetur: alioquin cassa iudicatur consecratio. Statutum est autem ut archiepiscopus infra tres menses consecrationis sue ad fidem suam exponendam & pallium suscipiendum ad apostolicam sedem mittat quod amplius episcopo habere dinoscitur. Archiepiscopus enim episcopis preest & pallium portat.

**De Summo pontifice**

**Ca. xiiii.**

**Q**uia sedes apostolica cunctis in orbe terrarum prefertur ecclesijs: atque super se metropolitanum habere non potest. cardiales epi. pculdubio metropolitani vice funguntur: qui videlicet electum antistitem ad apostolici culminis apicem prouehunt. Facta aut electione si forte casus vel violentia aliq obstiterit vt is qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronifari non valeat electus tñ queadmodum statutū est sicut papa auctoritatez obtinere debet regendi sanctam romanam ecclesiam: & disponendi facultates illius.

**De Ceteris officijs que sunt in clero. Ca. xv.**

**H** sunt ordines & ministeria clericorum que tamē in auctoritate pontificali in archidiaconi cura & primicerij ac thesaurarij sollicitudine diuiduntur.

**De Archidiacono Ca. xvi.**

**A**rchidiaconus imperat subdiaconibus & leuitis ad que ista pertinet ministeria: sollicitudo parochiarū & ordinatio & iurgia ad eius pertinent curam. Pro reparandis diocesianis basilicis ipse suggerit sacerdoti: ipse inquit parochias cum iussione episcopi: & ornamenta vel res basilicay vl' parochiay gesta libertatum ecclesiasticay ipse refert episcopo collectam pecuniam de cōmunionē ipse accipit & episcopo defert & cetera quedaz epalis prouidentie ministeria sub episcopo quasi in potestatem cure aduocat? in causis ecclesiasticis examinandis dispensat.

**De Primicerio Ca. xvij.**

**A**d primiceriū pertinet acoliti exorciste lectores atque psalmiste id est cantores. Signum quoque dandū p officio clericorum pro vite honestate & officium cā tandi & peragendi sollicite: lectiones benedictiones psalmū laudes offertoriū & responsoria quis clericorū dicere debeat. Ordo quoque & modus psallendi in choro pro solemnitate & tempore. Ordinatio quoque pro luminaribus deportandis si quidem etiam necessarium est pro reparatione basilicarum q̄ sunt in vrbe ipse denunciat sacerdoti. Epistolas episcopi pro diebus ieiuniorum parochianis per hostiarios dirigit Clericos quoque delinquere cognoscit ipse dstringit. Quos vero emendare non valet eorum excessum ad agnitionē ep̄i defert. Basilicarios iste constituit & matriculas ipse disponit. Quando autem primicerius absens est ea que predicta sunt iste exquirat qui ei aut lege est proximus aut etuditiōe his explendis certus.

**De Thesaurario**

Ca. xviii.

**T**hesaurarium pertinent ostiarii basilicatum ordi-  
natio incensi preparatio cura crismatis conficiendi  
cura baptisterij ordinandi preparatio luminarioꝝ  
in sacrificio ⁊ sacrificijs.

**Quā ⁊ quomō ordinatiōes sint faciēte. Ca. xix.**

**O**rdinationes autem sacras scilicet presbiteroꝝ ⁊  
dyaconoꝝ scilicet non nisi certis temporibꝫ fieri  
debere sancti patres decreuerūt id est ieiunio quarti  
mēsis ⁊ septimi ⁊ decimi ⁊ inij q̄dragesimalis ac mediane  
quadragesime die sabbati circa vesperam ieiunio celebrato  
Quando vero episcopus ordinatiōes facere disponit omnes  
qui ad sacrum ordinem accedere volunt: feria quarta ante  
ipsam ordinatiōem euocandi sunt ad ciuitatem: vna cum  
presbiteris qui eos presentare debent. Tunc ergo episcopus  
e latere suo eligere debet sacerdotes ⁊ alios prudentes viros  
gnaros legꝫ diuine ⁊ exercitatos in ecclesiasticꝫ sanctionibꝫ  
qui ordinandorum ⁊ vitam ⁊ scientiam sine fauoris gratia  
aut muneris cupiditate hꝫ veritatem diligenter inuestigēt  
vt sic per tres dies continuos diligenter examinati: sabbato  
tandem qui probati inuenti fuerint episcopo consecrandi p̄-  
sententur. Benedictiones vero pontificis diebus tantum do-  
minicis celebrandis esse sacri canones sanxerunt.

**Qua etate ordinandi sunt qui ordinantur. xx.**

**E**tate vero ordinandoꝝ talez nobis diffinitio sacre  
scripture discretionē reliquit vt subdyaconus quidē  
non ordinetur ante vicesimumquartum annos: nec  
dyaconus ante vicesimumquintum: nec presbiter ante trice-  
simum: quatinus deinceps si dignus inuentus fuerit in epi-  
scopum eligi possit.

**Quē sine certo titulo ordinandi nō sunt sacerdo-  
tes**

Ca. xxi.

**V**od autem sine certo titulo presbiter aut dyaconꝫ  
ordinari non debeat: dicere quidē refert cum etiam si  
perfectionē ecclesiastice discipline sequeremur: aliter  
in clerum assumendus non esset.

**Quales sint eligendi ad sacros ordines. Ca. xxii.**

**E**vita autem ⁊ conditione eozꝫ qui ad sacros or-  
dines eliguntur multa nobis patres documenta re-  
liquerunt. Nam qui a sacris ordinibus non impedi-  
at: eos qui probate fuerint conuersationis placuit diffinire.

Qui a medicorum incisione forte claudi efficiuntur: vel per egritudinem siue per violentiaz abscidunt: & qui non sponte sed casu aliquod membrum sibi amputauerunt: si tamen tale fuit ut ab opere administrationis non impediatur. & layci qui non concubinam non pelicem norunt nec digami extiterunt & in ceteris sine crimine vixerunt. Liberti quoque qui a dominis suis ita manumissi sunt ut in eis nullum obsequii ius aut potestatem reseruarunt & sine crimine vixerunt: hos in clerum assumi posse sine cunctatione sanxerunt. Publice vero penitentes criminosos illiteratos digamos repudiatorum maritos ex adulterio natos ab hereticis baptisatos & qui seipso absciderunt a sacris ordinibus arcendos & energuminos in clerum non recipiendos: sed & filios presbiterorum ad sacros ordines non admittendos: nisi quos vel habitus religionis vel spiritualis vite honestas commendat. Penitentes si necessitas exegerit inter hostiarios deputari vel inter lectores ita ut euangelium vel apostolum non legant. Si autem ordinati sunt inter subdiacones haberi concedunt: ita tamen ut manus non imponant aut sacra contingant. Penitentes autem dicimus eos qui post baptismum pro homicidio aut peruersis criminibus aut grauissimis peccatis publicam gerentes penitentiam sub cilicio diuino fuerint altario reconciliati. Similiter trans marinos & incognitos homines siue clericos aliarum ecclesiarum neque ordinati neque ordinatos recipi concedunt sine commendationis literis episcoporum suorum.

**Qua ratione mutatio posse fieri ordinatorum xxxij.**

**M**utatio episcoporum de locis suis ad alia loca nulla ratione debet fieri: nisi pro magna utilitate vel necessitate cogente. Et hoc quidem non per ipsos fieri oportet: sed consilio & inuentione coepiscoporum atque auctoritate romani pontificis. Mutatio similiter clericorum siue presbiterorum non sine magna discretionem fieri debet cum consilio & auctoritate episcoporum suorum. Clericum etiam in ecclesijs quibus ciuitatum ascribi sacri canones vetant. Presbiteros quoque relicta cura ecclesiarum suarum profectio suscipere: siue ad orationes siue quolibet incognito episcopo non oportere testantur. Determinant quoque que sint que necessario presbiteros scire oporteat id est librum sacramentorum lectionarium baptisterium compotum canones penitentialem psalterium omelias per circulum anni dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptas: & multa alia que de vita & conuersatione sacrorum ordinum vel rationabiliter dicta sunt vel necessario facienda.



Osse oportet Christi sacerdotes & ministros: quoniam idcirco singularis eis in sacro ministerio habitus attribuitur: ut per id quod foris apparet quales intus esse debeant ostendatur. Sacrarum autem vestium ritus partim a veteri testamento assumptus est: partim a patribus novis adiectus. legimus quod Moyses Aaron fratrem suum cum filiis eius ad ostium tabernaculi testimonij sanctificandum applicuit: & lotum aqua tunica bislina vestiuit deinde zona precinxit & vestium eum tunicam interiozem: & imposuit super humerale & cinxit eum secundum facturam superhumeralis: & imposuit super eum logion id est rationale in quo erat manifesta: id est veritas: & mitram imposuit super caput eius & super mitram in fronte ipsius laminam auream in qua erat sculptum nomen dei. Septem si predicta enumeres instrumenta pontificalis ornatus inuenies id est tunicam bislinam zonam tunicam interiozem superhumerale rationale mitram & laminam auream quibus si feminalia linea que ritu sacro circa renes pontificis stringebantur adieceris octo sunt sacerdotalia indumenta.

(De Tunica bislina)

(Ca. ij.

Tunica bislina est que grece poderus id est talaris appellatur: quia a collo usque ad talos extenditur que in nouo quidem sacerdotio non est de bisso solum sed lino stexitur: que membris corporis modificata atque aptata nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis esse debere ostendit. Hec ad speciem candoris nomen albe sortitur quo mundicia significatur ministrorum dei: sicut scriptum est. Bisinum sunt iustificationes sanctorum: caro quippe hominis mundiciam quam ex natura non habet studio bono an nitente acquirit per gratiam ut secundum apostolum minister Christi corpus suum castiget & in seruitute redigat quemadmodum bissus vel linum candorem quem ex natura non habuit per studium & industriam multis tunctionibus & quasi quadam vexatione attritum acquirit.

(De Zona)

(Ca. iij.

**¶ Pars Quarta**

**¶ Felium XXXVI**

**H**ec vestis id est tunica linea circa renes zona fortiter  
astrigitur vt castitas sacerdotis nullo incentiu orū  
estu dissoluatur: sicut scriptū est. **S**int lumbi vestri  
precincti. Vestis quippe candida mundiciam: zona vero cō/  
tinentiam significat vt illic non sordescat hic nō effluat vi ta  
spiritualis. **H**ec zona quidem in veteri testamento quatuor  
coloribus distincta inuenitur id est bisilla purpura iacintha  
cocco que varia interpretatione siue ad quatuor elementa:  
quorum complexione natura humana cōstat: vt totum qd  
hominis est stringatur & cohibeatur a fluxu viciozum: siue  
ad quatuor principales virtutes animi quibus homo ex oī  
parte cingi debet ac muniti referenda existimant.

**¶ De Feminalibus lineis**

**¶ Ca. iij.**

**A**deiusdem castitatis & continentie significationem:  
que per tunicam & zonam designatur. hoc est etiam  
q̄ inter cetera sacra indumēta feminalia linea circa  
renes ad sacrum ministerium ingredientium applicari iuben  
tur. non tamen ad turpitudinis velande que solitis quodi  
ani vsus indumentis tegebatur necessitatem quam ob con/  
seruande castitatis & mundicie significationem. **N**eq̄ vero  
existimādum in illo priori populo viros discooperta aut nō  
velata carne pudoris incedere vt intraturi ad sancta tunc de/  
mum verenda tegere iuberentur: sed voluit sermo dei in sac  
cro officio ministros dei ad tegēda infirma corporū propriū  
ac singulare operimentum haberet vt per hoc ostenderet pu  
diciam & castimoniaz illōrum precipue cum sancta tracta  
rent vnicam & singularem esse debere. **V**nde ministri noui  
sacerdotij hoc operimentum in sacro officio singulare non  
assumunt quibus est iniuncta seruāde castitatē quotidiana  
necessitas: sicut est quotidie offerendi concessa potestas. **M**i  
nistri vero veteris figure tempore sacrificij offerendi femina  
lia sumunt que ministerio completo iterū solunt quoniā  
a cōtactu carnis vetus lex sancta tractatur os prohibuit: q̄s  
rursus expleta vice ad operaz carnalis commercij relaxauit  
**R**eliqua autem duo id est tunica linea & zona veteris & no  
ui testamenti sacerdotibus communia esse noscuntur: quibus  
nostreum sacerdotium zonam quatuor coloribus intextaz nō  
requirat: fortassis superstitiōis vitande causa aut inopia ar  
tificij inductum: contextum pura ac simplici continentia.

**¶ De Interiozi tunica & iacintha**

**¶ Ca. v.**

**S**equitur quartum indumentum tunica interior siue iacinctina qua in veteri & in nouo testamento soli vtuntur pontifices. Et merito pontifex duabus tunicis induitur: qui de thesauro suo pferre debet noua & vetera propter quod & ipsa tunica secunda & interior appellat vel iacinctina: cuius color speciem celi sereni imitatur vt per hoc intelligi detur quia pontifex plus debet de celestibus cogitare q̄ de terrenis. Rectus ordo: primum in tunica linea & zona & feminalibus exprimitur mundicia carnis: deinde per tunicam interiorē; vel iacinctinā significat mundicia cordis.

## ¶ De Superhumerali

¶ Ca. vi.

**V**inta vestis est superhumeralē quod hebrayce vocatur ephod: hoc in testamento veteri soli pontifices vtebantur: eisdē; quibus & zona fuerat distincta coloribus. Sub gratia autem hoc vestimentum tam sacerdotibus q̄ pontificibus commune est. Quod autem per quatuor colores in zona significari dicimus: id ipsum in superhumerali per eosdem quatuor colores figuratum inuenimus. Significat autem superhumeralē fortitudinem operum & patientiā laborum pro eo q̄ ad portanda onera humeri supponuntur. Idcirco in ipso superhumerali duobus lapidibus preciosis quorum vnus a dextro humero: alter vero a sinistro superpositus fuerat nomina duodecim patriarcharum inscripta erant sex in vno & sex in altero: quia per nomina patriarcharum memoria sanctorum intelligitur quā sacerdos a dextre & a sinistris id est in prosperis & aduersis cordi impressam semper habere & portare debet. Nostrum vero sacerdotium superhumeralē similiter intexum nō habet vt vetus: pro eo q̄ christiana religio magis simplici veritati studere debeat q̄ superstitioni.

## ¶ De Rationali q̄ grece logion dicitur. ¶ Ca. vii

**S**equitur deinde rationale siue logion quod pectori pontificis superimponitur vt in eius corde sapientiā & discretionem inesse debere ostendatur. In ipso autē rationali posita sunt manifestatio & veritas vt in doctrina sua pontifex nec aliud q̄ veritas suggerit efferre presumat neq; id quod a veritate intus hauserit ratione & opere approbare & manifestare desistat. Notandum vero q̄ ad inuicem concatenantur rationale & superhumeralē: quia coherere & concordare debent ratio & opera vt quod mentis intellectu percipimus opere impleamus. Deinde etiam quia non prius rationale q̄ superhumeralē nominatur: quoniam in scola

virtutum opera precedunt vt sapientiaz apprehendas: sicut scriptum est. A mandatis tuis intellexi & iterum. Qd cepit Ihesus facere & docere: postea manifestatio sequitur post rationale ne docere presumas quod prius nō didiceris. Huic enim cōcordat q̄ in ipso rationali duodecim lapides inserti erant duodecim patriarcharum nomina insculpta in se cōtinentes. quia pontifex sanctorum patrū exempla impressa memorie habere debet & h̄m ipsa facta sua moderari.

De Mitra que cidaris dicitur vel tiara. Ca. viij.

**P**ost cetera ornamenta superimponitur capiti pontificis mitra que alio nomine cidaris vel tiara vocatur qua quinque sensuū qui in capite sedes habent regimen significatur. Minister ergo bene vitam suam regēs caput suum Christum ornat. Quia autem sicut ait apostolus caput Christi deus est conuenienter ornamento capitis nominissime lamina aurea superimponitur cui insculptum est nomen dei qd̄ in hebrayco ineffabile vocatur vt per hoc significetur deum sicut conditorem omnium: ita etiam rectorem esse vniuersorum: & ad honorem & gloriā eius referendum quicquid a sacerdotibus & ministris sacris bene fuerit dispensatum. Nec igitur indumenta octo esse debere Moyses in exodo esse constituit: sed in leuitico de eisdem indumentis tractās de octauo id est de feminalibus tacuit: fortassis quia ad genitalia nostra & verecunda lex manum non mittit: qui voluntarium deo sacrificium castitatis offerre debemus: sicut scriptum est. De virginibus preceptum domini non habeo: & ipse dominus de voluntariis eunuchis loquens adiecit. Qui potest capere capiat: ac si diceret. Feminalibus ego non vestio nec cuiq̄ necessitatem impono: qui vult esse sacerdos ipse se vestiat & ingressus ad sancta ad verecunda tegenda voluntarie munimentū castitatis assumat. Notandum vero q̄ sacerdotibus inferioris ordinis neq̄ tunica datur iacinctina neq̄ superhumeralis neq̄ rationale neq̄ lamina aurea quibus soli vtuntur pontifices id est summi sacerdotes: sed tantum poderis & mitra & zona qua astringitur ipsa poderis id est tunica bisina: quia funguntur quidem sacerdotio: sed non illa dignitate qua funguntur sacerdotes qui octo indumentis decorantur.

De Indumentis noui sacerdotij. Ca. ix.



**H**ec sunt autem indumenta que a veteri instrumēto nouum sacerdotiū assumpsit tunica zona sup humerale tunica interior rationale & mitra. Sed tunica interiori & rationali soli vtunt pontifices. laminā aureā nouum sacerdotium non habet pro qua nunc frontibus fidelum signū crucis imprimitur: quoniā auro legē sanguis euangelij preciosior est.

¶ De Stola vel orario

¶ Ca. x.

**H**ec sunt que veteribus noua institutio adiecit. stola que alio nomine orariū vocatur: que collo sacerdotis superimponitur vt eum iugum domini assumpsisse significet que a collo per anteriora descendens dextrū latus ornat & sinistrū: vt doceat ipsum per arma iusticie a dextris & a sinistris id est in prosperis & in aduersis debere esse munitū sicut scriptū est. Patientia vobis necessaria est vt reportetis promissiones. & iterum. Qui perseverauerit vsq; in finem hic salus erit. Inde est q; stola cum zona poteris quibusdā nexibus colligatur: quia virtutes virtutibus sociantur ne aliq; temptationis moueantur impulsu.

¶ De Planeta vel casula

¶ Ca. xi.

**H**ic igitur sacerdote dñi orato: per tunicā mundicia per zonam continētia: per superhumerale iusticia. p stola patientia: cunctis postremo casula superponit que caritatē significat sicut scriptū est. Adhuc excellentiorē viā vobis monstrabo. Si linguis hoīm loquar & angelorū caritatem autem non habeam nihil sum &c.

¶ De Mapula vel manipula

¶ Ca. xii.

**Q**uia vero mētibus bene compositis & diuino cultui mancipat aliquotiens negligentia subrepat: necesse est vt ad eaz detegendā iugis adhibeatur diligentia qua velut qdam ab oculis demergens pituita sepius emundetur. Propter qd in sinistra manu quedam apponitur manipula que sepe fluentem oculorum pituitam tangat & lippitudinem oculorum abstergat.

¶ De Dalmatica

¶ Ca. xiii.

**V**tunt preterea leuite alio indumento. qd dalmatica dicitur a regione quadā vbi primus eius vsus instituitur putatur. A colobio vero quo apostoli & quidā apostolorum successores vsi fuisse legunt adiectis manicis formā trahens. Significat autem dalmatica propter sui latitudinē curam proximorū que se extendit per dilectionē vt pluribus proficiat. Ad vnum ergo finē tēdit & significatio dalmatice

in leuitis & significatio casule in presbiteris: quia utriusque cura  
& sollicitudo proximorum iniungit per dilectionem adimplenda.

**De Sandalijs & caligis bisinis siue lineis. **Ca. xiiij.****

**V** Suntur autem epi & cardinales presbiteri sandalijs  
que calciamenta sunt predicatorum. Habent autem  
desubtus solem integram ne pes terrarum contingat.

Desuper vero est ex corio per loca perforato: quia gressus  
predicatoris & subter muniti esse debent ne terrenis polluantur  
& desuper aperti ut ad celestia cognoscenda reuelentur. Quod autem  
locis quibusdam aperiuntur hoc significat quod euangelica predi-  
catio nec omnibus reuelari debet nec ab omnibus abscondi  
sicut scriptum est. Vobis datum est nosse misterium regni dei  
ceteris autem in parabolis. Illic quippe sandalia aperiuntur:  
ubi misteria regni dei cognoscuntur. Prius autem quam sandalia  
in pedibus assument induunt caligis bisinis vel lineis usque  
ad genua protensis & ibidem constrictis: per quod significatur  
quod rectos gressus debent facere pedibus suis: & genua debilia  
id est negligentibus resoluta roborare & sic ad predicandum  
euangelium festinare.

**De Baculo episcopi & anulo. **Ca. xv.****

**V** Suntur pontifices baculis & anulis. Baculus per re-  
uerentiam sui significat iusticiam prelatorum qua  
subiectos regere debent. Qui idcirco subter acumen  
habet ut rebelles per increpationem pungat. Desuper recurvatus  
est ut per consolationem mites trahat. Anulus sacramentum  
fidei significat quo sponsa Christi ecclesia subarrata est: cuius  
custodes & pedagogi epi sunt & prelati: pro signo ferentes  
hoc in testimonium illi.

**De Pallio archiepiscopi. **Ca. xvj.****

**V** Suntur archiepiscopi pallio quod significat torquem  
auream quam solebant certantes accipere. Circulo  
autem quo humeri stringuntur timor & disciplina  
domini intelligitur quo se & subditos sibi regere debent. Per  
duas ergo lineas ex utraque parte id est ante & retro a summo  
deorsum pendentes: predicatio utriusque testamenti vel dilectio  
dei & proximi figuratur.

**De Vasis sacris. **Ca. xvij.****

**H**ec sunt autem que de vasis sacris in ministerio diui-  
no breuiter attingimus ara crucem significat. calix  
sepulcrum patena lapidem corporalis palla sindonem  
qua inuolutum est corpus Christi.

**Pars Quinta. De dedicatione ecclesie. **Ca. j.****



ost ordines q̄s in prima parte ecclesia  
stice administrationis posuimus ad sa  
cramentorum considerationem transim⁹  
Et primum quidem de sacramento de  
dicationis ecclesie in qua cetera omnia  
sacramenta celebrant loquendum no  
bis videtur. Superius in ea quam ge  
neraliter de sacramentis premisimus:  
tractatione distinximus sacramenta alia salutis esse: alia ad  
ministrationis: alia exercitationis. Prima ad remediū. sc̄da  
ad officium: tertia ad exercitium. Et illa quidem que admi  
nistrationis siue preparatiōis sunt ordinibus coherent: qm̄  
et ipsi ordines sacramenta sunt: et que circa ordines considerant  
qualia sunt indumēta sacra et vasa et cetera huiusmodi. Hec  
omnia que vt dictum est que circa ipsos ordines considerant:  
diuisim tractari nō debuerunt. Alia vero sacramēta omnia  
ad que conficienda et sanctificanda vniuersa hec q̄si quedā  
instrumenta premissa sunt subsequenter tractari exposcunt  
Et primum sicut dictum est de dedicatione ecclesie quasi de  
p̄mo baptismo quo ip̄a diuina q̄dammodo ecclesia primū  
baptisatur vt in ea postmodum hoīes ad salutem regnandi  
baptisentur. Quia enim primum sacramētum in baptismo  
cognoscitur per quod fideles omnes inter membra corporis  
Christi per regenerationis noue gratiā computant: idcirco  
hoc primum tractandum occurrit. Primum in dedicatione  
ecclesie figuratum: deinde in sanctificatione anime fidelis ex  
hibitum. Quod enim in hac domo orationis visibiliter per fi  
guram exprimitur totū in anīa fideli per inuisibilem veritatē  
exhibetur. Ip̄a enim verum dei templum est consideratione  
virtutum quasi quadam structura lapidum spiritualium  
edificata: vbi fides fundamentum facit: spes fabricam erigit  
caritas consummationē imponit. Sed et ipsa ecclesia ex mul  
titudine fidelium in vnū congregata: domus est dei ex viuis  
lapidibus cōstructa: vbi Christus fundamentum angulare  
positus est: duos parietes iudeorum et gentiū in vna fide con  
iungens. Hui⁹ itaq; sacramenti quod in dedicatione ecclesie  
exhibetur formam primum proponimus: vt deinde mysticaz  
intelligentiam fidei que in illo formatur exquiramus.

¶ De his que visibiliter aguntur in ea. ¶ Ca. ij.

Primum pontifex aquam benedicat typicum sal ad  
miscens: deinde ecclesiā ipsaz extrinsecus ter girādo  
aspergit clero et populo subsequente. Interim veto

in circuitu dedicande ecclesie intrinsecus duodecim accensa sunt luminaria. Per singulas autem vices ad portas basilice veniens quam ob sacramenti figuram clausam esse oportet percutit virga pastorali super liminare ipsius dicens. Tollite portas p. v. & e. p. eternas. Cui dyaconus intra positus respondet. Quis est rex glorie. Pontifex autem. Dñs virtutum ipse est rex glorie. Tercia deinde vice reserato ostio intrat pontifex cum clero & populo dicens tercio. Pax huic domui: deinde cum sacerdotibus & leuitis & clericis ad orationem p̄sternitur pro sanctificatione ipsius domus dedicande. Postea cōsurgens ab oratione nōdum salutans populū dicendo. Dñs vobiscum: tantummodo hortatur cunctos ad orādum. his cōpletis incipit de sinistro angulo basilice ab oriente per pavementum scribere alphabetum vsq; ad dextrum angulum occidentis: atq; itez a dextro angulo orientis vsq; in sinistro angulū occidentis. Dehinc ad altiora conscendit & stans an altare deum sibi in adiutorium inuocat dicens. Deus in adiutorium meum intēde complens versum cum gloria sine alleluia. Post hec aqua benedicit salem & cinerem admiscens & faciens ter signum crucis super ipsam cui mixture vinum etiam additur. Post hec tingit digitum in aqua & facit crucem per quatuor cornua altaris. Inde venit ante altare & circuiens aspergit illud septē vicibus aspersorio facto de ysopo circuit dehinc ter totam ecclesiam: intrinsecus aspergens parietes ipsius de eadem aqua faciens hoc etiaz tercio. Interim vero cantatur psalmus. Exurgat deus cum antiphona. Qui habitat in adiutorio altissimi. Circuit interim ipse pontifex transiens per mediam ecclesiam & cantans. Domus mea domus orationis vocabitur: & iterum. Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio e. l. t. His itaq; peractis pontifex se ad orationem confert petens vt omnes qui eandem domum oraturi introiuerint exauditof se esse gaudeant cōpleta itaq; expiatione conuertitur ad altare incipiens antiphonam. Introibo ad altare dei cum ipso psalmo: & quod reliquum est de ipsa aqua purificationis ad basim altaris effunditur: deinde ipsum altare linteo extergitur: & pontifex incensum defert super illud. Postea facit crucem in medio altaris & per quatuor angulos ei? de oleo sanctificato. Deinde in circuitu ecclesie duodecim cruces crismantur in parietibus: ab ipso pontifice tres per singulos angulos figurate. Reuersus deinde iterum ad altare accensum thus super illud offert in modum crucis: & sic peracta deniq; consecratione ipsum altare albis velaminibus operitur.

**Quod sit misterium supradictorum** ¶ **Ca. iij.**

**M**ulta in his oibus latent profunda misteria ex quibus pauca ad memoriam excitandam attingimus domus dedicanda sanctificanda anima est aqua penitentia est foeces abluens peccatorum. Sal sermo diuinus increpatio mordens et adiens corda insipida trina aspersio: trina mersio est purificandi per aquam. Duodecim luminaria sunt apostoli ecclesiam per quatuor mundi partes illuminantes et crucis misterium per totum mundum efferentes. Pontifex Christus est: virga potestas: trina superliminaris percussio celi et terre inferni donatio: interrogatio inclusi: ignorantia populi: apertio ostij: sublatio peccati. Pontifex ecclesiam ingrediens pacem domui imprecatur: quia Christus mundum ingrediens pacem inter deum et hominem fecit: prostratus pro sanctificatione domus orat: et Christus humiliatus pro discipulis et pro credituris omnibus patrem orabat dicens. Pater sanctifica eos in nomine tuo. Surgens autem ab oratione populum non salutat quoniam qui necdum sanctificati sunt applaudendum non est ipsis sed orandum pro ipsis. Descriptio alphabeti simplex doctrina fidei: pavementum cor humanum in pavimento alphabetum describitur quoniam carnalis et rudis populus prima ac simplici doctrina fidei iniciatur. Ductus a sinistro angulo orientis in dextrum occidentis: et iterum a dextro angulo orientis in sinistrum occidentis forma crucis exprimit: que mentibus hominum per fidem euangelice predicationis imprimitur: et quia primum fides in iudeis fuit et postea ad gentes transiit et rursus in fine cum plenitudo gentium intrauerit tunc omnis israel saluus erit. Vtriusque ergo populi collectione hi duo versus significant in crucis effigie compacti: hoc est quod Iacob filios Ioseph benedicens: cancellatis manibus formam crucis exprimit dextram manum super caput Effraim: et sinistram super caput Manasses posuit: quia priori populo abiecto iudaeis ad dextram collocatus est. Cambuca sive virga pastoralis qua scriptura figuratur misterium significat doctorum quorum studio et predicatione et uersio gentium facta est et perficienda est iudeorum. Quod stans ante altare deum in adiutorium inuocat significat eos qui percepta fidei cognitione se ad bona opera et ad luctam contra inuisibiles hostes accingunt: et quia de suis viribus minus presumunt diuinum auxilium sibi adesse deprecantur. In quo quia certantium labor exprimitur quasi inter suspiria et gemitus nondum alleluia nominatur: post haec aqua benedicatur cum sale et cinere addito vino aequo mixto: Aqua populus est: sal doctrina: cinis passionis Christi memoria

et vinum aqua mixtum Christus deus et homo. Vinum di-  
 uinitas aqua mortalitas. Sic enim populus sanctificatur do-  
 ctina fidei et memoria passionis Christi vnitus capite suo  
 deo et homini. Post hec ecclesia interius aqua sanctificata as-  
 pergitur ut intus et exterius anima sanctificata ostendatur.  
 Aspersorium yfopi humilitatem Christi significat. aqua as-  
 persione sancta mundat ecclesia. Circuit pontifex altare et eccle-  
 siam totam aspergendo quasi omnes lustrando et curam im-  
 pendendo omnibus verbo et exemplo communitate se prebens  
 vniuersis. Propter quod etiam opus oratione consummat  
 orans ut exaudiantur inibi iusta petentes quoniam opus ho-  
 minis sine diuino adiutorio esse potest: fructuosum esse non  
 potest. Nouissime completa expiatione pontifex ad altare con-  
 uertitur quod reliquum est de aqua purificationis ad basin  
 eius effundens quasi committens deo quod superest vires suas  
 et cedens in perfectione sacri misterij. Dehinc linteo altare  
 extergitur. Altare Christus est super quem offerimus patri  
 nostre deuotionis munus. lintum caro eius tusionibus pas-  
 sionum ad candorem incorruptionis perducta: incensum ora-  
 tiones sanctorum significat. oleum Christi gratiam spiritus  
 sancti demonstrat: cuius plenitudo in capite processit. Dehinc  
 participatio ad membra defluxit. Propter hoc a sacro altari  
 duodecim ciues in parietibus crismantur: quia spiritualis  
 gratia a Christo in apostolos descendit ut crucis misterium  
 per quatuor mundi partes cum fide trinitatis predicarent.  
 Candidum velamen quo post consecrationem altare operit  
 gloriam incorruptionis designat qua post passionem consum-  
 pta mortalitate Ihesu humanitas induta est. sicut scriptum  
 est. Conscidisti saccum meum et circumdedisti me leticia.

**Pars Sexta****De Sacramento baptismi / Cap. primum**


 Sacramento baptismi primum est in-  
 ter omnia sacramenta in quibus salus  
 constare probatur. De ipso namque do-  
 minus dicit. Nisi quis renatus fuerit  
 ex aqua et spiritu sancto non potest in-  
 trare in regnum dei. et iterum. Qui cre-  
 diderit et baptisatus fuerit saluus erit.  
 Hec sunt igitur que de sacramento ba-  
 ptismi principaliter inquirenda proponimus. Primum quid  
 sit baptismus: secundum quomodo institutus sit baptismus vel quomodo  
 circuncisio mutata sit a cetera quedam veteris legis sacramenta

Tercium quando institutus sit baptismus & de tribus temporibus. Primo quando circumcisio statum habuerit ante baptismum. Ultimo quando baptismus statum habuerit post circumcisionem. Medio quando circumcisio & baptismus simul cucurerunt. Aliud ut finiretur: aliud ut confirmaretur. Item quando hoies obligari ceperunt precepto suscipiendi baptismum. Item quid distet inter baptismum Iohannis & Christi. Item que fuerit forma baptismi Iohannis. Item que sit forma baptismi Christi. Item si nullus saluari potest nisi actualiter percepto sacramento baptismi. De his ergo oibus multa querenda restat: sed nos interim pro tempore pauca secundum nostram possibilitatem prosequamur.

**Quid sit baptismus****Ca. ij.**

**S**ergo queritur quid sit baptismus: dicimus quia baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum dei. Aqua enim sola elementum esse potest: sacramentum esse non potest: donec accedat verbum ad elementum & sit sacramentum. Per verbum enim elementum significatur: ut virtutem sacramenti accipiat: ut quemadmodum elementum ex naturali quadam qualitate representat ex superaddita institutione significat sic ex sanctificatione contineat que sanctificandis per eam impertienda est gratiam spirituale. Verbum autem quo elementum sanctificatur ut sit sacramentum: ipsum intelligimus de quo dictum est. Ite docete omnes gentes baptisantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Nomen ergo patris & filii & spiritus sancti ipsum est verbum dei per quod sanctificatur elementum ut sit sacramentum. Et recte per verbum dei sanctificantur que per verbum dei creata subsistunt. Ipse dixit & facta sunt: per verbum creare potuit & per verbum sanctificare non potest: quibus per verbum subsistentiam dedit: putas quia per ipsum verbum gratiam apponere non possit. Ne ergo mireris si per verbum dei sanctificatur quod ad remedium salutis institutum est sacramentum. Sed forte dicit tibi cogitatio tua. Quid est istud verbum dei. Quod est nomen patris & filii & spiritus sancti in quo baptisari iubemur. Nunquam vocem aliquam hic cogitare oportet: & sonum ad aures humanas prolatus. Si vocem aliquam intelligi oportet nomen trinitatis ipsam aut qualem intelligi oportet. Si dicimus quia hec vox deus in nomine isto intelligenda est: consequens est ut ibi sonus iste super aquam sanctificandam prolatus non fuerit sacramentum baptismi esse non possit. Quid ergo merisisti hominem & dixisti. Baptisato te in nomine patris & filii & spiritus sancti & dicis mihi christianus est hic homo: baptisatus est in nomine

patris & filij & spiritus sancti. Ego illum mersi tercio i aqua. Ego dixi cum mergere illum in aqua. Baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ego igitur testis assisto: quia baptizatus est hic in nomine patris & filij & spiritus sancti: baptizatus est in nomine trinitatis. In quo nomine. Tu mihi dixisti: quia nomen trinitatis est deus: hoc nomen ego hic non audiui: cum dixisti: in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quod ergo nomen dicere voluisti: Dixisti te baptizare in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et illud nomen de quo dixisti non dixisti. Quomodo ergo sanctificata est aqua in nomine quod dictum non est: Quod si putas te in hoc dixisse: nomen patris & filij & spiritus sancti: quia dixisti in nomine patris & filij & spiritus sancti: et sic esse intelligendum in nomine patris et filij & spiritus sancti: pro eo quod nomen patris ibi dicitur: in eo quod patris dicitur: & nomen filij ibi dicitur: in eo quod filij dicitur: & nomen spiritus sancti ibi dicitur: in eo quod spiritus sancti dicitur: ergo sunt multa nomina: non unum nomen. Ego preceptum domini accepi: ut baptizarem in nomine patris & filij et spiritus sancti: tu autem in nominibus multis baptizasti. Pater et filius & spiritus sancti: tria nomina sunt: & trium nomina sunt non unum nomen: nec unius nomen. quia tres unus non sunt: quoniam unum sint tres. Ipse non dixit in nominibus: sed in nomine inquit patris & filij & spiritus sancti: quia unum nomen est: ubi una est natura: una substantia: una diuinitas: una maiestas: hoc autem nomen est in quo omnes saluos fieri oportet. Velim ergo ut mihi ostendas ubi protuleris hoc unum nomen patris & filij & spiritus sancti. Cum mergens hominem dixisti baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti: in quo baptizamur: & remissionem peccatorum consequimur. Ego diligentiam fidei tue nequaquam contemnendam existimo. Si ergo tale aliquid in cogitatione concipias & doceri exoptules: quod sit nomen patris & filij & spiritus sancti. Quomodo enim in ipso nomine baptizare possumus: si ipsum nomen ignoramus? Clamamus quotidie sanctificetur nomen tuum: & quomodo in nobis sanctificatur si a nobis ignoratur? Et si vocem sanctificari petimus: dicat qui potest: quomodo in nomine saluari rogamus: Deus inquit in nomine tuo saluum me fac. Si ergo in voce salus est ergo tacentes vel potius loqui non valentes: saluari non possunt quia loqui non possunt. Quis hoc dicat? Ergo nomen dei in quo nos sanctificari & saluari oportet: extra vocem querere oportet: ne forte si illud in sola voce ponimus: scandalum veritati faciamus. Notus in iudea deus in israel magnum nomen eius. Ergo ubi noticia est ibi nomen est: quia & ipsa noticia

f



nomen est. Dicit aliquis. Magni nominis est homo ille: & ille homo magnum nomen habet in populo forte. quia multas syllabas habet nomen eius. ideo magnum est nomen eius. Ergo nomen dei paruum est. quia duas syllabas tantum complectitur et duabus syllabis conformatur nomen dei. Vides modo ubi sit magnitudo nominis dei? Vbi enim magnitudo est nominis: ibi et ipsum nomen considerare oportet. Si ergo magnitudinem nominis magnitudinem fame: & noticie magnitudinem uenientem intelligimus: nomen ipsum ipsam famam & noticiam magis quam uocem aliquam vel sonum uocis ad aures uenientem intelligere debemus. Ergo fama eius & noticia eius: ipsum est nomen eius. Et rursus ipsa noticia eius non est aliud quam fides eius. quia per fidem solam nunc interim cognoscitur deus: postmodum etiam cognoscendus per speciem. Fides ergo dei: ipsa est nomen dei per quam nunc in hominibus noticia eius habetur: ubi adhuc ab hominibus presentia eius non uidetur: puto iam obscurum uel ambiguum non esse quemadmodum in nomine dei saluatur & in eo quod de ipso sentire potuit: & sentiendo credit: iustificatur et iustificatus liberatur. Rursum qualiter nomen dei sanctificatur quando ab his a quibus cognoscitur deus honoratur: hoc dubium non est si et quem iam per fidem cognoscere meruimus casti timoris et dilectionis reuerentiam exhibemus. Quod tibi uideat? Si nomen dei est noticia eius & fides eius in nobis: nonne in nomine baptizantur: qui in fide baptizantur patris & filii & spiritus sancti? Hoc est enim unum nomen & unum nomen quod trinitas predicatur: & unitas non negatur. Quando ergo baptizatur in fide patris & filii & spiritus sancti: in nomine patris & filii & spiritus sancti baptizatur. Et hoc nomen id est hanc fidem confiteri cum dicis. Baptizo te in nomine patris et filii & spiritus sancti: ut impleatur quod scriptum est. Corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. Sed forte quia dixit dominus ihesus christus: baptizate in nomine patris & filii & spiritus sancti si ipsum nomen noticia & fides intelligenda est trinitatis: sufficiat ad formam sacramenti complendam & sanctificationem perficiendam sine uerborum prolatione: cum sola fide baptizandum immergere. Qui enim dixit ut in fide trinitatis homines baptizarentur: non quid dicatur docuit: sed quid crederetur ostendit. Quapropter ne forte in sanctificatione sacramenti fidei professio superuacua uideatur esse: oportet nos in eo quod dictum est in nomine patris & filii & spiritus sancti amplius aliquid intelligere quam si dictum fuisset: in fide patris & filii & spiritus sancti plus. non aliquid habere uideatur nomen quam fides. Nam fides interius est & latet occulta donec notitia incipiat: & uerum in manifestatione. Tunc quippe nomen esse incipit quoniam nominatum incipit & notificari ut cognoscatur. Quod sic quidem

in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizamus: quando baptizamus? in professione fidei patris et filii et spiritus sancti. Ipse enim dixit. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Docete et baptizate. Si tingis et taces: tingis et non doces: habes baptizate: sed docere non habes. **C**rede ergo et confitere loquere et merge: ut in professione lauentur: que mandanda sunt. Sed forte queris ipsam professionis fidei formam in perficiendo baptismatis sacramento: quale intelligi oporteat. **A**d quod breuiter respondendum puto: illam esse baptizandi formam quam dominus ihesus christus cum discipulos suos ad baptizandum omnes gentes mittit: tradidit dicens. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Ergo recte feceris: si quod ille precepit: tu confiteris. Ille iussit ut in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizares. Tu mergis hominem et dicis. Ego baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. Bene sequitur formam institutionis domini: facis quod iussit: profiteris quod instituit. Sed dicis. Quid ergo? Siquis forte per ignorantiam sine conscientia erroris horum verborum formam non tenens: tamen cum plena fide hominem baptizaret dicens. Baptizo te in nomine patris omnipotentis: siue in nomine filii dei: siue in nomine spiritus sancti siue etiam quod in actibus apostolorum legimus: in nomine domini nostri ihesu christi: siue aliud aliquid simile quod quidem quantum ad expressionem vocis ad supradictam dicendi formam diuisum esset: sed quantum ad professionem veritatis non esset extraneum: ut ne verum baptismatis sacramentum in illo consistere deberet. Poterant fortasse ad hanc questionem tuam soluendam plurime hinc inde rationes concludi et ostendi: quia ubi eadem fides existat: diuersitas sermonis ab ipsa dumtaxat sinceritate et unitate fidei non discrepat nil officiat. Sed in hac parte mihi visum est auctoritate potius quam mea ratione tue interrogationi respondendum. Beatus Ambrosius in libro quem de trinitate scribit: sic ait. Illi qui negauerunt se scire spiritum sanctum quis baptizatos se dicerent in iohannis baptismo: baptizati sunt postea: quia iohannes in remissionem peccatorum: in aduenientis ihesu non in suo baptizauit nomine: et ideo spiritum nesciebant: quia neque baptismum in christi nomine sicut iohannes baptizare solebat acceperat. Iohannes enim licet non baptizaret in spiritu: tamen et christum predicabat et spiritum. Denique cum interrogaretur: ne forte ipse esset christus respondit. Ego vero aqua baptizo. Venit autem fortior me et dignus non sum calciameta portare: ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igne. Igitur isti qui nec in christi nomine: nec cum fide spiritus sancti baptizati fuerunt: non potuerunt accipere baptismatis sacramentum. Baptizati sunt itaque in nomine ihesu christi: non iteratum est in his baptismum: sed innouatum. Vnum enim baptismum. Vbi autem non est plenum baptismatis sacramentum nec principium vel spes aliquid baptismatis estimatur: plenum autem

est patrem & filium & spiritum fateri. Si vnum neges: totum subruis: & quæadmodum si vnum in merione apprehendas aut patrem aut filium aut spiritum sanctum: fide autem nec patrem nec filium nec spiritum sanctum abneges: plenum est fidei sacramentum. Ita etiam quis & patrem & filium et spiritum sanctum dicas: & aut patris aut filii aut spiritus sancti minuas potestatem: vacuū est omne mysteriū. denique & illi ipsi qui dixerāt nec si spiritus sanctus sit: audiui? baptizati sunt postea in nomine domini nostri iesu christi: & hoc abundauit ad gratiam: quia iam spiritum sanctum Paulo predicante: cognouant. Nec extraneū debet videri: quia quibus etiam postea tacitū sit de spiritu: tamen creditum est. Et quod verbo tacitum fuerat: expressum est fide. Cum enim dicitur in nomine domini nostri Iesu christi: per unitatem nominis impletum est mysterium. Nec a christi baptismate spiritus separatur: quia Iohannes in penitentia baptizauit: et in spiritu. Nunc consideremus vtrum quæadmodum in christi nomine plenum esse legitur baptismatis sacramentum: ita etiam sancto tamen spiritu nuncupato nihil desit ad mysterii plenitudinem. Et rationem sequamur: quia qui vnum dixerit: trinitatem signauit. Si christum dicas: & deum patrem a quo vnus est filius: & ipsum qui vnus est filium: & spiritum quo vnus est designasti. Scriptum est enim. Iesum a nazareth quem vnxit deus spiritu sancto. Et si patrem dicas & filium eius: & spiritum eius pariter indicasti: tamen id etiam apprehendas. Et si spiritum dicas: & deum patrem a quo procedit spiritus: & filium quia filii quod est spiritus nuncupasti. Vnde ut rationi copuletur auctoritas: in spiritu quod recte baptizari nos posse scriptura indicat: dicite domino. Vos autem baptizabimini spiritu sancto. Et Apostolus ait. Omnes enim in ipso corpore in vno spiritu baptizati sumus. Vnum opus: quia mysterium vnum. Baptisma vnum: quia mors vna pro mundo. Vnitas ergo operationis: vnitas predicationis: que non potest separari. Hucusque verba beati Ambrosii: qualiter de recta baptizandi forma sentiendum sit: manifeste explanant. Vides ergo qualiter in fide trinitatis solo patre vel filio vel spiritu sancto: nuncupato plenum sit baptismatis sacramentum: & quæadmodum sine fide trinitatis etiam tribus siue nominatis imperfectum. Sic enim ubique fides integra queritur: sic eadem fidei integritate manente sine detrimento salutis sermo variatur. Veruntamen ecclesiastica consuetudo hanc potissimum in baptizando formam tenere elegit: quam ab ipso sanctificationis auctore ex prima institutione seruandam accepit. Si quis forte querat: vtrum in articulo

necessitatis sufficere possit ad plenum baptismi sacramentum  
**S**i fuerit quis in fide trinitatis sine prolatione verboꝝ bapti-  
 zatus. vel quia is qui baptizauit loqui non potuit: siue quia  
 ob festinationē vel stuporem imminentis periculi: siue alia  
 quacūq; causa preuentus dū baptizaret: locutionis memōꝝ  
 non fuit. Siquis ergo forte hoc querat. **E**go de his q̄ occulta  
 sunt iudicare nolo. precipue quia nomen trinitatis hic non  
 audiui. **V**bi ⁊ si vera fides fuit: confessio tñ fidei non fuit. **E**t  
 hoc quidem de eo: quid sit sacramentum baptismatis: & de  
 verbo sanctificante in presenti dicta sufficiant.

**Quare institutum sit sacramentum baptismi**

**Capitulum. iij.**

**N**unc restat demonstrare: quare institutum est baptismi  
 sacramentum: & quare circūcisio que loco illi olim  
 posita fuisse mōstratur: succedente baptismō: ablata  
 sit v̄l mutata. **N**ā si olim per circūcisioꝝ: vt nunc p̄ baptismū  
 similiter peccata dimittebantur: q̄d necesse fuit vt ipsa circū-  
 cisio succedentē baptismi sacramento mutaretur: **C**ur autē  
 accepta minus p̄fuisse credat̄: q̄ neglecta non min⁹ nocuisse  
 affirmat̄: Sicut em̄ nunc p̄ euangelium dī. Nisi quis renat⁹  
 fuerit ex aqua & sp̄s sancto: non intrabit in regnum dei. Ita  
 olim p̄ legez dicebat̄. Masculus cui⁹ caro prepucij circūcisā  
 non fuerit: peribit anima illa de populo suo. **N**isi forte in hoc  
 q̄d ille qui non est baptizat⁹: a regno dei excludend⁹ dicitur  
**I**lle vero q̄ non est circumcisus: peritur⁹ memōrat̄: quis vel  
 intelligere p̄pterea baptismum aliq̄d amplius conferre qm̄  
 circūcisioꝝ: **Q**uia circūcisio suscepta a p̄ditione tñ potuit  
 liberare. Baptismus vero renatos etiam ad gloriā perducere  
 potest. **N**am illi antiqui patres qui sacramenti circūcisionis  
 iustificationem perceperant: a p̄ditione quidem seruabant̄:  
 sed ad gloriā regni non ducebant̄: donec veniret ille q̄ san-  
 guine suo fuso frameam igneam extinguēs: aditū paradisi  
 rursum patefaceret: ⁊ credentib⁹ in se: omnibus regni celest̄  
 ianuā precedens ipse primus aperiret. **I**n hoc ergo baptism⁹  
 amplius confert. q̄a renatos hinc exeuntes: statim ad regnū  
 mittit q̄d tamen ex virtute sanguinis fusi per ipsam aquam  
 sanctificationis donat̄. **S**i igitur q̄s dicere velit idcirco cir-  
 cumcisionem baptismō mutatam: vt in baptismō perficeret̄  
 q̄d circūcisio implere non potuit: fortassis videbit̄ ouenienter  
 illi responderi posse. quia hoc q̄d amplius nunc in baptismō  
 est: ex baptismō non est: sed ex passione christi: baptismum  
 sanctificante impletū. **I**dem vero circūcisioꝝ facere potuisse  
 si illi passio christi in cooperatioꝝ sanctificationis adiuncta:

fuisset. Nam in baptismo quantum scilicet spectat ad virtutem baptismi. similiter vt in circumcissione remissio tantum peccatorum percipitur. Quia sicut dictum est q̄ iustificatis postea aditus patrie celestis panditur: cruce cristi condonatur. Propter eiusmodi ratioꝝ aliam mutata circumcissionis causam commodiorem fortasse ⁊ manifestam magis proponendam putamus. In precedentibus quodam loco cum de sacramentis tractarem diximus: sacramenta omnia signa quedam esse eius que per illa datur gratie spiritualis. Oportere autem vt h̄m processum temporum spiritualium gratiarum signa semper magis ac magis euidentia ac declarantia formarentur: vt cū effectu salutis cresceret cognitio veritatis. Itaque sub lege naturali primum data sunt sacramenta: decimationum remissio: in sacrificijs vero carnis mortificatio: in oblationi autem boni operis exhibitio designaret. Sed erat obscura significatio hec in sacramento decimationis: vbi homo de his que possidebat: partem obtulit: partē retinuit: vt ad hūc modum in eo quod imperfectionis ⁊ defectus fuit: sibi tribueret. quod vero ad bonitatem spectabat: deo imputaret: hoc sibi voluerunt nouem partes retente. quia nouenarius numerus signum imperfectionis est: a denario perfecto deficiens. Propterea autem quia obscurum signum fuit emundationis in decimatione: data est circumcissio vt virtutem iustificationis euidentius demonstraret. quādo dictum est homini: vt portionem carnis sue: non quidem superfluum: sed illius quod superfluum erat in homine signum auferret: vt per hoc agnosceret: quia culpam quam natura p̄ illam partem corporis traheret: gratia p̄ sacramentum circumcissionis emundaret. Sed quia circumcissio eas tantum que foris sunt enormitates amputare potest: eas vero que intrinsecus sunt pollutionum sordes mūdare non potest: venit post circumcissionem lauacrum aque totum purgans: vt perfecta iusticia presignaretur. Rursum quia prioris populi qui sub timore seruiebat mundatio laboriosa fuit. Propterea sacramentum circumcissionis in carne que dolorem habet illi datum est. Nouo autē populo q̄ voluntate ⁊ dilectōe seruit sacramentū

iustificationis in lauacro aque que suauem habet purificationem propositum: & sic quidem rōz reddendā estimamus. pro eo quod sacramentum circumcisionis mutatu est: & sacramentum baptismi institutum.

**¶ Quanto institutum sit. ¶ Capitulum. iiii.**

**Q**uentur etiam quando institutum sit sacramentum baptismi. ex quo deinceps licitū non fuit illud negligere: & qñ illud suscipere debitum fuit. Et sunt quidem sup hoc diuerse plurimum estimatōnes. Alij dicūt ex eo institutum baptismi: q̄ christus nicodemo nocte ad se venienti modum noue regenerationis insinuans ait. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua & spūssancto non p̄ intrare regnum dei. Alij dicunt institutiōz baptismi ex eo incepisse quo x̄ps post resurrectiōz suā in celum ascensur? discipulos ad predicandum misit dicens. Ite docete omēs gentes baptizātes eos in noīe p̄ris & filij & spūssancti. Quidam institutiōz baptismi ex eo cepisse putant q̄ ioh̄es in aqua baptizare cepit: p̄dicās baptizaturū in spiritu. Alij in passione christi quando dixit consumatū est omnia veteris testamenti sacramenta finē accepisse: & noui exordiū putant. Comodius autē videt. vt dicam? baptismum p̄ri? per ioh̄em: & deinde per christū siue p̄ discipulos x̄pi aliquñdiu: solum ne ab in cōsuetudine abhorrerēt in usum p̄ductum. Nouissime autē qñ in vniuersum mūdum predicatorēs baptizare missi sunt: gñaliter institutū. Vident autē hic tria tēpora distinguenda. Primum n̄ ante baptismū circumcisio sola statum habuit: & suscipiebāt ad iustificatōz sine baptismo. Nouissime autē nunc post circumcisioz solus baptism? statū habet & celebraat ad salutē sine circumcisione. Fuerit autē medium tempus quoddam qñ & circumcisio & baptismus sil' cucurrerunt. Aliud id est circumcisio vt finiret aliud id est baptismus vt gfirmarecur. Oportu? em̄ vt & illa que finienda erant: nequaq̄ subito vel p̄cipitanter: sed paulatim & quasi cū quadam reuerentia dimitterent: vt ostenderentur bona fuisse tempore suo. Et similiter q̄ incipiēda erā non subito in auctozitatem assumerent: sed cum moza & grauitate inchoarent: ne velut aliena & preter rem aliunde induta subito putarentur. Illa igitur dimissa sunt: non proiecta. Et ista instituta sunt: non vsurpata: vt diuini consilij auctozitas vbiq; seruaretur. Et humana causatione vel creatione diuina opera reprehendere auderet: ad moneretur. Quamuis ergo in passione christi per quam consummata sunt omnia veteris figure status finē accepit: & noui gstitutio sacramēti exordium: tamen & prius aliquñto tempore & noua inchoata

sunt ad consuetudinem. & vetera postmodum aliquamdiu tolerata scdm dispensationem. Simul ergo fuerunt utraq; tempore illo: siue ante passionem: siue post ab eo quando inchoata sunt noua: donec postmodum vetera sunt interdicta. Et in isto medio tempore quod fuit baptismus cum circumcissione: ab inchoatione sua vsq; ad passionem christi: hoc fuit circumcissio cum baptismo post passionem Christi vsq; ad illud tempus quo ipsa circumcissio cepit prohiberi. Sicut em ante passionem ipsa circumcissio in statu suo ad remedium suscipiebatur: & tamen tunc etiam baptismus sine periculo salutis non contemnebatur ab his quibus predicabatur: ita post passionem baptismus quasi in statu suo suscipiebatur ad salutem: & tamen etiam tunc circumcissio sine periculo salutis non contemnebatur ab his quibus finis eius non dum manifestabatur. Postquam autem dictum est: si circumcidimini Christus vobis nihil prodest. Iam deinceps non poterat circumcissio ad salutem percipi. Sicut priusquam dictum fuerat. Masculus cuius caro prepuccij circumcisa non fuerit: peribit anima illa de populo suo. non potuit circumcissio ab his dumtaxat quibus iniuncta fuerat: sine periculo salutis contemni. Rursum quemadmodum baptismus in principio a iohanne scdm solum sacramentum dabatur: vt hi qui baptizandi vsu non nouerant: erudirentur. Sic in nouissimo a quibusdam fidelibus circumcissio dispensatoe hm solum sacramentum suscipiebatur: ne hi qui circumcidi consueuerant: scandalizarentur.

¶ Quando homines obligari ceperint precepto percipiendi baptismi. ¶ Capitulo v.

**N** ergo queritur: quando homines obligari ceperint debito percipiendi baptismi: Hec veritati & rationi consentaneum esse probatur: ex eo vnumquemque obligari cepisse debito baptismat; suscipiendi: ex quo vel post institutionem precepit vel ante institutionem consilium percipit baptizandi. Qui enim nec prius contemptor consilij: nec post preuaricator precepti extitit: culpandus non fuit. Nisi forte quis aut prius aut postea ita ignorans fuisse dicatur: ad quem diuine institutionis noticia peruenisset: nisi ei culpa obstitisset. Quando igitur christus Nichodemo nocte ad se venienti dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu: non potest videre regnum dei: amico reuelatum est consilium. Quando vero postea dixit: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: informadis omnibus.

expositum est preceptum. **V**bi quidem generalis institutio facta est que ex eo vnumquemque debitorum habuit: quo ad ipsum predicantibus apostolis nuncius verbi preceptum institutionis peruenit. **Q**ui autem interim longe positi aut prope in occulto constituti non dum cognita institutione diuina forte ab hac vita subducti sunt: hoc de ipsis mihi sentiendum videtur: quod et de illis qui ante ipsam institutionem siue in precepto siue in lege fuerunt quia quod illis fecerunt tempora: hoc illis operata est absentia. **S**iquis autem pertinax esse velit: et adhuc eiusmodi aliquis in ignotis regionibus et remotis terrarum sedibus degere contendat: qui forte mandatum diuinum de percipiendo baptismi sacramento non acceperint: ego vel neminem talem esse: vel si forte aliquis est si eius culpa non obstitit: audire et scire potuisse ac debuisse sine cunctatione affirmo. **M**axime cum scriptura euidenter clamet: in omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. **S**i ergo in omnem terram exiuit sonus eorum in omni terra quam vel auditi sunt et contemptores condemnantur: vel auditi non sunt: procul sua: et ignorantur et non saluantur. **E**t hec de tempore institutionis baptismi: et de debito percipiendi baptismi dicta sunt.

**Quid distet inter baptismum iohannis et christi. et forma baptismatis iohannis et baptismi christi. // Cap. vi.**

**I**nter baptismum iohannis et baptismum christi: hec distantia est. **Q**uia in baptismo Iohannis per intinctionem aque solum sacramentum dabatur. In baptismo vero christi est sacramentum etiam res sacramenti percipitur. **I**ohannes autem peccatores aqua tinxit: et peccata contritentibus penitentiam iniunxit christus baptizat et peccata dimittit. **I**lle baptizans venturum et baptizatum in spiritu predicauit: hic baptizans ad remissionem peccatorum spiritum infundit. **I**llic homines baptizabant in nomine venturi: hic homines baptizantur in nomine patris et filii et spiritus sancti. **S**acramentum ergo utrobique quantum ad formam exterioram idem fuit: sed quantum ad effectum idem non fuit. **Q**uia illic sacramentum solum fuit: scilicet remissio peccatorum non fuit. **H**ic autem et sacramenti forma proponitur: et virtus sacramenti pariter in remissionem peccatorum adonatur.

**Si post datum preceptum baptizandi aliquis possit saluari nisi actualiter percepto sacramento baptismi. // Cap. vii.**

**S**olent quidam siue curiose siue studiose inquirere: utrum ne aliquis post indicium et propositum publice baptismi sacramentum saluari possit: nisi actualiter ipsum sacramentum



baptismi percipiat. Videntur enim rationes manifeste esse: et habent auctoritates multas. Si tamen habere dicendi sunt qui non intelligunt. Primum: quia dictum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu: non potest introire in regnū dei. Et iterum ait. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit. Et sunt alia multa talia: quibus quasi astrui videtur: nullo modo saluari posse eum qui hoc sacramentū non habuerit: quicquid preter hoc sacramentum habuit. Si fidem perfectam habuit: si spem: si caritatem habuit: etiā si cor contritum & humiliatum habuit: quod deus non despicit. Veram penitentiam de preteritis: firmū propositum de futuris quicquid habuit: saluus esse non potest: si hoc non habuerit. Et hoc totum ita ipsis videtur: propter hoc quod scriptum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu: nō intrabit in regnum dei. Et tamen si quis querat quid factum sit de illis qui p̄ christo sanguine effuso sine sacramento aque ab hac vita transierunt: dicere non audent eiusmodi saluos non esse. Et cum ostendere non possunt hoc in eo quod supra memoratum est scriptū esse: dicere tamen non audent. quia ibi scriptum non est ideo negandum esse. Qui enim dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu: non addidit: vel effuso sanguine vice aque: & tñ est verum: quāuis hoc scriptū non est. Nam si saluus est qui p̄pter deum aquam suscepit: quare non multo magis saluus est: qui p̄pter deum sanguinem fudit? Plus enim est sanguinem dare: quā aquam accipere. Illud enim quod quidam dicunt propterea saluos esse qui sanguinem fundunt: & quia cum sanguine etiā aquam fundunt: & in ipsa aqua quā fundunt baptisma percipiunt: quod sit friuolū patet. Si enim p̄pter humorem aque qui cū sanie cruoris de vulneribus manat baptizati dicuntur qui interficiuntur. Ergo qui suffocantur vel submerguntur vel alio quolibet genere mortis ubi sanguis non fundetur occidentur baptizati non sunt in sanguine suo: & frustra mortui sunt p̄ christo: quia humorem aquam que intra corpus habuerunt: non effuderunt. Quis hoc dicat? Ergo in sanguine baptizati: qui pro christo moriuntur: qui & si sanguinem nō fundat ex vulnere dat vitam quā preciosior est sanguine. Nam sanguinem fundere posset: etiam si vitam non daret: & minus esset sanguinem fundere: quā vitam dare. Bene ergo sanguinem fundit: quod vitam ponit pro christo: & habet baptisma suū in virtute sacramenti: sine qua sicut sacramentum ipsum accepisse non prodest: ita cum illa habetur: sacramentum habere non posse non nocet. Verum ergo est quāuis ibi dictum nō est. Quia qui pro christo moriuntur

in christo baptizatur. Ita inquit verum est: quoniam ibi dictum non est. Et ideo verum est: quia alibi dictum est: etiam si ibi dictum non est. Qui enim dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu: non potest introire in regnum dei: idem ipse et alibi dixit. Qui me confessus fuerit coram hominibus: confiteor & ego eum coram patre meo. Quod ergo ibi dictum non est: subintelligendum tamen est: quoniam dictum non est: quoniam alibi dictum est. Videte ergo quid dicunt. Ideo inquit quod dictum non est: subintelligendum est ubi dictum non est: quoniam alibi dictum est. Si ergo hoc in hoc loco subintelligendum est ubi dictum non est: quia alibi dictum est: quare similiter etiam de fide subintelligendum non est: quoniam alibi dictum est. Qui credit inquit in me: mortem non videbit in eternum. Idem qui dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu: non potest introire in regnum dei: ipse dixit: qui credit in me non morietur in eternum. Aut ergo nega fidem: aut concede saluationem. Quid tibi videtur: Vbi fides est: vbi spes est: vbi caritas est: denique vbi plena & perfecta virtus sacramenti est: salus non est: quia solum sacramentum non est. & ideo non est: quia haberi non potest. Qui crediderit inquit: & baptizatus fuerit: saluus erit. Ecce ergo dubium non est: quia vbi fides est: & baptismus & salus est. Et quid sequitur: Qui ergo non crediderit: condemnabitur. Quare ita dicere voluit: Quare non dixit: qui non crediderit & baptizatus non fuerit: condemnabitur: sicut dixerat. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit. Quare: Nisi quia credere voluntatis est: & quia si des credere volenti deesse non potest. Et ideo in eo qui non credit: semper praua voluntas arguitur: vbi necessitas nulla esse potest: que ad excusationem pretendatur. Baptizari autem in voluntate esse potest: etiam quando non est in possibilitate. Et ideo iuste bona voluntas cum deuotione fidei sue non despicitur: quoniam ab eo quod foris est sacramento aque percipiendo articulo necessitatis prepediatur. Vis nosse plenius vtrum ne ratio hoc alicui auctoritate manifestiori se probet. Quamuis & ille quas supra memorauimus auctoritates tam manifeste videantur: vt de veritate ipsarum dubitari non possit. Audi tamen adhuc aliud: si forte euidentius tibi demonstrari possit: de quo dubitare non debes. Beatus Augustinus in libro de vnico baptismo sic ait. Etiam atque etiam considerans inuenio: non tantum passionem pro nomine christi id quod deerat baptismo posse implere: sed etiam fidem quersidemque cordis: si forte ad celebrandum misterium baptismi in angustijs

temporum succurri non potest. Vides q̄ manifeste testatur fidem & cordis quersionem bone voluntati ad salutem posse sufficere. vbi visibile sacramentum aque ex necessitate contigerit haberi non posse. Sed ne forte contrarietas aliqua tibi esse videatur in eo q̄d postea in libro retractationem exemplum de latrone quod ad hanc sententiam in qua dixerat effusionem sanguinis siue fidem & cordis conuersionem vicem baptismi implere posse probandam improbauit assumpserat dicēs. In quarto libro cum dicerem vicem baptismi posse habere passionem. non satis idoneum posui illius latronis exemplū qui vtrum non fuerit baptizatus incertum est. Sed considerare debes: quia nihil loco exemplum q̄d ad probationem sententię adduxerat: correxit. ipsam sententiam non improbauit. Quod si putas iccirco sententiam improbandam: quia exemplum correctum est. Ergo falsum est q̄ dixerat effusio sanguinis vicem baptismi posse habere. quoniam ad illud probandum exemplum ipsum positum est. Non enim ait cum diceret vicem baptismi posse habere fidem. sed cum dicerem inquit vicem baptismi posse habere passionem: quāuis vtrūq; in ipsa vna sententia posuisset. Si ergo ad id quod dixit vicem baptismi posse habere passionem exemplum positum est: cum ipsum sine ambiguitate vlla verum esse constet. patet quia exemplum postmodum correctum est. sed sententia non est improbata. Oportet ergo vt aut confitearis vicem baptismi: in articulo necessitatis fidem veram & quersionem cordis implere posse aut ostendas qualiter vera fides & caritas non ficta haberi possit. vbi salus non sit. Nisi forte dicere velis neminem fidem veram habere & caritatem veram habere posse qui visibile sacramentum aque non sit habitus. Quod tamen qua ratione vltima auctoritate probes ignoro. Sed nos interim non ostendimus: vtrum aliquis qui baptismi sacramentum percepturus non est: ista habere possit. hoc solo dumtaxat constante: quia si quis esset qui hoc haberet etiā sine visibili sacramento aque perire non posset. Multa sunt alia que super hoc ad probandum adduci potuissent: sed nos que superius in tractatu sacramentorum ad id ipsum probandum posuimus: nequaquam iterum replicanda putamus.

¶ De Sacramentis neophitorum. ¶ Ca. viij.

**N**eophitus: nouitiū interpretat. Neophitus vocatur nuper ad fidem quersus. siue rudis in disciplina religiose conuersionis. Nouiter ad fidem conuersi visibilibus sacramentis instruendi sunt. vt per ea que vident intelligant ea que non vident. Admonendi sunt eiusmodi: vt consideret

nouam non esse fidez in qua noui sunt ipsi. quoniam ab initio mundi sicut nullo tempore defuerunt fideles & iusti membra christi: ita ab initio nunquam defuerunt sacramenta salutis que precesserunt in preparationem & signum redemptionis que completa est in morte christi. **P**rima namque etate Abel agnum obtulit in sacrificio figuram morte christi. **S**ecunda etate Noe arcam in diluuiio gubernauit: sicut christus ecclesiam inter fluctus temptationum regens: mergi non sinuit. **T**ercia etate Abram pro filio oblato arietez mactauit. Sicut deus pater uerbum suum pro salute mundi obtulit: in quo tamen diuinitate inuolabili permanete sola humanitas dolorem mortis sustinuit: Postea eductus est populus israhel de egipto per mare rubrum in columna ignis & nubis: sicut fideles dei de tenebris peccati liberantur: renouati per sacramentum baptismi christi sanguine consecratum: ipsum fide sequentes in qua est & nubes humanitatis: & ignis diuinitatis. **Q**uarta etate in hierusalem regnum populi dei sublimatur: temporale prefigurans eternum: in quo princeps pacis pater futurum seculi fideles suos ad uisionem eterne pacis introducet. **F**uit autem regni exordium Dauid extitit: qui per multas tribulationes probatus & glorificatus: pacis successorem filium reliquit: ut ostendatur: quia ad future pacis quietem peruenire non possunt: qui in presenti uita contra temptationes & tribulationes uincendas fortes non fuerint. propter hoc qui in sabbato sancto pascalis solennitatis baptizandi sunt: quarta ebdomada quadragesimalis obseruantie que continentie nobis arma ministrat: & in quarta eiusdem ebdomade feria cathizandi & exorzizandi deferuntur ad ecclesiam: ibi audituri & instruendi qualiter contra spirituales nequitias sunt pugnaturi. Sed tamen usque in sabbatum pascalis solennitatis: eorum baptismus differtur. **H**oc attendente ecclesia: quia qui ad agonem in presenti uita uocantur: in spe future quietis baptizantur. **Q**uinta etate populus propter peccata sua in Babilonem captiuus ducitur: & rursus deo miserante: post septuaginta annos soluto captiuitatis iugo: ad terram suam reuocatur. Quoniam populus dei qui in hac uita que septenario dierum uoluitur: uanitati & confusione subditus mortalitatis iugum portat: post finem eius a corruptione liberatur. Sic igitur ab initio nullo tempore sacramenta dei defuerunt quibus fidelis populus ad perceptonem inuisibilium

nutraretur & excitaretur ad cognitōnem. Ad vltimum sexta etate de virgine natus est christus: sicut sexta die de terra virgine primus homo est plasmatus. Ipse ergo quasi 9summa turus oīa cum ad virilem etatem peruenisset: tricesimo etate sue anno a iohanne baptizatus est: non necessitate: sed dispensatione: vt lauacrum emundandis sanctificaret. Dehinc apostolos ministros euangelii quocūq; regnū celorum venturū predicare precepit. & nouissime in cōsummationem omnium semetipsum hostiam pro mundi redemptione in ara crucis offerēs mortem sustinuit: vt credentibus in se mortis timorem tolleret: & a morte resurrexit: vt pro se morientibus spem vite et resurrectionis daret. Postea ascensus in celos: discipulos in mundū vniuersum misit docere & baptizare omēs gentes vt vocarent qui precedentem sequerent ad vitam. Hec sunt sacramēta fidei christiane ab initio condita: in fine credenda sine fine profutura. Hec sunt quibus cathyzandos imbuim⁹ et eorum qui sacramento nouitatis regenerandi sunt: fidem saluatoris confessione promerendam exigimus.

## ¶ De Cathyzatione.

## ¶ Capitulum. ix.

**R**athecuminus instructus vel audiens interpretatur Cathyzare enim est instruere: quando baptizandi prius instruunt⁹ & docentur que sit forma fidei christiane in qua eos saluos fieri: & sacramentū salutis suscipere oportet: sicut scriptū est. Ite docete omnes gentes baptizates eos in nomie patris & filij & spūs sancti. Prius docete: postea baptizate. & docete ad instructiōz: & baptizate ad emundatōz. Docete ad fidez: baptizate ad peccatorum remissionem. Ideo docete: quia qui crediderit: ideo baptizate: q̄a qui baptizat⁹ fuerit: saluus erit. Hec igitur forma cathyzationis a primis temporibus christiane fidei instituta est. Que tunc quidem necessario seruabatur: quando adultis & intelligentiam habentibus: prius q̄ ad baptisimi sacramentū accederent: reglā fidei christiane nunciabatur: vt vel sponte fidei acquiescētēs digni remuneratione spūali iudicarentur: vl credere nolentes merito a perceptione sacramēti dei velut indigni repellerent⁹. Ad optinendam quippe salutem: iocirco arbitrium hominis consulendum est: quoniam opus salutis voluntarium esse oportet. Et hoc quidem a principio sic factum est. Postqm̄ autem ad fidem multitudo gentium introiuit: iam nunc etiā in his qui a fidelibus generantur paruulis: eadem forma seruatur: quos & ipsos mater ecclesia prouida dispensatione sacramento salutis interim carē non vult: ne forte ipsa dilatiōe a salute alieni fierent: si non p̄cepto sacramēto salutis: subito

ab hac vita exirent. Congruè ergo prouisa est et illis medici-  
na salutis: ut in sacramento fidei baptizentur: et per alterius  
fidem deo reconcilientur: quos per alterius peccatum aliena-  
tos constat esse a deo. Institutum est itaque ad hoc nouum sa-  
cramentum ad cathexizandos paruulos: exorcizando initian-  
dos: et deinde baptizandos: in quibus pro paruulis audit eccle-  
sia: et ad interrogata respondet: donec ipsi ad intelligibiles an-  
nos perueniant: et sacramenta fidei et caritatis et spei per se in-  
telligere valeant et seruare.

**De Exorcismo.****Capitulum .x.**

**E**xorcismus de greco in latinum adiuratio dicitur.  
Exorciste enim sunt qui super cathecuminos siue su-  
per energuminos: id est eos qui habent spiritum im-  
mundum: inuocant nomen domini nostri iesu christi diui-  
na virtute obiecta: adiurantes eum ut egrediatur ab illis. Res-  
ecte ergo post cathexizationem exorcismus sequitur: ut ab eo  
qui iam fide instructus est aduersaria virtus pellatur. Tria quippe  
sunt usque ad susceptionem nouitatis perficienda: quibus bap-  
tizandus quasi concipitur et nutritur: et usque ad integritatem  
noue vite promouetur. Hec autem sunt eatecismi: exorcismi  
orationes. Primum itaque cathexizatur baptizandus: ut ad fi-  
dem proprio moueatur voluntatis arbitrio. Deinde exorcizat  
ut ab eo dyaboli potestas iniqua pellatur. Additur et oratio  
ut preueniat gratia: et subsequatur: que vires prebeat libero  
arbitrio: et qui procul fiat vniuersa maligni spiritus illusio.  
Forma igitur exorcismi in hunc modum perficitur. Signa-  
tur primo baptizandus crucis signaculo in fronte: in pectore  
in oculis: in naribus: in auribus: in ore: ut totius corporis sen-  
sus hoc signaculo muniatur: cuius virtute omnia nostra sa-  
cramenta complentur: et omnia dyaboli figmenta frustran-  
tur. Postea datur sal benedictum in eos eius: ut sapientia con-  
ditus fetore careat iniquitatis: et ultra non putrescat a ver-  
mibus viciorum. Deinde exufflatur malignus foetius: ut spi-  
ritus spiritu pellatur. Postea tanguntur ei aures et nares cum  
salua: ut tactu superne sapientie et aures eius aperiantur ad  
audiendum verbum dei: et nares similiter: ad discernendum  
odorem vite et mortis: hoc est sacramentum apertionis quod  
dominus in euangelio significauit: quando aures et os tetigit  
surdi et muti dicens: effetha: quod est adaperire.

¶ De His que post exorizationem sequuntur in  
baptismo. ¶ Capitulum. xj.

**H**is igitur completis: venit sacerdos ad fontem. con-  
secrat fons in nomine patris & filii & spiritus sancti  
vt sanctitas sacramenti non ex eo qui ministrat sed  
ex eo qui sanctificat constare sciatur. Sicut scriptum est: Hic  
est qui baptizat. Sicut enim nec a bono melius datur: sic nec  
a malo peius accipit. Quia sanctitas sacramenti dei non ex  
merito ministrantium: sed sanctificantis virtute perficitur:  
Traditur etiam noue vite auditoribus symbolū fidei: in quo  
apostolice doctrine forma consistit. Postremo oblatus ad ba-  
ptismum paruulus: & interrogat a sacerdote si abrenunciet  
sathane & omnibus eius operibus: & omnibus pompis eius  
per ora gestantiū respondet: vt qui aliena iniquitate obliga-  
tus est: aliena fide & confessione soluat. Post abrenuncia-  
tionem factam: ungitur oleo sacro in pectore: tanquā muniatur  
aduēsus hostem. ne ei deinceps immūda & noxia persuadere  
possit. Vngitur & inter scapulas: vbi vigor portandi oneris est  
vt fortitudinem accipiat ad portandum onus domini. Deinde  
interrogatur: si credat in deum patrem & filiū & spiritus san-  
ctum: vnam esse catholicam ecclesiam: remissionem peccato-  
rum: & vitam eternam. Sub hac igitur fidei sponsione: trina  
mersione a sordibus vetustatis abluitur: & nouum hominem  
induet triduanæ mortis christi conspuitur: sic ait Apostolus  
Quicumque in christo baptizati sumus: in mortem ipsius bap-  
tizati sumus. Consepulti enim sumus cum christo per baptismū  
in mortem: vt quomodo christus resurrexit a mortuis per glo-  
riam patris: ita & nos in nouitate vite ambulemus. Trina etiā  
immersio: trina ē cogitationis locutionis & operationis emun-  
datio. Completis autem baptismi sacramētis: postquā bap-  
tizatus a fonte ascendit: sacro crismate in vertice ungitur: vt spūm  
christi participando merito deinceps christianus appelletur  
coheres regni & glorie sacra vnctione effectus. Exinde tradit  
christiano vestis candida: vt qui prime natiuitatis decorem  
vetustatis pannis obfuscauerat: habitu regenerationis glorie  
preferat indumentum. Tegitur etiam post sacram vnctionem  
eius caput sacro velamine: vt intelligat se dyademate regali  
et sacerdotali dignitate potiri. Ad vltimū datur cereus accē-  
sus in manus eius: quatinus implere doceatur illud Euan-  
gelicum quo dicitur. Sic luceat lux vestra coram hominibus  
vt videant opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum  
qui in celis est. Hanc igitur lampadem si inextinguibile seruauerit  
in virgines sapiētes cum sponso celesti ad nuptias introibit.

De Patrini.

Capitulum xij.

**D**atrini vocantur qui paruulos ad baptismum offerunt & p ipis spondendo quasi fidei iustores ad deum fiunt. Hi propterea patrini vocatur: qui regenerandos ad vitam nouam offerunt: & quodammodo auctores fiunt ipsi regenerationis noue. De quibus placuit patribus: vt p singulos baptizandos: patrini singuli admitterentur: id est vnus tantum siue vir siue mulier. propterea fortassis ne spiritualis cognatio cui reuerentiam exhibere oportebat passim diffusa in matrimonij copula obesse potuisset. Sed quedam ecclesie hanc consuetudinem non seruant. plures ad susceptionem paruulorum admittentes: & hoc similiter sancitum est: vt alium in baptismo vel in crismate: hoc est in confirmatione: in filiolum non suscipiat: qui ipse baptizatus non est vel confirmatus. Sed nec monachi compatres aut commatres fieri possunt: quibus eiusmodi commercia familiaritatis prohibentur. Patrini fidei iustores sunt: pro his quos in baptismo susceperunt: vt eos cum ad legitimum etatem peruenerint: admoneant fidem rectam & conuersationem bonam custodire. Ante omnia symbolum: & orationem dominicam: & ipsi teneant & eis insinuent pro quorum fide sponsio fecerunt.

De Rebaptizatione.

Capitulum xij.

**A**postolus dicit. Vnus deus: vna fides: vnum baptismum. Quod ergo vnum est: geminari non potest. Quare propter valde rationabili diffinitione sanctis patribus institutum est: vt qui semel baptismi sacramentum percipisse cognoscitur: nulla ratione illud iterando accipiat: siue in ecclesia siue extra ecclesiam: hoc est: siue a catholico siue ab heretico: siue denique a fidei siue ab infidei cuiuscunque conditionis: etatis: aut sexus persona illud acceperit: tantummodo secundum fidem rectam catholici baptismatis formam acceperit: ratum constare debet: nec vlla ratione poterit iterari. Quod enim bonum accepit: quare bonum non iudicet: etiam si a bono non acceperit? Non enim illius erat: a quo accepit: vel potius per quem accepit qui bonus non fuit: sed illius in cuius nomine accepit. Qui semper bonus: malum dare non potuit: propter hoc eos qui ab hereticis in nomine



trinitatis baptizati sunt cū ad vnitatem ecclesie redeunt non rebaptizari sed vel vntiōe crismatis vel impositione manū re-  
 sciliari catholice ecclesie antiqua patrum traditio instituit.  
 Sicut pridem arianos per impositionem manus occidens:  
 per vntiōz vero sacri crismatis ad ingressum catholice eccle-  
 siens reformauit. Nam q̄ solum sacramentū foris acceperūt  
 intus per impositionez manus spiritum accipiunt. Placuit tñ  
 eos qui se baptizatos nesciunt: & sui baptismatis testes non  
 habent sine cunctatione baptizari: q̄a iteratum dici non dēt:  
 q̄d factum esse nesciūt. **Q**uerit̄ & de his q̄ inimice: id est iocose  
 baptizantur vtrum verū & plenum sacramentum baptismi  
 percipiant. Sed sciendū q̄a aliud est: aliqd̄ iocose vel lusorie  
 dare siue accipe: & tñ velle dare & accipe: et hoc oīo intendē  
 vt detur & accipiatur: q̄d iocose datur vel accipit̄. Aliud aut̄  
 aliquid agere q̄d forma illius in opere habeat: & tñ hoc nolle  
 agere neq̄ intendere vt hoc agatur: sed aliud aliqd̄ q̄ocunq̄  
**V**bi ergo intentio baptizandi est: etiā si reuerentia debita in  
 agendo nō est: sacramentū q̄dem est: q̄a omnino agit̄: & hoc  
 intenditur nec tñ sine culpa agentis: quia q̄d agit̄ & intendit̄  
 non digne agitur. Ridiculum aut̄ omnino est: vt vbi intentio  
 agendi nulla constat: opus esse dicat̄: p̄pter speciem quādam  
 assimilata operi: non p̄pter hoc assumptam: sed forte pro-  
 uenientem ex alio quocunq̄: eiusmodi est q̄ quidā im-  
 p̄tenti  
 estimant verba illa que ad efficiendam eucharistiā instituta  
 sunt a quacunq̄ p̄sona siue in quocunq̄ loco & qualis: itq̄  
 intentione super panem & vinū prolata: effectū esset: panis  
 et sanctificationis habere q̄si sacramenta dei: sic instituta sint  
 vt nullam operandi ratōz admittant: sed tumultuosa quadā  
 et violenta atq̄ ierōnabili p̄tinacia sine omni intentione aut  
 volūtate operantiū ad effectum p̄cedant. **E**go filium meum  
 forte ad balnea tuleram: veni ad aquā non vt baptizare: s̄ vt  
 balnearē: nō vt sacramētū dare: s̄ vt sordes abluerē vel carnē  
 fouerē. **P**osui paruulū meū in aquā: & q̄a volui vt bñ cresceret  
 et p̄desset: dixi forte sicut dixissem in manducādo in bibendo  
 sic in arando & in seminando: siue aliud quodcunq̄ agendo  
 dixissem: dixi in noīe patris & filij & spūs sancti. **T**u venis et  
 dic̄ mihi: q̄a baptizatus est filij meus. **E**go balneatum scio  
 baptizatum nescio. **Q**uod si iccirco baptizatiū putas: quia cum  
 mergerem illū: dixi in noīe patris & filij & spūs sancti. **E**rgo  
 et offa baptizata est: q̄a cum mergerē illam dixi in noīe patris  
 et filij & spūs sancti. **V**ide ergo & cōsidera: quia rationale esse  
 oportet opus misteriorum dei: nec p̄pter solam formam pre-  
 iudicare vbi intentio agendi nulla est.

Quare in sola aqua baptismus celebretur.

Capitulum. xiiii.

**N**otandum etiam est qd in solo elemento aque sacramentum baptismi consecrari institutum est. Quia sola hec plena habet et perfectam mundationem. Alij liquores omnes aq purificantur. Et si qd alio quolibet liquore tactum fuerit: aqua abluit ut emundet. propterea in sola aq sacramentum emundationis constat. sicut scriptum est. Nisi qs renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest introire in regnum dei

De forma baptismi.

Ca. xv.

**B**aptismi forma iam olim in diluuiio precessit. ubi in figura saluandorum octo anime per lignum saluate sunt. Similiter et in mari rubro ubi aq baptismi et rubor sanguinis proferebat. Sicut in aq aspidionis cui cinis ruse vitule miscebatur: qd carnem christi figurabat: qd femineo sexu designat propter infirmitatem: rufa propter sanguinem

Pars Septima

De Confirmatione

Ca. Primum



**C**onfirmationis unctio iam ab antiquo in veteri testamentum instituta legitur: qd tunc qd res ges solus et sacerdotes uniebant: quorum unctio singularis ille unctus figurabat: qd per cunctis participibus suis unctus est ut cum participaret in nomine qd participes illi esse mererentur in unctioe. a crismate. n. christi dicitur: a christo christum nominat. Propterea ex qd nomine omnes uncti ceperunt: omnes unctio accipere debuerunt. Quia in christo omnes generis electi sumus: regale sacerdotium. Crisma ex oleo et balsamo conficitur: quia per oleum infusio gratie: per balsamum odor bone fame designatur.

De impositione manus per solos pontifices celebratur.

Capitulum. ij.

**M**anus impositio qd usitato nomine confirmatio vocatur: quia christi unctioe crismatis per impositionem manuum in fronte signetur solis episcopi apostolorum vicariis debet: ut christianum designet: et spiritum paraclitum tradant: sicut in primitiua ecclesia spiritum sanctum per impositionem manuum dandi apostoli soli potestatem habuisse legitur.

De eo quod silvester papa instituit. ut baptizatum presbiter crismate in vertice linat.

Ca. iij.

**H**actenus pontificalibus legitur quod silvester papa instituit: ut baptizatum presbiter in vertice crismate linat.

propter occasionem quidem mortis: ne forte propter absen-  
 tiam episcopi & difficultatem eum consequendi sine manu  
 impositione baptizatum ab hac vita migrare contingeret:  
 quod quidem periculosum esset. Quia sicut in baptismo re-  
 missio peccatorum accipitur: ita per manus impositio spiritus  
 paraclitis datur. Illic gratia attribuitur ad peccatorum remissionem  
 hic gratia datur ad confirmationem. Quid autem prodest si  
 a lapsu erigeris: nisi etiam ad standum confirmetur. Propterea  
 timendum est his qui per negligentiam amittunt episcopi  
 presentiam: & non suscipiunt manus impositionem: ne forte  
 propterea damnentur quia festinare debuerunt dum potuerunt  
 propter eos enim qui articulo temporis preueniuntur: insti-  
 tuta est illa quae sacerdos baptizatum statim in vertice linit sacri-  
 crismatis unctio ut in hoc ipso ostendatur quantum sacra-  
 mentum istud ad salutem necessarium sit: cum tam sollicitè  
 unctio cauetur: ne forte sine ipso ab hac vita subtrahantur.  
 Manifestum est autem quod primis temporibus omnis unctio  
 crismatis per solos pontifices fiebat. Sed et postea quod institutum  
 est: ut baptizatum sacerdos in vertice linit. Signatio tamen  
 frontis solis pontificibus reseruat. Solus enim pontifex fron-  
 tem consignare ac linere potest: et spiritum paraclitum tradere.

**Quod sit maius sacramentum: impositio manu-  
 um an baptismus.**

**Capitulum. iiii.**

**D**e Sacramento confirmationis: id est impositionis  
 manuum: etiam queritur utrum maius sit sacramentum  
 quam baptismus. Sed sic sacri canones diffiniunt utrumque  
 magnum omnino sacramentum et summa deuotione pensandum  
 Quamuis tamen alterum: id est impositio manuum in eo quod  
 a solis summisque pontificibus celebratur maiori videatur reuerentia  
 colendum. Sed hec duo ita coniuncta sunt in operatione salutis  
 ut nisi morte interueniente omnino separari non possunt.

**Quod non debeat iterari manus impositio: sicut  
 nec baptismus: et quod a ieiuniis celebranda.**

**Capitulum. v.**

**D**e Sacramento impositionis manuum diffinitum est  
 ut nulla ratione iteretur: sic nec baptismus: et si forte  
 factum fuerit: graui penitentia est plectendum. Hoc  
 quod statutum est: ut impositionis sacramentum manuum non nisi  
 a ieiuniis vel detur vel accipiat: si hi qui accipiunt perfecte etatis  
 fuerint ut mundi donum spiritus sancti accipiant. Sicut enim duobus  
 temporibus pascha videlicet et penthecostes: baptisma quod his  
 solum temporibus generaliter celebrandum est: a ieiuniis celebrari  
 debet: ita etiam donum spiritus sancti per manus impositionem

a ieiunio pontificibus conuenit celebrari: exceptis infirmis: et morte periclitantibus.

**Quanto tempore debeant esse sub disciplina crismatis qui manus impositionem acceperunt**    **Capitulum. vi.**

**S**olent quidam querere: quanto tempore debeat vincti-  
onem crismatis obseruare in capite: ut scilicet capita non lauent qui accipiunt manus impositionem: absque tempore baptisterii. Quibus responderi potest: quoniam ueniens esse ut tanto tempore aduentus spiritus sancti apud unumquemque qui eum accipit celebretur: quanto tempore generaliter ab ecclesia celebratur aduentus spiritus sancti super alios: hoc est septem diebus. Et merito: quia septem sunt dona spiritus sancti et in septem comitibus ad hospitem suum spiritus sanctus venit. Et dignum est ut habeat unusquisque diem suum: et unicuique in die suo conuiuium preparet. Alium diem sapientia habet: alium intellectus: alium consilium: alium fortitudo: alium scientia: alium pietas: alium timor. Et alia conuiuia christus apud hospites suos exercet: talia et spiritus sanctus.

**Pars Octava**    **De Sacramento corporis et sanguinis Christi.**    **Capitulum. Primum**



**S**acramentum corporis et sanguinis christi unum est ex his in quibus principaliter salus constat: et inter omnia singulare: quia ex ipso omnis sanctificatio est. Hec enim hostia semel pro mundi salute oblata omnibus precedentibus et subsequentibus sacramentis virtutem dedit: ut ex illa sanctificarentur: per illam liberandos omnes.

**Quando institutum est sacramentum corporis et sanguinis Christi**    **Capitulum. ii.**

**S**acramentum corporis et sanguinis sui: ipse dominus ihesus christus instituit: quando post cenam veteris pasce: panem et vinum in corpus et sanguinem suum diuina potentia transmutans: apostolis sumendum distribuit ut idem post hec in memoriam sui agerent: precepit.

**Utrum mortale vel immortale corpus suum in cena tradiderit**    **Capitulum. iii.**

**S**olent quidam querere: quale corpus suum discipulis suis dominus ihesus christus tradidit: hoc est: passibile an impassibile: mortale an immortale: et cetera que ad hanc pertinent questionem. Ego in eiusmodi sic et in alijs professus sum

diuina secreta magis veneranda q̄ discutienda cenſeo. Simplicitati fidei hec ſufficere puto: ſi dicim⁹ q̄a tale dedit: quale voluit. & ruruſum quale dedit: ipſe nouit. Ideo enim dedit tale: quale voluit: quia omnipotens erat: & potuit omne q̄d voluit. Ideo autem ipſe nouit quale dedit: quia ſapiēs erat: & non potuit ignorare q̄d fuit. Propterea leuius ſe questione abſoluit: & fortāſſe tuti⁹ in ſemetipſo ſubiſtūt qui non dicit mortale dedit: ne videatur dicere cōtra ſacramenti dignitatē. Nec dicit immortalē dedit: ne eſtimeēt credere cōtra eam que in chriſto ante reſurrectōnem fuit mortalis corporis veritatē. Propter hoc fortāſſis meli⁹ eſt: vt neutri⁹ diffinire preſumamus q̄uis tamen alter⁹ fuiſſe credamus. Sic itaq; non dicat hec vel hoc fuit: q̄uis tamen credatur: quia alterū fuit. Qd̄ ſi alterum dicendū eſt: ego abſq; pre iudicio veritatis magi⁹ ſenſu ad ill⁹ accedo: vt illud impaſſibile & immortalē: q̄ntū ſcilicet pertinet ad ſanctificatiōis ſacramenti tradidiſſe dicat. Si quis autem obiciendū putet: q̄ ante reſurrectōnem dñs hieſus xpc corpus mortale portabat: & hoc ipſi indubitanter profiteamur mortalem fuiſſe dñm hieſum h̄m humanitatem ſuſceptam: q̄a ſi mortalem fuiſſe non crederemus: mortuum negaremus. Humana ergo natura in chriſto mortalis fuit: ſed voluntate: non neceſſitate. Ex eo enim quo per gratiam ab omni peccato munda verbo dei in vnitatem perſone iūcta eſt: ab omni mortis neceſſitate & debito libera facta eſt: vt nihil morti deberet: pro eo quod peccati nihil haberet: ſuſtinuit tamen ſponte mortalitatem: quia mortem ſuſtinere volebat. Quia ſi mortalitatem non ſuſtinuiſſet: mori omnino non potuiſſet. Sic ergo ſponte mortalitatem portauit: quouſq; mortē guſtaret: & ita mortalitatem deponeret. Quia ergo voluntate non neceſſitate mortalis fuit: ipſius mortalitatis proprietatē ſecundum q̄ ratio & ordo temporis poſtulabat: priuſq; eam per mortem totam exueret: aliquando ex parte quando voluit depoſuit: & ruruſum quando voluit recepit: vt in hoc ipſo probaret: quia in quantum eam ſuſtinuit: ex neceſſitate nō eſt: qui ſic pro poteſtate in quantum voluit eam nō habere ſuſtinere omnino non poſſet. Legitur in euangelio: quia dñs hieſus xpc cum verbum vite predicaret: & ad vitā mortales et moriōſos inuitaret: zelantes hoſtes q̄ ratione cōuincere nō poterant: furore extinguerere volebant. Itaq; quaſi in eum qui nihil ampli⁹ mortali haberet: manus iniecerunt in ipſum: & duxerunt eū in ſupercilium montis: vt illinc eū precipitaret.

Ipsē autē ut ostēderet se quidē mortalem esse: sustinuit ut teneretur: & ut iterum demonstraret: quia voluntate nō necessitate mortalitatem & passibilitatem ferebat: non sustinuit ut precipitaretur. Cum esset ducendus: teneri se patienter tolerabat. Cum autem esset precipitandus: potenter per medium illorum transiens ibat. Quando voluit tenebatur: & quando voluit non tenebatur. Quantum voluit & quando voluit naturā mortalitatis admisit. Quantum autē sustinere voluit eam: & quando voluit eandem a se potestate remouit. Transiens inquit per medium illorum ibat. Nunquid putas quod xpc̄ lucēdū se de manibus inimicorum subtraxerit: cum ab eis teneretur. ut transiens liber per medium illorum iret. Ergo fortitudo corporis sola in eo laudanda est: nō virtus deitatis. Non ita gūenit: sed exhibuit se qualem voluit admittēs ad se: ex eo quod sponte portabat quantum voluit. Si ergo christus mortalitatis naturam h̄m rationem dispensationis diuine priusquā eā perenniter victurus exueret: h̄m tempus aliquando ex parte deposuit: & iterum cum tempus postulabat assumpsit. Mirū non est si dicitur aliquando pro causa et ratione temporis h̄m aliquid & totam deposuisse: in qua tamen adhuc cū tempus postulabat passurus fuit. Si ergo hoc esse potuit: ut ipse seipsum manibus gestaret & discipulis sine corruptione sui edendum distribueret: & tamen ipse qui dedit & qui dabatur: qui portauit & qui portabatur: idem esset. Quid mirum est si dicitur: quia ipse in eo quod dabat mortalis fuit: & in eo quod dabatur: immortalis fuit: & tamen ipse qui mortalis dabat: & qui immortalis dabatur: non duo sed vnus fuit ipse. Quomodo enim immortalis non dabatur qui inuisibiliter sumebatur: & incorruptibiliter manducabatur? Inuisibiliter sumebatur quātum ad formam dico propriam corporis sui: non quantum ad speciem sacramenti sui. Inuisibiliter enim sumebatur: quia in eo quod sumebatur quod ipse erat non videbatur. Christus enim sumebatur: & species panis & vini tantum videbatur. Ideo dico inuisibiliter sumebatur: & quod erat nō videbatur. Si ergo in eo quod dabatur quod ipse erat videbatur: & in eo quod dabatur quod erat ipse nō videbatur. Et si in eo quod dabatur tenebatur & crucifigebatur: & in eo quod dabatur frangebatur & non diuidebatur: edebatur et non corrumpebatur. Quid miraris si in eo quod dabatur mortalis dicitur: & in eo quod dabatur: immortalis & impassibilis fuisse predicatur? Hec tñ sic dicta sunt: ut nemini in eo quod latet: preiudiciū fiat.

**¶ Si Corpus cristi quod iudas per intinctā buccellam accepit.**

**¶ Capitulum. iij.**

**Q**uerunt et hoc: Vtrum corpus Christi illud fuisse credendum sit quod ipse traditori suo per intinctam buccellam porrexit. Cum intinxisset inquit hiesus panem: dedit iude simoni scariothis. Sed vt dicit beatus Augustinus non. Sicut putant quodā negligenter legentes tūc iudas christi corpus accepit. Intelligendū est q̄ iam omnib⁹ eis distribuerat sacramentū corporis ⁊ sanguinis sui: vbi ⁊ ipse iudas erat sicut sanctus Lucas euidentissime narrat. Ac deinde ad hoc ventū est vbi h̄m narratio; Iohannis apertissime per buccellam intinctam atq; porrextam: suum exprimit traditorem. Fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem. Non enim omnia que tinguntur abluuntur: sed vt insciantur nonnulla tinguntur. Si autem bonum aliquid significat hec tinctio: eidem bono ingratum: nō immerito secuta est damnatio: ⁊ hec quidem verba sunt beati augustini super eo quod quesitum est: si iudas in buccella corpus xpi accepit. Ex eo tamen quod traditori suo dominus ad notandum eum: buccellam intinctam dedit: consuetudo habet vt corpus christi fideles intinctum non accipiant.

**¶ Agnus pascalis figura corporis xpi fuit. v.**

**S**icut circumcisio olim quantū ad effectum remissionis peccatorum baptismi vicem gerebat. Mare rubrum autem eiusdem similitudinem ⁊ figuram preserebat: ita agnus pascalis cui⁹ carnes a populo edebantur: et sanguine postes domorū signabantur: in figura sacramenti corporis xpi precessit. Postq̄ aut veritas venit: signū e medio sublatum est. ex quo iam nō erat res que futura significaret sed que presens perciperetur. mansit tamen figura quandiu res nondum fuit: ⁊ exhibitum prius est i similitudine: quod postmodum complendum erat in veritate. Egipt⁹ mundus exterminator dyabolus: agnus christus: sanguis agni passio christi: domus aiarum corpora: domus cogitationum corda. Nec sanguine tingim⁹: per passionis fidem: illa sanguine tingimus: per passionis imitationē. crucis signum intus: ⁊ foris opposentes vtra aduersarias potestates. Deniq; carnes agni comedimus: quando in sacramento verū corpus eius sumēdo per fidem ⁊ dilectio; christo in corporamur. Alibi quidē manducat: incorporatur. Quando aut cristi caro manducat: non qd manducat: sed qui māducat: ei quē manducat incorporatur. Idcirco voluit xpc a nobis manducari: vt nos sibi incorporaret: hoc sacramentū corporis xpi: q̄ māducat ⁊ incorporatur sacramentū h̄i ⁊ rem sacramēti h̄i. Qui manducat et non incorporat: sacramentū habet: s; rem sacramēti non h̄i.

Sicut qui incorporatur: etiam si manducare non contingat: rem sacramenti habet: quoniam sacramentum non habeat. Qui sumit: sacramentum habet. Qui credit et diligit: rem sacramenti habet. Melius ergo illi est qui credit et diligit: etiam si sumere et manducare non possit: quam illi qui sumit et manducat: et non credit nec diligit: vel si credit: non diligit.

**¶ Sacramentum altaris et figura est quantum ad panem et vini speciem: et res est quantum ad corporis Christi veritatem.** **¶ Ca. vi.**

**¶** Vnt qui ex quibusdam scripturarum locis munimentum erroris ducere putauerunt: dicentes in sacramento altaris veritatem corporis et sanguinis christi non esse: sed imaginem illius tantum: et speciem et figuram. Propterea quia scriptura aliquoties dicit: quod id quod in eucharistia altaris sumitur: imaginem illius esse vel speciem quod in participatioe christi hiesu percipiet. Qui profecto in hunc erroris laqueum non inciderent: si vel sacramenta dei recta et humili fide susciperent: aut scripturas ouerenti intelligentia tractarent. Nunc autem quia in sacramentis dei sensum suum fidei preferunt: in scripturis sacris sanum interpretacionis formam tenere contemnunt: et fit ut sermo veritatis amplius eos caligare faciat: dum non recte intellectus errorum pro veritate ministrat. Quod tamen scripturae viciu non est: sed legentium et non intelligentium cecitas. Neque sacramentorum dei confusio: sed presumentium prauitas. Hi autem periculose errauerunt tot manifestis sententijs et assertionibus non dubijs quedam ambigua preferentes: et in ipsis magis mendacium quam veritatem eligentes. Non quia hoc ibi magis dicebatur: sed quia hoc ab illis magis credebatur. Quid enim? Nunquid ideo sacramentum altaris veritas non est: quia figura est? Ergo nec mors christi veritas est: quia figura est: et resurrectio christi veritas non est: quia figura est. Nam et mortem christi et resurrectionem figuram esse et imaginem et similitudinem et sacramentum et exemplum Apulus manifeste declarat dicens: **Christus mortuus est pro delictis nostris: et resurrexit propter iustificationem nostram: ut peccatis mortui: iusticie viam.** Et apostolus petrus dicit: **Christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum: ut sequamini vestigia eius.** Ergo mors christi exemplum fuit: ut peccato moriamur: et resurrectio eius exemplum fuit: ut iusticie viuamus. Nunquid ideo veritas non fuit? Ergo christus vere mortuus non fuit: et vere non resurrexit: si mors eius vel resurrectio vera non fuit. Absit



Nā de ipso scriptū est. Vē languores nōs ipse tulit: a dō nōs ipse portauit. Ergo mors xp̄i v̄a fuit: et tñ exemplū fuit: a resurrectione ei⁹ v̄a fuit: et exemplū fuit. Quare g° sacramētū altaris similitudo esse nō p̄t a v̄itas: In alio q̄dez similitudo: in alio v̄itas

**¶ Tria esse in sacramēto altaris. panis a vini speciem. corporis Christi veritatem. gratiam spirituales**

**¶ Capitulum vii.**

**N**am cum sit vnū sacramentū: tria ibi discreta proponunt. Species videlicet visibilis: et veritas corporis et virtus gratie spūalis. Aliud est. n. visibilis species q̄ visibiliter cernit. aliud ē veritas corporis et sanguinis: que sub visibili specie inuisibiliter credit. Atq; ali⁹ gratia spūalis que cū corpore a sanguine inuisibiliter et spūaliter percipit. Qd̄ em̄ videmus: species panis ē a vini. Qd̄ aut̄ sub specie illa creditur: verū corpus xp̄i est: et verus sanguis hiesu christi: qd̄ pependit in cruce: et qui fluxit de latere. Nec per panē et vinū corpus a sanguine tñ significari credim⁹: s̄ sub specie panis et vini: verū corpus: a verū sanguine consecrari: et speciem q̄dez visibilē sacramētū esse veri corporis et veri sanguinis corpus aut̄ et sanguinem sacramētū esse gr̄e spiritualis. Et quēadmodum species illic cernit: cui⁹ res vel substantia ibi esse nō creditur: sic res ibi veraciter a substantialiter presens credit: cuius species non cernit. Videtur em̄ species panis a vini: et substantia panis et vini non credit. Creditur autē substantia corporis a sanguinis cristi: et tñ species non videt. Quod ergo videt h̄m speciem: sacramētū est: a imago illi⁹ qd̄ creditur h̄m corporis veritatē. Et qd̄ credit h̄m corporis veritatē sacramētū est illius qd̄ percipitur h̄m gr̄am spūalem. Sacramentum ergo altaris a eucharistia diuina ī vero corpore et sanguine dñi nostri hiesu xp̄i imago est: h̄m speciez panis et vini in qua cernit: a res est h̄m substantie sue veritatē: in qua credit illic atq; percipit. Et rursus qd̄ nunc visibiliter h̄m sacramēti speciem: et corporaliter h̄m carnis a sanguinis christi veritatē xp̄m in altari sumim⁹: sacramētū est a imago qd̄ ip̄m eundez inuisibiliter et spūaliter h̄m gr̄e infusio: a sp̄s sancti participationē ī corde sumē debem⁹. Ergo diuissima eucharistia q̄ in altari a h̄m panis et vini sp̄m: et h̄m corpus a sanguis christi veritatez visibiliter a corporaliter tractat sacramētū est a signū a imago inuisibilis et sp̄alis participationis hiesu que intus in corde p̄ fidem et dilectionem perficitur.

**¶ Quare in specie panis a vini christus sacramētū corporis et sanguinis sui instituit** / **Ca. viij.**



substantiam transeunte. Conuersio autē ipsa non s̄m unio-  
nem: sed s̄m transitio; credenda est: quoniā nequaquā essentia  
in essentia augmentum accedat. vt per id q̄d accedit id ad q̄d  
accedit maius fiat: sed transitōe vt id q̄d accedit: cū illo ad  
q̄d accedit vnum fiat. Nec sic in pane christi corpus consecrari  
dici mus: vt de pane corpus christi esse accipiat: nec quasi no-  
uum corpus subito factum de mutata essentia: sed in ipsum  
corpus verum mutatam essentiam. Nec ipsam subām panis  
et vini in nihilum redactam: q̄a desijt esse q̄d fuit: sed mutatā  
pōtius: q̄a cepit esse aliud q̄d non fuit: et ipsum q̄d cepit esse  
ex ea esse non accepit: q̄a prius panis fuit. Sed ipsa esse acce-  
pit: q̄n desijt esse q̄d fuit. Hoc expressius distinximus ppter  
eos qui ex sua ratione fidei preiudicium faciūt: et sen su suo  
incedentes asserere nitunt: vl hoc esse solum q̄d cernitur: vel  
tale esse q̄d creditur: hoc est: q̄a sola panis et species vini cer-  
nitur: solam ibi esse panis et vini subām: vel q̄a ibi substantia  
corporis et sanguinis christi credit: passibiliter ei inesse sp̄m  
et qualitatem panis et vini: que cernit quasi non possit ip̄s  
apparere cuius nō asit substantia: vel substantia latere: cuius  
non appareat forma.

**Quid significant tres portiones ille. que de corpo-  
re Christi in sacramento altaris fiūt. Ca. x.**

**T**res portiones q̄ in altari fiunt de corpore x̄pi mystica  
significatiōem habent. Est enī corpus x̄pi vniuersa  
ecclesia: caput suum cū membris. et inueniuntur in  
corpore isto quasi tres partes ex quibz totū corpus constat  
Vna pars est ip̄m caput. Caput enī et caput est: et pars si-  
militer corporis. Itaqz caput ip̄m pars corporis vna est. Alia  
pars corporis est i membris illis: que iam secuta sunt caput  
et sunt cum ip̄o capite: vbi est ipsum caput: sicut scriptū est  
Vbicūqz fuerit corpus: illuc congregabuntur aquile. Illi ergo q̄  
iam de hac vita exiuerunt: quorū corpa in sepulchris relescūt  
et aīe cum x̄po sunt: isti sunt ps corporis altera: et sunt quasi  
s̄l due partes iste: caput scz et hec alia ps corporis. Prop̄ea in  
altari due ptes seorsū reseruantur ex calice: q̄i ex passio; quōz  
ip̄m caput iā imortale et impassibile de morte resurrexit: am-  
plius nō moriturū: neqz passurū ampli; et s̄l illi qui de hac  
vita egressi sūt sc̄i et cū ip̄o capite suo iā gl̄iant et gaudēt ex  
peccātes et ip̄i resurrectō; carnis sue et immortalitatē iā neqz  
dolorē neqz passio; sentiūt vllā: et sūt s̄l iste due ptes ex cal-  
licem et ex passio; q̄m hec p̄ora trāserūt. Tercia ps in calice  
ponit h̄cās eos q̄ ad viuūt i passioe: donc ip̄i ab hac vita ex-  
eant et trāseāt ad cap̄ suū vbi ampli; nō moriantur nō patiantur.

**Quod corpus Christi quando diuidi videtur scdm  
solam speciem diuiditur. scdm aut se integrum  
manet. ac sic in singulis partibus totum. sicut  
in diuersis locis vnum & idem ipsum est. (Ca. xj.)**

**N**oli autem putare quando ptes vides in sacramento  
altaris quasi diuisum sit vel separatum a se: aut vel  
vt per membra discerptum corpus cheisti Ipse in-  
teger & manet in se. nec diuiditur nec partitur: sed tibi scdm  
speciem exhiberi oportebat: quod ad mysticam significatiōz  
pertinuit. **M**onstrat ergo tibi foris species: in qua sensus tuus  
erudiat: & seruat intus corporis sui incorruptiōz in q̄ vnitas eius  
non diuidit. **V**idet pars vna: & quasi pars esse videt: & totū  
ibi est. Et pars altera videri: & quasi altera videtur: & idem est  
& totum est ipsum. Et si tertia pars videt similiter: idem ipm  
est & totum. Totum hic et totum ibi. nec minus in parte q̄  
in toto: nec maius in toto q̄ in parte. **Q**uotcunq; partes fece-  
ris: in singulis totum est. **N**ec miretis: opus dei est hoc. Si in  
diuersis locis potest esse vnus: quare etiam non in singulis  
partibus potest esse totus? **V**trunq; mirum est: sed non ideo  
falsum est si mirum est. **E**t verum est: quia mirum est: nec tñ  
sic mirum est: quia opus dei est. **N**ō est mirum: si mirabilis  
mirabilia operatur. **Q**uomodo inquis corpus vnum: eodem  
tempore in diuersis locis esse potest. **H**ic est: ibi est: & totum  
vtrubiq; est: & in multis locis similiter. **N**oli mirari. **Q**ui locū  
fecit: corpus fecit: & locū in corpore: & corpus in loco. **E**t qui  
fecit vt vnum corpus in vno loco esset: fecit sicut voluit. & si  
voluisset: aliter facere potuisset. **N**am & quando vult aliter fa-  
cit: & est sicut ipse vult semp. **Q**uia autem sicut ipse fecit vt  
corp⁹ vnum in loco vno esset: tu qd factū est vidisti: & nescis  
aliud: nisi quod factū est qd vidisti. **I**ccirco miraris quando  
aliud vides vl' audis: q̄ videre & audire consueuisti. **I**pse aut  
non miratur quando aliud facit: q̄ quod facere cōsueuit. q̄a  
quando illud fecit: sciuit. & tūc q̄ aliter facere potuisset: si vo-  
uisset. **I**ccirco cum qd mirari ceperis: & dixerit forte tibi cogi-  
tatio tua: quomō hoc esse possit: cogita faciētem: & desinet  
esse mirabile quicquid illud fuerit. **E**t si forte mirabile non  
esse desierit: tamen incredibile non erit. **S**i factor omnipotens  
cogitatur: non erit impossibile quicquid erit.

**Quod ea que in corpore christi indigna videntur  
scdm speciem sola fiant. Capitulum xij.**

**Q**uod si contingat aliquando sic contingere solet: vt videas  
quod aliqua fieri in hoc sacramento que min⁹ digna esse

videbuntur: noli abhorrere. Sola species que apparet hic: tibi monstrat speciem: sibi seruat veritatem. Exhibet sensui tuo similitudinem cibi corporalis: vt sensus tuus p omnia i suo erudiat: seruat corpori suo veritate nature inuiolabilis & i mortalibus: ne i suo corumpat. Si in aliq a similitudine recederet: verum sacramentū nō esset: & pderet se tibi: & tolleret locum fidei: neq; iam crederet: si videret. Quod ita fieri nō oportet. Itaq; quantū ad nos seruat p omnia corruptibilis cibi similitudinem: & tñ non amittit quantum ad se inuiolabilis corporis veritate. Videt corrodī: & manet incorruptus. Videt affici vel maculari: & pseuerat inuiolat. Sustinet hoc fieri circa se: ne sensus noster aliquid alienū picipiat: sed nō recipit hoc in se ne incorruptibilis natura sinceritate suā amittat. Tanta ē dignitas & mundicia corporis xpi: vt nec corruptioe aliqua affici possit: nec sordibus maculari. Itaq; siqñ hec fieri videris noli timere ipsi: sed sollicitus esto tibi. Ipse ledi non potest: tu noceri potes: qui male credere potes.

**¶ Quid fiat de corpore Christi. & de corporali presentia eius post sumptioz sacramenti / ¶ Ca. xiiij.**

**S**ed fortassis iterū dicit tibi cogitatio tua: qd fiat de corpore xpi postq; sumptum fuit & comestū. Tales sunt cogitationes hoīm: vt vix q̄scere velint: in his maxime q̄ q̄renda non sunt. Dicit ergo cor tuū. Quid factū est de corpore xpi postq; illud sumpsi & manducaui? Audi g. Corporalem pntiam xpi quer. In celo quere: ibi xpc est ad dexterā patris sedens. Tecum ad tempus esse voluit: qñ aut qñdiu necesse fuit. Exhibu<sup>t</sup> tibi ad temp<sup>us</sup> corporalem pntiam suam: vt p illam te ad spūalem excitaret. Ideo corporaliter ad te venit: & exhibuit tibi ad temp<sup>us</sup> corporalem pntiam suā: vt p illā spūalis inueniret: q non auferret. Ita p carnē assumptā olim in mundū venit: & hm pntiam corporalem ad tempus cū homibz quersatus est: vt eos ad spūalem pntiam querendā excitaret & inueniendā. Postea ppleta dispensatōe hm corporalem pntiam recessit: & hm spūalem pntiam remāsit. Nam vt oñderet q hm spūalem pntiam nō recedebat: qñ hm corporalem pntiam abire disponebat: ait. Ecce ego vobiscum sum omnibz diebz vite mee vsq; ad gsummatiōz seculi. Sic ergo in sacramento suo mō tpaliter venit ad te: & est corporaliter tecū vt tu p corporalem pntiam: ad spūalem querendā exciteris: & inueniendam adiuueris. Quando in manibz sacramentū eius tenes: corporaliter tecū est. Quando ore suscipis: corporaliē tecū est. Quando māducas: & qñ gustas: corporaliter tecū est. Deniq; in visu in tactu in sapore: corporaliter tecū est. Quamdiu

sensus corporaliter afficit: presentia eius corporalis non auferretur. Postquam autem sensus corporaliter in percipiendo deficit: deinceps corporalis presentia querenda non est: sed spiritualis retinenda. **D**ispensatio completa est: perfectum sacramentum intus manet: Christus de ore ad cor transit. **M**elius est tibi ut eat in mentem tuam: quam in ventrem tuum. **C**ibo iste anime non corporis est: noli in ipso querere consuetudinem cibi corporalis. **V**enit ad te ut comedatur: non ut consumatur. **V**enit ad te ut gustetur: non ut incorporetur. **A**ugustinus vocem de celo audit: quia hoc de terrenis illi dici aut responderi non potuit. **C**ibo sum gaudium: cresce et manducabis me. **N**on ut me mutes in te: sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me. **I**taque prudenter discerne quod in sacramento dei sensui exhibitum sit: quid spiritui accommodatum: etiam ut solet si post appetitam perceptionem aliquid iterato senseris: in hoc quod species ad proprietatem sensui famulatur: ut veritas similitudinis ubique seruetur. **N**am si in aliquid quantum se sensui exhibendum est: similitudo deficeret: illic proculdubio sacramentum non esset: sed res ipsa perderetur & manifestaretur evidenti miraculo: quod non convenit quando fides locum habet. **P**ost hoc ergo si corporalem presentiam christi queris: in celo quere. **I**bi quere ubi et prius fuit: quam per sacramentum suum corporaliter tecum esse inciperet: et unde non discessit quando ad te venit.

**Q**uod celebratio consecrationis corporis Christi  
**missa vocatur. et quanto missa vocatur. et vnde  
missa primum instituta est. (Ca. xiiii.)**

**Q**ue celebratio missae in commemoratione passionis Christi agit. **S**ic ipse precepit apostolis: tradens eis corpus et sanguinem suum dicens. **H**oc facite in meam commemorationem. **H**anc missam beatus Petrus apostolus primus omnium antiochie de celebrasse: in qua tres tamen orationes in initio fidei dicebantur: incipientes ab eo loco ubi dicitur. **H**anc igitur oblationem. **C**etera autem postea a sanctis patribus diversis temporibus diversa adiecta sunt. **M**issa autem dicta est: quasi transmissa: vel quasi transmissio: eo quod populus fidelis per ministerium sacerdotis: qui mediatoris vice fungitur: inter deum et homines preces et vota et oblationes deo transmittat. **I**psa enim hostia sacra: missa vocari potest: quia transmissa est: primum scilicet a patre nobis ut nobiscum esset. **P**ostea a nobis patri: ut apud patrem pro nobis intercederet. **P**rimum a patre nobis per incarnationem. **P**ostea patri a nobis per passionem. **M**odo in sacramento primum a patre nobis per sanctificationem quam nobiscum esse incipit: postea patri a nobis per oblationem: qua pro nobis intercedit.

Vel missa dicta est sicut quidam putant ab emittendo. quia tempore q̄ sacerdos incipit consecrare corpus dñi. cathecumini foras emittunt. Lecto em̄ euangelio. dyaconus. clamat. Si quis cathecuminus adest. exeat foras. Cathecumini sacris misterijs interesse non debent q̄ nō nisi baptizatis & xpianis mittunt. Sic de quibusdam qui cathecuminoꝝ & nondum renatoꝝu tipu gerebant. Scriptum est. Ipse aut̄ ihs nō credebat se illis

**¶ Nonā Pars** **¶ De Sacramentis que ad ex-**  
**ercitationem instituta sunt. que omnia sanctifi-**  
**tantur per verbū dei** **¶ Capitulum Primum**

**S**unt quedam sacramenta in ecclesia in quibus & si principaliter salus non est tñ salus ex eis auget. in qñtum deuotio exercet. hec licet in presenti oia enumerari non possunt. qdam tñ intermittere non oportet pro exemplo vniuersorum. Ex his ergo sacramentis alia stant in rebus: qualia sunt aqua aspersionis. susceptio cineris. benedictio ramozū & cereozum: & cetera talia. Alia aut̄ stant in factis: q̄lia sunt signaculum crucis. insufflatio exoz̄ zationis. expansio manuum. incuruatio genuum: & alia eiusmodi. Alia in dictis constant: sicut est trinitatis inuocatio: & quecūq; in hunc modū. Hec aut̄ omnia per verbum dei sanctificant: siue p̄ prolatioz̄ verborum diuina virtute inuocata sanctificentur: siue sola fide exhibita: per eandem diuinā virtutem sanctificationis effectū accipiant. Vbi em̄ vera fides est: verbum dei deesse nō potest. quia ipm̄ verbum fide concipit: & per fidem operat̄. Omnia inquit Apostolus q̄cunq; facitis: in noīe domini facite. Non aut̄ conueniens est: vt intelligamus aplūm precepisse: qd̄ in omnib; operib; nostris verba proferrem;: sed vt in operib; nostris omnib; fidem rectam teneremus. Ille em̄ in nomine dñi omnia que facit operat̄: qui per rectā fidem agnoscit se nec sine illo aliqd̄ boni posse facē. & si aliqd̄ fecerit laudabile: ext̄ illum gloriari non debere. Qui fideliter in omni opere suo & ante factū ab illo auxiliū querit: & post factū totum qd̄ operatus est bonū. ad laudem & gliam eius conuertit. Sic ergo omnia q̄ facimus sola fide etiam sine p̄latione verborum in noīe domini recte fieri dicunt̄. sic & quedam sacramenta sine verbor; p̄latioe p̄ solam fidez̄ sanctificant. Nā ipsa vba aliquā sacramēta sunt: q̄ tñ ex alijs verbis sanctificatōz̄ nō accipiūt. Nullū tñ sacramētum sine illo verbo sanctificat̄ qd̄ siue sola fide: sū ex fide & p̄latioe verbor; inuocat̄ oēs sc̄tificationōz̄ opat̄.

**Q**om̄ia sanctificatur per verbū dei. De aqua  
asperisionis que cum sale benedicatur. **Ca. ij.**

**A**lexander papa quintus a beato Petro cōstituit: vt  
sal & aqua benediceret ad aspergendū pplm̄ & habi-  
tacula eorū. Illo vtiq; exemplo q̄ helise? ppheta sal  
in aquā misisse legiē: vt hoc odimento fontes amari i dulce-  
dinem verterent. Hac igit aqua sanctificata fideles aspergunē  
et habitacula fidelū lustrant ab illusione & infestatiōe mali-  
gnorum spūum. hec est aut significatio huius sacramenti: q̄  
aqua penitentiā significat de p̄teritis: sal discretiōz & cautelā  
de futuris: q̄ duo si sūt miscant amara p̄scientia in dulcedinē  
vertit atq; illusiones & infestatiōes demonū amplius ei non  
dñantur. Nos itaq; sup̄dictam institutiōz secuti p̄ singulos  
dies dñicos sal & aquam simul miscendo benedicim⁹: vt hac  
asperisione fideles & habitacula fidelium: contra spirituales  
nequitias muniamus.

**De Susceptione cineris**

**Ca. iij.**

**C**elestia institutio habet. vt p̄ singulos annos in  
initio quadragesime q̄d caput ieiunii dī: quarta fel-  
ria q̄n ieiuniū votiū suscipiē: cinis p̄secrat⁹: capitis  
bus fidelū imponatur. scz ob recordatiōz mortalitatis n̄re: vt  
mortalis hō q̄ tūc ex habitu p̄nie & recordatiōe p̄corū suorū  
ad deuotōz spūgit: p̄ memoriā etiā p̄ditōis sue humiliet p̄p̄  
q̄d ei dicitur. Memento quia cinis es: & in cinerē reverteris.

**De Ramis palmarū & frōdib⁹ bñdicēdis**

**H**abet etiā ecclēstica p̄suetudo: vt i dñica q̄ p̄xima ē  
añ solēnitatē pascale rami palmarū & frōdes arborū  
bñdicant: & p̄p̄o portādi distribuant in figurā eorū  
q̄ dño ihu eodē die hierosolimā ascēdenti cū ramis palmaz  
et frōdib⁹ arborū virētib⁹ cantātes & laudātes occurrerūt. In  
q̄ non solū nob̄ id q̄d illi tūc corpaliē fecerūt: corpaliē faciē-  
dū p̄ponit: s; id poti⁹ q̄d v̄l in illo vel i isto corpali fctio sp̄itē  
imitandū h̄cat. palma q̄d signū victorie ē: rami aut virētes:  
bona opa h̄cant. Tūc igit x̄p̄o cū ramis palmaz & frōdib⁹  
occurrim⁹ laudantes: quando ipsum mort⁹ triumphatōrem  
bonis operibus: & digna gratiarum actione laudamus.

**De Cereo qui in sabbato sancto benedicatur. et  
de agnis qui benedicuntur in pascha**

**Ca. v.**

**Z**ozimus papa constituit cereum magnum in sab-  
bato sancto pasce benedici: quē dyaconus ac quem  
dyacon⁹ accepta bñditiōe a sac̄dote: bñdicat. Hic ce-  
reus x̄pm̄ designat: in cera humanitatē: in igne diuinitatē: m̄



Qui cathecumios ad baptismum precedit illuminans: sicut olim in columna ignis filios israel mare rubrum transētes precessit: per ignē illuminans: & obumbrans p̄ nubem. Sub eadem figura iuxta consuetudinem antiquam in die paschali in ecclesia romana agni & cerei benedicunt: & ip̄lo distribuunt.

**¶ De Signis quorum sonitu fideles in vnū conuocantur.**

**¶ Capitulum. vj.**

**S**ignorum usus a veteri testamento assumptus est: ubi tube argenteae a domino ductiles fieri precipiuntur quibus multitudo populi conuocari debuisset. Ad similitudinem harum tubarū signa ex metallo eris in ecclesia facta sunt ad corda fidelium excitanda: & ut per ea signū detur quādo debeant in vnum conuenire. Vasa ista metallina: ora predicantiū significant. Plectrā ferrea quo interius tunc duntur: ut sonum emittant: lingue sunt eorūdem. Funis autē mensura vite est: & conuersationis modus: qui in scriptura proponitur. Funis manu tenetur: quādo scriptura operibus adimplet. Funis sursum sequitur: qui ductu sacre scripture ad bona eleuatur. Funem deorsum trahit: qui eadem docente quantum in malis pressus iaceat: agnoscit. Iste aptus est populum dei in vnum conuocare: qui & eleuatus opere exempla bonitatis ostendit: & inclinatus humilitate infirmitatem suā veraciter agnoscit. Signa ergo euāgelica durabiliora sūt & longius audiuntur quā tube legis: quia vox veteris testamenti ad tempus tantum iudeis insonuit. Sonus autē euangelice predicationis in omnes gentes ad fines orbis terrarum exiit: & usque in finem seculi non cessabit.

**¶ De Cortinis.**

**¶ Capitulum. vij.**

**C**ortina que ante sancta: id est inter populum & cetera pendet velamen: litere significat: per quod his qui sub lege erant: veritas adhuc euangelij tegebatur. Cortina illa que inter sancta & sancta sanctorum: hoc est inter clerum et sanctuarium suspensa est: significat velamen mortalis nature per quod a nobis etiā sub gratia positus adhuc secreta celestia absconduntur. Primum velamen est quod in morte christi scissum legitur. Secundum velamen usque ad tempus resurrectionis non auferet. Propter hoc in tempore quadragesime que vitam presentem significat: vnum tantum velamen inter nos & sancta sanctorum obpanditur: quod usque ad diem resurrectionis non auferetur: quia nunc litera quidem reuelata est: sed mortalitas nondum ablata: que tamen omnis in futuro e medio tollenda erit: cum mortale hoc induerit immortalitatem.

et corruptibile in corruptōnem. Tunc quidem reuelata facie ingrediemur. vel potius egrediemur ad gloriā domini con- templandam. vt eū quem nunc per solam fidem agnoscim⁹: facie ad faciem videndo sicuti est agnoscamus.

¶ De Alijs sacramentis que in factis constant.

¶ Capitulum. viij.

**M**ulta sunt alia ecclesie sacramenta rebo vel factis ex- pressa: que oīa enumerari hic nō pnt. Multa enim sunt: & ideo presentis sermonis breuitas ea nō capit. In sufflatio in exorziatione: virtutē spiritus sancti significat: qua veniente fugatur & subruitur spiritus malignus. sicut scriptum est. Flauit spirit⁹ tuus & operuit eos mare. & sub- merli sunt q̄si pluuia in ags vehementib⁹. Signadim crucis virtutem passionis xp̄i oñdit. hoc ergo qñ fronti imprimi: christian⁹ munit. Quando gtra imminēs periclm̄ opponitur: et aduersaria virtus fugat. primum ad arma: scđm ad tela. Primum ad defensio: scđm ad impugnationē. Tunsio pectoris opunciōz cordis designat. Pect⁹ tundi: vt cogitatōes vane: & desideria praua de corde pellant. Inclinatio capitis: genuum incuruatio siue pstratio: humilitatem & reuerentiā: siue etiā venie postulatiōz significat. Expansio manuū: caritatē & affe- ctus: boni amplitudinem demonstrat.

¶ De His sacramētis que in v̄bis p̄stāt / Ca. ix.

**M**ulta item sunt sacramenta in sola verboz p̄latione expressa: que & ipsa variā significatōz oñdunt. Cele- stin⁹ papa instituit: vt ex psalmis dauid ante sacri- ficium antiphone canerent: qđ introitū dicim⁹. Collectas di- uersi sposuerūt: p̄cipue Gelas⁹ & Greg⁹. Domin⁹ vobiscū ab antiq̄ vsu assumptū est. Boos messores suos salutās: hac salutatione vsus ē. & p̄pheta in palipomenon asa regē & qui- cum eo erāt salutāt dicēs. dñs vobiscū. Primis temporib⁹ ab epla Pauli missa incipiebāt: post quam euangeliū sequebāt sicut nunc. Himn⁹ angelicus q̄ ad officiū misse in solēnibus diebo recitat: ab angelis primū decantatus legit: cui ea q̄ ad- iecta sunt a beato hilario pictauiensi addita credunt: a quo auctus est: & sicut nūc canit̄ p̄sumatus. Simachus aut̄ papa in ordine quinq̄gesimustercius instituit: vt hic himn⁹ diebo dominicis & in natalicijs martirū in ecclesia ad officiū misse decante. Responsoiū itali tradiderūt qđ operatōz significat Alleluya leticiā significat. Per iubilū in quo finit̄: ineffabile gaudium in fine venturum exprimitur. Tract⁹ aliquotiens tribulatiōz significat: vt de pfundis smouisti. Aliqñ leticiā: vt iubilate: laudate. Credo in vnū. centū quinq̄ginta p̄es in

Constantinopolitano scilicet contra heresim macedonij eiusdem ver-  
 bis episcopi: qui spūm sanctū creaturam asseruit: proposuerūt  
**Sixtus** papa instituit: vt ante cōsecrationem prius himnus  
 sanctus: sanctus canēt. **Que trina repetitio:** trinitatis est cō-  
 fessio: secreta vocatur: quia secreto dicitur: ne vilescat. **Olim**  
 alta voce dicebatur: sed legitur q̄ pastores dum illam quoti-  
 dianō vsu audiendi cognitam in agro decantarent diuinitē  
 percussi sunt: vnde ē̄ s̄uetudo mutata putat̄. **Papa Pelagi⁹**  
 docet: ab vniuersi orbis communionē separatos non esse: qui  
 qualibet dissensioe inter sacro missarum misterio apostolici  
 pontificis memoriā s̄m consuetudinē non frequentant.  
 Te igitur in primis. **Hanc obsecrationem** ē̄ cōsecrationem  
 sanctū **Gelasius** papa ex maiori parte composuit: **beat⁹ Gre-**  
**gorius:** addidit: diesq̄ nostros in tua pace disponas: et oratōz  
 dominicam censuit super corpus christi recitari: sicut in vita  
 illius legitur. Qui pridie q̄ pateretur: vsq̄ i mei memoriā  
 facietis: apostoli in vsu habuerunt: et in his verbis Christi  
 corporis sacramentū celebrauerunt. **Alij Alexandrum** papā  
 hec addidisse ferunt. **Leo** papa instituit inter actiones dicere  
 Sanctū sacrificiū: immaculatā hostiam. **Felix** papa instituit  
 supra memoriā martirum missas celebrari. **Gregori⁹** papa  
 constituit in canone dici. Quorum solēnitates hodie in cō-  
 spectu tue maiestatis celebrantur domine deus noster in toto  
 orbe terrarum: intra quorum nos consortium. **Sergius** papa  
 instituit: vt agnus dei in fractione dominici corporis cantaret̄  
**Innocentius** papa ad decentium. Pacem asseris ante specta  
 misteria quibusdam populis impitri vel sibi inter se sacerdo-  
 tes tradere: cum preter omnia que aperiri non debeo: pax sit  
 necessaria indicenda: per quam stet post populum ad omnia  
 que in misteriis agūtur: atq̄ in ecclesia celebrant̄: prebuisse  
 consensum: ac firma pacis esse cōcludentes signa: deo demon-  
 strentur. **Gloria** ē̄ honoz patri et filio et spiritui sancto in secla  
 seculozum amen: trecenti decem et septem episcopi in nicena  
 synodo cōposuerunt: contra heresim Arrii: qui filiū patrem  
 et spūm sanctum vtroq̄ minorem asserbat. Hunc himnum  
 postea **Hieronimus** damaso papa de greco in latinum tran-  
 stulit: et addidit. Sic erat in principio et nunc et semper. **Pa-**  
**ter** noster ipse christus tradidit discipulis suis. Vnde specia-  
 liter oratio dominica vocatur: in qua septem discrete petitiō-  
 nes: septiformis gratie sacramētum sunt. **Symbolum** fidei: id  
 est credo in deum: duodecim apostoli dictauerunt: totidem  
 sententijs cōprehensum: qui numerus apostolice fidei sacra-  
 mento stat. **Quicunq̄** vult: beatus Athanasius composuit:

et multi alij sancti patres alia atq; alia in celebratione diuini officij ad decorez ecclesie & eruditionem fidelium ac deuotionem addiderunt.

**De Sacris & non sacramentis.****Ca. x.**

**V**nt alia quedam in ecclesia sacra: nō tamen sacramenta. que & ipsa q̄ q̄n̄uis sp̄ualis gratie effectum non habeant: neq; conferant sanctificationem in hoc tamen sacra sunt: quod ad sancta pertinent: & illis coherent: que & sanctitatem habent: & conferunt sanctificationem. Eiusmodi sunt omnia que ad ornatum ecclesiarum pertinet: siue que in possessionibus earum continentur: que in hoc quidem fm̄ aliquid sancta sunt: q̄d in ministerium sanctoꝝ tradita sunt & assignata. **I**sta ergo quasi simpliciter sancta sunt: illa vero quibus ista consecrantur sancta sanctoꝝ. **Q**ui ergo sanctum de sancto auferit: sacrilegiū facit. **Q**ui vero ipsa sancta temerare audeat: abhominatōnem committit. Eiusmodi ergo sunt que sancta dicuntur: vel sancti sanctificata: quecūq; ecclesia possidet in substantia terrena: siue in pecunia siue ī terra: maxime in decimis que ab initio ita constitute sunt: vt nunq̄m a ministerio diuino sine illoꝝ qui deo seruiunt: & ministerio diuino deputati sūt iussu: sine peccato abalienari potuissent: hec q̄dem in principio ob formā sacramenti magis institute videntur: postea aut̄ sub lege scripta & gratia ad sustentationem: ministroꝝ dei sunt reseruate: ita vt in eis & deuotō offerentium mereretur: & accipientium necessitas consolaretur. **H**e igitur nullo modo ab usu ecclesie licite abalienari possunt: neq; in possessionē laycam: siue commutatione: siue donatione transire. **C**etera corporalia que siue in terris siue ī pecunia ecclesia possidet: quandiu quidem ab illa licite possidentur: auferri sine culpa non possunt. **S**ed si causa & ratio postulauerit: per commutationem aut donationem: ad alienam possessionem transire possunt. **S**icut ergo rapina est & violentia eiusmodi bona homini iuste possidenti tollere: **S**ic sacrilegium est & plus est q̄ rapina ista ecclesie iuste possidenti auferre. **D**ecimas autem quoquo modo usurpare aut retinere sine sacrilegiū culpa non possunt: nisi hi solū ad quorum sustentationem institutione diuina ordinate sunt. **H**ec igitur differentia est inter decimas & ceteras ecclesie possessiones. **Q**̄ decime: & institutione & possessione ad sacra pertinent. **C**eterae autem possessiones ecclesiastice ad sacra pertinent sola possessione. **A**lie ergo possessiones ecclesie ad alienos possessores sine commutatione rationabili transferri non possunt. **D**ecime autem ab alienis omnino possideri nō possunt.

Ille vero nō possunt auferri: iste trāfferri. In illis sacrilegium est si auferantur: in istis si transferantur. Decimarum autem et ceterarum possessionum ecclesiasticarum episcopi dispensatores esse debent. vt eas his q̄ ecclesie deseruiunt rationabiliter distribuunt: ex quibz siquid forte aliquñ ad sustentationē eorum qui in ecclesiasticis officijs non deseruiunt: sed tamen in secreto diuino seruitio mancipati sunt accomodat̄ indulgentia est non debitū. ita tamen vt hoc ipsum de portione sit pauperū: non de sustentatione clericorum. In eo em̄ q̄ ministro debet̄ dignus est operarius mercede sua. nec bene sustentat egentem: qui fraudat seruientem.

¶ Pars Decima / ¶ De Simonia. vnde dicitur et quid est symonia / ¶ Capitulum Primum



Simonia a simone mago nomē accepit: q̄ huius mali exemplū exitiale posteris reliquit. Est. n. simonia: gr̄az spūalem pecunia sparare velle. Qd̄ cū fit: a ille vti q̄ vendit: a ille q̄ emit: eadem sentētia feriunt̄ quia eiusdez reat̄ culpe obnoxij comprobantur.

¶ De Auctoribus symonie / ¶ Capitulum. ii.

¶ Simoniace heresis stagiū iā olim ī balaaꝝ pullulauit qui diuinationis p̄cio p̄posito: ad maledicendū populum dei prexit. Dehinc huius heresis duo legunt̄ auctores pestilentes emerisse. alter sub p̄phetica: alter sub apostolica doctrina. Primus gyezi magister esse vendentiū: deinde simon auctor videtur emptorū. Horum aut̄ vt dictum est sectatores sicut non sunt in errore diuersi: ita nec in dānatione discreti. ¶ De His qui spiritualia emunt aut vendunt. / ¶ Capitulum. iij.

¶ Vi ordines sacros emunt v̄ vendunt: conuicti sine misericordia deponuntur. quia profecto sacris ordinibus indigni sunt qui in ipsis sacris ordinibus peccasse cōprobantur. Ab hereticis ad vnitatē ecclesie venientes aliquociens legimus in suis ordinibus susceptos. Alij siquidem heretici in suscipiendis ordinibus non errabant: sed alia causa erat atq̄ doctrina que eorum fidem impediēbat. Simoniacorum vero heresis a peccatum: ipsa ordinatio eorū est. Merito ergo in suis ordinibus non suscipiuntur. quoniam in ipsis ordinibus peccauerunt. Sciendū vero est. q̄ qui a simoniaco nescientes ordinant̄: qui eos catholicos nō simoniacos putāt

spiritualem gratiam per ministerium illorum accipiunt: si erroris illorum cuius consci non fuerant: participes non fiunt. Qui ergo pro gratia spirituali comparanda pecuniam offerunt: etiam a catholicis ordinati: simoniaci existunt. Sed dicitur mihi. Quomodo a simoniacis ordinatus: per impositionem manus illius donum spiritus sancti accipere potest? Quomodo simoniacus potest dare quod non habet: etiam si catholicus esse putetur? Audi quomodo: Sicut adulter: sicut fornicator: sicut ebriosus: aut auarus dare potest quod non habet: ita simoniacus quod non habet dare potest. et vere dare potest his qui digni sunt accipere. Per ministerium enim illius datur non per meritum. Ideo his qui erroris illius participes non sunt: et culpe consci non existunt: gratia per illum datur: ab illo non datur. Minister malus est: largitor bonus. Cum minister est siue hereticus: siue alius quilibet et malus minister. Malus est: et tamen minister: malus in eo quod errorem vel maliciam habet: minister: in eo quod habet officium. Sic simoniacus: nam et ipse hereticus est: quis non fide: tamen opere minister malus est: et tamen minister est. Malus in eo quod simoniacus est: minister in eo quod in officium ordinatus est. Malus in eo quod precium dedit: minister: in eo quod ordinem et officium accepit. Sed dicitur mihi. Quomodo ordinem aut officium accipere potuit: qui precium dedit? Audi quomodo. Ad perniciem et ad perditionem officium emere potuit: gratiam accipere non potuit. Tamen quia officium accepit et habet per ministerium eius bonis quidem gratia et officium datur: a malis vero non gratia: sed officium solum accipitur: et tamen accipitur: quis ad perniciem eius qui male accipit: sic ad perniciem eius qui male dedit.

**De his qui corporalia in ecclesia comparanda cum eis et in eis spiritualia emunt. Ca. iij.**

Vnt autem quedam in ecclesia que dum precio comparantur: cum perceptione corporalis beneficii participatio etiam spiritualis dignitatis accipiunt. Vbi profecto quisquis alterum vendere aut emere cognoscitur: neutrum inuenit: aut inemptum reliquisse comprobatur. Sed dicitur mihi. Quomodo hoc esse potest? Ego in ecclesia victum et vestitum emi: ecclesiam non emi: Stipem emi: prebendam emi: corporalia tamen emi: spirituale nihil emi: aut emere volui. Dic ergo mihi quis nomen tuum inter nomina fratrum ascripsit? Quis tibi in choro: in capitulo locum assignauit? Si hec non emisisti: unde habes? Quis tibi hec dedit? Sed hec inquis gratis accepi. Cetera non emi hec gratis data sunt: bene dicitur. Oue emisisti et lanam non emisisti: si gressus accepisti tamen si ouem non emisisses: lanam non habuisses: pro arbore precium dedisti

vt fructum eius gratis manducares: satis astute ingredi existimasti commeto ridiculo. Vide ergo quomodo non emeris quod non habuisses: si precium non dedisses: Aut hoc te pariter emisse cofitere: aut si non emisisti: noli tollere qd tuum non est. Sed dicis mihi iterum. Quid ergo? Non possum ab ecclesia stipem emere: & corporalis sustentationis impensam pro cio sine symonia culpa sparare. Ecce habeo predia mea aut pecuniam meam qua sustentari possem & viuere. Sed forte ti meo violentia principum: aut fraudez familiarium: siue aliud quodcunq; forte etiam defectum etatis: aut imbecillitate vitium mearum considero. Video quia non possum ipse sicut expedit res meas disponere: & propriis utilitatibus deseruire. Venio ad ecclesiam: & commedo ei res meas & vite mee prouidentiam committo: vt alat me & sustentet: & de meo mihi subsidium ministret: & ne forte frauder in aliquo expeto certam mihi & determinatam impensam constitui: quantum scz accepit vnus aliquis eorum: qui ecclesie deseruiunt: qui in tytulo ecclesie conscripti sunt: prebendam peto ad quotidiani victus usum sic habet alius qui in ecclesia est: qui de ecclesia uiuit: & eccle feruit: dat mihi ecclesia & concedit illud: mea accipiens: & sua reddens: imo mea non sua mihi dispensans. Quid igitur inde iudicandum sentiam inquiris? Ego tibi breuiter respondeo: quia si ecclesiam in vitam tuorum dispensatricem facer: aut post mortem heredez relinquis: ego prohibere nec volo nec possum. Et si de tuo te pascit aut pro tuo: prouidentia est non culpa: necessitas non iniquitas. Sic interim vt aliud non requiras nec accipias: corporalis tibi necessitudo conceditur: commetium iniquitatis negatur.

**¶ De eo qd sola corporalia venduntur. ¶ Ca. v.**

**Q**uoniam autem aliquando: vt possessiones ecclesie vel quelibet alia ecclesiastica bona corporalia per malos prelatos data vel vendita ab usu ecclesie alienentur: in quo genere crimen symonie esse non videtur: quoniam cuius culpa grauis non desit. Quanta enim iniquitas sit: manifestum est eos qui ad edificandas ecclesias & custodiendas positi sunt destructioni illarum: & eorum que ad illos pertinent dissipationi operam dare: maxime si ea que abalienantur: talia sunt que ad usus alienorum nunc licite transire possint: sicut sunt decime que ab initio institute sunt ad eorum tantum sustentationem qui tabernaculo deseruiunt. Hoc igitur ad laycos transfere quid aliud est quam de sacro sacrum auferre? Sic ergo si vnicuique peccato nomen culpe conueniens datum fuerit: nihil mali fit in iudicio equitatis;

Pars Vndecima

De Sacramento coniugij. Capitulum primu



Omnia sacramenta post peccatum et propter peccatum sumpta sunt exordium solum coniugij sacramentum etiam ante peccatum legi institutum non tamen ad remedium sed ad officium. In coniugio autem hoc primum consideranda sunt et discernenda origo et institutio cum modo et causis suis et eiusdem tempus et locum et ritus variatio.

De Origine coniugij. Ca. i.

Coniugij auctor deus est. Ipse enim coniugium esse decrevit quando mulierem ad propagationem generis humani homini in adiutorium fecit. Adam quoque in spiritu cognoscens ad quem usum mulier facta esset cum adducta fuisset ad eum dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Propter hoc reliquet homo patrem suum et matrem et adheret uxori sue: et erunt duo in carne una. Christus etiam in chana galilee non solum presentia corporali sed exhibitione quoque miraculi nuptias consecravit. In quibus omnibus ostenditur coniugium et a deo esse et bonum esse.

De Duplici institutione coniugij et de causa institutionis duplici. Ca. ii.

Institutione coniugij duplex est. Una ante peccatum ad officium. Alia post peccatum ad remedium. Prima ut natura multiplicaretur. Secunda ut natura exciperetur et vicium cohiberetur. Prima institutio coniugium proposuit in federe dilectionis ut in eo sacramentum esset societatis que in spiritu constat inter deum et animam. Officium autem coniugij in commixtione carnis proposuit ut in eo sacramentum esset societatis que in carne futura erat inter Christum et ecclesiam. Secunda institutio coniugium in federe dilectionis sancivit ut per eius bona id quod in carnis commixtione infirmitatis erat et delicti excusaretur. Officium autem coniugij in commixtione carnis concessit ut in eo preter generis multiplicationem generantium infirmitas exciperetur. Quare autem institutum sit coniugij sacramentum apostolus innuit ubi virum imagine dei esse ac per hoc quodammodo mulieris anime rationalis typum portare ostendit. Quare item primo institutum sit coniugij officium ipse deus institutor et ordinator ostendit dicens. Crescite et multiplicamini et replete terram. Officium coniugij

h



hoc est carnis commixtionem ante peccatum non ad remedium infirmitatis sed ad multiplicationem proles institutum esse. Post peccatum autem idem ipsum ad remedium infirmitatis concessum. Beatus Augustinus testatur his verbis dicens. **V**triusque sexus infirmitas propendens in ruina turpitudinis recte honestate nuptiarum excipitur ut quod sanis esset officium sit egroti remedium. Item in coniugio aliud esse et alterius rei sacramentum esse: et ipsum coniugium et aliud esse et alterius rei sacramentum esse: ipsum scilicet coniugii officium. **I**dem ipse in libro de bono coniugali testatur dicens. In coniugio aliquid boni videtur esse: non solum propter propagationem filiorum: sed etiam propter naturales in diuerso sexu societatem: alioquin iam non diceretur coniugium in senibus simul amisissent filios vel non genuissent: in quibus et si emarcuerit ardor carnis: viget tamen ordo caritatis. Item in nuptiis plus valet sanctitas sacramenti quam fecunditas ventris. **V**nde quidam non intelligentes hoc quod dictum est illa mulier non potest pertinere ad Christi et ecclesie sacramentum cum qua noscitur non fuisse carnale commercium estimant sacramentum coniugii esse non posse ubi commixtio carnalis non fuerit. **N**esciunt enim quia officium coniugii in carnis commixtione illam que inter Christum et ecclesiam per carnis susceptionem facta est unionem figurat: propterea neque Christi et ecclesie sacramentum esse non possit: ubi carnale commercium non fuerit: coniugium tamen verum et verum coniugii sacramentum esse. etiam si carnale commercium non fuerit subsecutum. **I**mo potius tanto verius et sanctius esse quanto nihil in se habet unde castitas erubescat: sed unde castitas gloriatur. **N**am et ipsum coniugium sacramentum est sicut et ipsum officium coniugii sacramentum esse cognoscitur. Sed coniugium ut dictum est sacramentum illius est societatis que in spiritu est inter deum et animam. **O**fficium vero coniugii sacramentum illius est societatis que in carne est inter Christum et ecclesiam. Scriptum est inquit. **E**erunt duo in carne una: et si duo in carne una iam non duo sed una caro. **H**oc est sacramentum quod ait apostolus magnum in Christo et ecclesia. **A**d quod sacramentum pertinere non potest mulier cum qua noscitur carnale non fuisse commercium: potest tamen pertinere ad aliud sacramentum non magnum in Christo et ecclesia sed maius in deo et anima. **Q**uid enim? Si magnum est quod in carne est magnum non est: imo multo maius est quod in spiritu est: caro inquit nihil potest spiritus est qui viuificat. Si ergo magnum est quod in carne est: multo maius est utique quod in spiritu est.

Si recte per scripturam sanctam deus sponsus dicitur: & anima rationalis sponsa vocatur: aliquid profecto inter deum & animam est: cuius & id quod in coniugio inter masculum & feminam constat sacramentum & imago est: & forte ut expressius dicatur ipsa societas que exterior in coniugio pacto federis seruatur sacramentum est: & ipsius sacramenti res est dilectio mutua animarum que adinuicem in societatis & federis coniugalis vinculo custoditur: & hec ipsa rursus dilectio qua masculus & femina in sanctitate coniugij animis vniuntur sacramentum est: & signum illius dilectionis qua deus rationali anime in terra per infusionem gratie sue & spiritus sui participatione coniungitur. Copula igitur carnis que ante peccatum in coniugio officium fuit: & post peccatum in eodem pro remedio scissa est. Sic utrobique coniugio adiungitur ut cum coniugio ipsa sit non coniugium ex ipsa. Nam & ante ipsam coniugium verum est & sine ipsa factum esse potest. Tunc quidem si illa non adesset infructuosius. Nunc autem si illa non affuerit sincerius. Quod enim post peccatum copula carnis in coniugio admittitur indulgentie magis est & compassio: ne vicium concupiscentie quod in humana carne post peccatum radicaui turpius in omni excessum proflueret si nusquam licite excipi potuisset.

**Quid sit coniugium /****Ca. iij.**

Quidam hoc modo coniugium definiendum putauerunt ut dicerent coniugium esse consensum masculi & femine indiuidualem vite consuetudinem retinentem. Cui definitioni legitimum adiungere oportet: quia si consensus masculi & femine legitimus hoc est legitime & inter legitimas personas factus non fuerit coniugium in eo consecrari non potest. Legitimas autem illas personas dicimus in quibus aliqua rationabilis causa demonstrari non potest quare coniugij pactum mutuo firmare non possint. Ideo autem dico in quibus rationabilis causa demonstrari non potest: quia & si forte est sed occulta & latens & nondum iudicio ecclesie comprobata quantum ad iudicium ecclesie spectat pactum coniugale neque prohiberi potest ut non fiat: neque etiam factum fuerit infirmari potest ut non consistat. Quod enim omnino occultum est quantum ad iudicium ecclesie esse non dicendum est: quia ad efficiendum aliquid vel impediendum non differt ab eo quod non est. Prima autem institutio duas tantum personas id est patrem & matrem a contractu matrimonij excepit. Vbi hominem ut adherere possit uxori sue patrem & matrem relicturum esse asseruit dicens: Propter hoc relinquet

homo patrem suum & matrem & adheret uxori sue. Manifestum est autem quia non requirunt ad hoc qui relinquuntur propter hoc. Has ergo duas personas solas prima institutio excepit. in ceteris omnibus nullam nulli ad coniugii sacramentum federandum prohibuit. Venit postea secunda institutio que per legem facta est. & excepit quasdam alias personas siue ad decorem nature siue ad pudicie augmentum. Et extunc cepit esse ex prohibitione illicitum quod fuerat ex natura concessum. Vbi quidem si non culpabiliter prohibitio ignoratur in transgressione ignorantia excusatur: nec prohibetur virtus sacramenti: quod diu non patet transgressio precepti. Cum autem constans esse ceperit quod prohibitum est constare deinceps aut ratum esse non potest quod factum est: quia quod manifeste contra preceptionem agitur legitimum aut verum esse non iudicatur. Erunt fortassis qui existiment ignorantiam non tantum facere posse ut pro ea coniugium appellari debeat inter eiusmodi personas quibus matrimonii copula iuste prohiberetur: si causa que latet cognosceretur. Ego illos interrogo quid sentiendum sit de filiis ex huiusmodi copula procreatis utrum legitimi an illegitimi sint iudicandi. Quod si durum videtur ut idcirco filii illegitimi dicantur: quia patres hinc causam aliquam latentem illicite hinc iudicium autem & concessionem ecclesie legitime fuerunt copulati concedant necesse est copulam illam ex qua procreati sunt quod diu quidem causa latuit legitimam fuisse: etiam si iuste illicitam fuisse causentur. Non omne enim quod illicite fit non ideo fit quia illicite fit: quoniam quod fit fieri omnino dicendum est quod quis in eo quod sic fit male fieri recte dicatur. Si autem quod fit & quod illicite fit fieri quidem sciatur: illicite autem fieri nesciatur: potest quidem ignorantia culpam temperare aut excusare ut actum legitimum constet in eo quod fit quod quis facere non possit ut reprehensibiliter non fiat in eo quod sic fit. Si ergo filii hinc aliquid legitimi sunt: & hinc aliquid legitima est & copula ex qua sunt. Quod si copula ipsa hinc aliquid legitima recte dicitur non mihi apparet quare non etiam hinc idipsum coniugium merito nominetur. Non enim magna est contentio de nomine ubi idem de veritate sentitur. Exceptis ergo eiusmodi causis in quibus vel propter horrorem vel turpitudinem pudicie consulendum videtur.

In ceteris omnibus hoc sentiendum puto quod si in aliqua forte per ignorantiam offenditur: quod diu quidem latet matrimonio secundum iudicium ecclesie legitime facto: nequaquam tollere possit quod legitimum appellat. Non mihi ergo quis fratrem aut sororem opponat aut cetera huiusmodi in quibus ratio ignorantie excusationem admittit: non permittunt in eiusmodi offendere quos in eo quod faciunt ignorantia debet excusare: horrores sunt facta eiusmodi non rationis: in quibus et si ignorantia fuerit: verecundia tamen et pudicitia confusionem non euadit. Aliud est de illis loqui de quibus dicit apostolus. **T**empratio vos non apprehendat nisi humana. In quibus enim humanum est errare: in illis potest ignorantia erroris culpam accusare. **S**i ergo legitimas personas secundum iudicium ecclesie appelladas putamus. in quibus nulla causa extat pro qua aut iuste prohiberi possit quod faciendum est: aut cum factum fuerit infirmari et quod diu quidem sic est legitimum esse quod est. **S**i quis autem interroget quomodo secundum iudicium ecclesie legitimum esse possit quod secundum iudicium diuinum legitimum non est. Ego quidem secundum utrumque legitimum esse puto: idcirco tamen secundum iudicium ecclesie specialiter legitimum dici: quia secundum iudicium ecclesie nihil in eo est pro quo legitimum dici non debeat: sed secundum diuinum iudicium aliquid in eo est quod si iudicio ecclesie manifestum esset coniugium legitimum non esset: hoc est quia aliquid in eo est ecclesie quidem occultum sed deo notum est. **Q**uod similiter si ecclesie manifestum esset coniugium legitimum non esset. **N**unc autem per ignorantiam excusatur ut ex eo ipso tam apud deum quam apud homines legitimum sit quod diu ignoratur: quia apud homines quidem nihil in eo reprehenditur apud deum autem quod reprehensibile est et si culpam habet ad confusionem tamen reprobationis non imputatur. **E**t has quidem personas ecclesie esse legitimas secundum iudicium ecclesie existimamus. **C**onsensum autem legitimum illum esse putamus qui ad hoc fit ad quod fieri debet. **N**am qui ad solam carnis commixtionem consentiunt: pro tali consensu coniuges adhuc dici non possunt: hoc enim et fornicantes et adulterantes faciunt: a quibus coniugalis castimonie nomen peculiariter abesse cognoscitur. **E**rgo aliud illud est cuius consensus inter masculum et feminam coniugium facit: hoc autem quod esse dicendum est nisi societas illa qua deus creator a principio inter masculum et feminam instituit quando mulierem de latere viri formatam eidem sociavit. **Q**uia enim societas data est non ancilla aut domina: idcirco nec de summo nec de imo sed de medio fuerat producenda. **S**i enim de capite fieret de

summo fieret & videretur ad dominationem creata. Si autem de pedibus fieret de imo fieret & videretur ad seruitutem subicienda: propterea de medio facta est ut ad equalitatem societas facta probaretur. In hoc tamen quodammodo inferior ipso quod facta est de ipso ut ad ipsum semper quasi ad principium suum respiceret: & ei indiuidue adherendo ab ea se que adinuicem constare debebat societate non separaret. Hec ergo societas coniugium est que federe sponsonis mutue ssecretat quando uterque voluntaria promissione debitorem se facit alteri: ut deinceps neque ad alienam altero viuente societatem transeat. neque se ab illa que adinuicem constat societate dissociat. Ad cuius quidem societatis consensum si etiam carnalis commixtionis consensus in prima federatiōe coniungitur eiusdem commixtionis debito coniugati postmodum adinuicem constinguntur. Quod si forte in federatiōe coniugij utrunque pari voto consensus carnis remittitur: pro eodem deinceps coniugati debitores adinuicem non tenentur. Quod enim ab utrisque pari consensu dimissum & voto firmatum est: iuste postmodum ab altero exigere non potest & tamen firmum constat etiam sic coniugij sacramentum: cuius virtutem copula carnis sicut non efficit cum adest: ita etiam si defuerit tollere non potest. Talis itaque consensus indiuidualem vite consuetudinem retinere creditur: quia ad hoc factus est ut mutua societas que adinuicem per ipsum iniciata est utroque viuente amplius discidium non patiat. Qui ergo diffinire voluerit coniugium: dicere potest coniugium esse consensum legitimum hoc est inter legitimas personas: & legitime factum masculi & femine ad indiuidualem vite consuetudinem obseruandam. In quo quidem consensu copule carnalis commercium pari voto aut futurum non contradicitur: aut non futurum laudatur.

¶ Quanto coniugium esse incipiat / ¶ Ca. v.

**S**iquis autem querat quando coniugium esse incipiat. Dicimus quia ex quo talis consensus qualem supra diffiniuimus inter masculum & feminam factus fuerit.

ex eo statim coniugium est quem & si postea copula carnis sequatur: nihil tamen coniugio amplius ad virtutem sacramenti conferat. Vnde constat quia si vir vel mulier post talez consensum ad alienam societatez transierit etiam si comixtio carnis illic sequatur: ad priorē tamen societatez in qua sacramentum cōiugij sancitum est. & postq̄ secunda copula illicita omnio iudicatur redire debet. sed dicis mihi. Aliq̄s promisit siue forte iuravit alicui se vsq̄ ad tempus completum illam ducturum: & illa similiter promisit vel iuravit se illi nupturam. interim mutato proposito alter siue vterq̄ ad alienam societatem transit & ille aliam vxorem ducit: & illa marito alteri nubit. Quid ergo faciendum est. Nunquid propter priorē sponsionē federationis secunde pactum sciendum est. Sed considera quia longe aliud est promittere atq̄ aliud facere. Qui promittit nondum facit. Qui autem facit iam facit quod facit. In eo qui promittit si nō facit qd̄ promittit mendacium est. In eo autem qui facit etiam si p̄ factum penitet: tamen factum omnino est quod factum est. Qui ergo se promisit vxorem ducere nondum tamen vxorē duxit. Et que spondit se nupturam nondum nupsit: nec coniugium adhuc fuit sed futurum esse debuit. Cum autē postea & ille vxorē duxit & illa marito nupsit: iam coniugiū fuit vtrinq̄ & non poterit dissolui quod factum est: etiam si id quod promissum fuit non est impletū. Precedens ergo mendacium penitentia corrigendum est: sed sequens coniugium dissoluendum non est. Non autē sic est quando sacramentum coniugij non quidem vt supra est dictum mutua sponsione futurum pmittitur: sed presentis assensus attestatione firmatur: quia post talem assensum quicquid in aliena societate etiam cum carnis commixtione vel cum prolis p̄creatione secutum fuerit irritū omnino esse debet. Sed putant q̄ quida; posterius factum idcirco constare debere: q̄a in eo amplius esse videtur vbi post consensum etiam carnis commixtio secuta est. Sed cur ideo stare debet in quo plus factum est. Si totum id qd̄ factum est iuste factum non est. Si p̄pterea posterius coniugiū iudicatur: quia in eo copula carnis fuit q̄ in priori non fuit: ergo si terciū post hoc secutū fuerit dicet aliquis quia melius iudicandum est q̄ secundū: quia in eo fortassis copula carnis sepius fuit q̄ in secundo fuerit quod ratio nō admittit. Quapropter quicquid post consensum coniugalem qui matrimonium sacrat cum alio vel alia siue in consensu siue in coitu admissum fuerit ad incestus & adulterij maculam non ad sacramentum coniugij

pertinebit. Sed dicis: si post primum conjugalis federis con-  
 sensum statim coniugium est. Quid ergo sibi vult quod dicit  
 auctoritas aliter non fieri coniugium legitimum nisi ab his  
 qui super eam feminam potestatem habere videntur: & a quibus  
 custoditur vxor petatur: & a parentibus propinquiori-  
 bus sponsetur & legibus docetur: & a suo tempore ut mos est  
 sacerdotaliter cum precibus & oblationibus a sacerdote be-  
 nedicatur: & cetera quedam que in hunc modum adiungit  
 dicens. Quoniam aliter presumppta non coniugia sed adulte-  
 rina contubernia vel stupra aut fornicationes potius quam legi-  
 tima esse dicenda sunt. Sed id in hoc loco intelligi oportet  
 legitima non esse: id est non fieri secundum institutionem legum:  
 que in hunc modum coniuges desponsari instituit. Nam quod  
 postea adiungitur aliter presumppta adulteria potius vel stu-  
 pra esse quam legitima coniugia: confestim subsequenti sermone  
 temperat dicens. Nisi forte voluntas propria suffragauerit  
 & vota succurrerint legitima. Illic ergo ubi voluntas propria  
 & votum legitimum succurrerint etiam sine his omnibus le-  
 gitimum coniugium esse potest. Si enim coniugium esse non  
 potest ubi ista non sunt, nec baptismus esse potest ubi non pre-  
 cedit fontis consecratio baptisandi cathelisatio exorzisatio:  
 & ubi non subsequitur olei & crismatis unctio. Sed sicut ba-  
 ptismus esse potest sine istis quibus ista debeant esse cum ba-  
 ptismo: ita & sine illis coniugium esse potest etiam ibi ubi illa  
 in coniugio & cum coniugio esse debent. Nam quod coniugium  
 non in coitu constat sed in consensu: nec in consensu coitus  
 quia sicut sine coitu ita etiam sine coitus consensu esse potest  
 si forte utrimque castitatis & continentie propositum placitum  
 fuerit. beatus Ambrosius testatur dicens. Non defloratio vir-  
 ginitatis sed pactio conjugalis coniugium facit. Item con-  
 iugium non facit coitus sed consensus: qui si defuerit omni-  
 a etiam cum ipso coitu frustrantur. Vidorus etiam dicit.  
 Quia coniuges verius appellantur a prima desponsationis  
 fide quam quis adhuc inter eos ignoretur conjugalis concubitus  
 Sed forte videtur contrarium hoc illi esse quod superius di-  
 ximus coniugium in consensu maritali sanciri. Si enim a pri-  
 ma desponsationis fide coniugium incipit cum fides despon-  
 sationis in promissione futuri consensus precedere videatur  
 quando coniugium ab hac fide iniciari dicitur: proculdubio  
 etiam ipsum matrimonij consensum antea probatur.

Sed si desponsationem ipsam futuri matrimonii pactio-  
nem & promissionem intelligere debemus: tunc nimirum fidem  
desponsationis: impletionem promissionis & pactio-  
nem conuenienter accipimus. A qua inuenitur quia ut  
in predicto consensu constat: merito coniugium exordium  
sumat: quia in eo quod fides pactio-  
nis & sponsionis que de fu-  
turo coniugio vtriusque facta fuerat adimpletur: in consensu  
maritali coniugii sacramentum perficitur. Nomen autem de  
sponsationis non ipsum coniugii consensum quo matrimo-  
nium firmatur: sed pactio-  
nem & promissionem futuri con-  
sensus significare in ipsa vocis expressione conuenit: quia  
despondere non dare est aut facere sed promittere. Vnde &  
apostolus dicit. Despondi enim vos vni viro: virginem castam  
exhibere Christo. Quid si desponsationis nomen in ipso con-  
tractu matrimonii intelligere debemus: tunc fidem despon-  
sationis consensum mutue societatis que coniugium dicitur  
conuenienter accipimus: vnde & de matre domini Augustinus  
dicit. Quia a prima desponsationis fide coniunx vocata est  
Ioseph: quam nec concubitu cognouerat nec fuerat cogni-  
tus: & Ambrosius similiter. Desponsata viro coniugii no-  
men accepit. Cum enim iniciatur coniugium tunc coniugii  
nomen assumitur. In quibus verbis sicut supra dictum est  
si desponsationem accipimus in eo quando consensu maritali  
coniugium sancitur. Recte tunc ipsum coniugium inchoari  
& nomen coniugis assumi dicitur. Si autem desponsationem  
intelligimus in eo quod futurus ad coniugium faciendum con-  
sensus promittitur: tunc quidem coniugium in his que con-  
iugium antecedunt inchoari dicitur: & abinde etiam que fu-  
tura est coniunx: propterea quibus iam coniugium iniciatum  
est nomine coniugis censetur. Sed ut libet de his & de huius  
modi sentiatur: tantum ut coniugium nec ante legitimi con-  
sensus attestationem in quo vterque alteri ad coniugalis societatis  
societatem se tradit verum esse credatur nec postea imperfectum.  
Vis scire quid dico. Cum ille dicit ego te accipio in meam:  
ut deinceps & tu vxor mea sis & ego maritus tuus: & illa simili-  
ter dicit. Ego te accipio in meum ut deinceps & ego vxor tua  
sim & tu maritus meus. Aut scilicet hoc dicunt aut aliquod  
quodcumque simile illi: in quo si non hoc dicunt hoc tamen in-  
telligunt: aut si hoc non dicunt: quia fortassis alicubi verba  
non celebrantur sed res agitur: tamen hoc faciunt illa: ducit  
accipit illam sicut mos est legitimas ducendi vxores. Cum  
igitur hoc sicut mos est dicunt vel faciunt & in hoc sibi con-  
sentiunt: hoc est quod dicere volo. quia deinceps coniuges



sunt siue hoc dixerint: & in hoc sibi consenserint coram legitimis testibus sicut debent: siue forte soli seorsum & in secreto nemine attestante vel astante quāliter non debent: tamen omnino coniuges sunt: nec deinceps nisi alia emergat causa diuicij abinuicem separari licite possunt: etiam si propter futuum consensum si factum negauerint cōuinci non possunt.

**¶ De His qui occulte nupserunt vel postq̄ nupserint contra coniugium aliqua uerenda faciūt**  
**¶ Capitulum vj.**

**S**ed dicis quid ergo faciendum est de huiusmodi & clanculo cōuenerunt. Si postea aut alter aut uterq̄ factum negando ad alienam societatem transierit. Quidam uxorem duxit clanculo sine presentia testium: solo adinuicem maritali consensu firmato deuotans ut nonnunq̄ fieri solet aliqua de causa conscientiam alienaz: postea breui tempore interiecto: priusq̄ consensum occultum facto manifesto probasset de facto penituit eam quam in hunc modū uxorem duxerat dimisit. Aliam duxit celebri apparatu manifesto coram ecclesia: fortassis cum parentum traditione: cum sacerdotis benedictione nuptias fecit filios genuit. Venit post illa ad ecclesiam iudicium interpellat: iusticiam postulat: iniuriam sibi illatā palam exponēs. Negat ille nec sunt testes qui possint probare quod occultum est. Hic queris quid facere debet ecclesia: quia utrunq̄ inconueniens aliquid incurere videtur. Si enim illi mulieri que quidez verum dicit sed tamen occultum est nec probatum est quod dicit sine legitimo testimonio propter solum dictum suum creditur: & pro eo q̄ incertum est & occultum id qd̄ certum & manifestum est dissoluit. Poterit deinceps quelibet siue quilibet in alium vel in aliam quodcūq̄ voluerit fingere: ut sibi simili ratione credatur. Quod si admissum fuerit magna cōfusio preueniet: neq̄ deinceps in ecclesia aliquid firmum stabit. Si vero propter auctoritatem ecclesie conseruanda coniugium quod primum est factum scinditur: & adulterium qd̄

secundo presumpsum est confirmatur: aliud malum magnū est quando non solum libertas datur sed etiam necessitas in dicitur homini vt maneat in peccato suo. Hic ergo consiliū queris. Ergo fortassis potiora tibi dicturus non sum: tamen oportet vt in tantis malis proelus ignorantes non simus. Si quis putauerit propter huiusmodi mala vitanda talem consensum qui nullo testimonio probatur: neq; faciendum tua confessione firmatur irritum esse debere: neq; in eo vlla tenus coniugium stare posse facilius inconueniens declinat. Potest enim etiam id quod supra dictum est furtiuos consensuum non coniugia esse: sed adulterina contubernia vel supra nisi voluntas propria suffragauerit et vota succurrerit legitima: propter hoc dicunt putari quia eiusmodi consensus qui in occulto fiunt cum coniugium non sciunt nisi ideo ipsi qui in occulto sibi consenserint: eundem consensum suū vtriq; voluntarie in manifesto profiteantur. Tunc quidem voluntas propria suffragatur et vota succurrunt legitima: cum id quod in occulto fecerit sponte vtriq; in manifesto profitentur. Si quis igitur ad hunc modum dicat coniugium occulto quidem consensu iniciari posse: sed non nisi manifesta amborum confessione firmari compendiosius mala multa declinat. Sed pluriū approbatio hoc recipit: vt siue in manifesto siue in occulto talis consensus inter legitimas personas factus fuerit perfectum coniugij sacramentum iudicet. Quod si ita verum esse constare debet. Considerandum ē quomō supra memorate questionī responderi oporteat. Dubium non est quia id quod ecclesie probari nō potest: ecclesia ipsa iudicare non potest. Et rursus dubium nō est quia id quod legitimo et manifesto ecclesie iudicio factus est sine legitima et rationabili et manifesta causa rescindi non potest Ratio nos veget. Ista mulier dicit quia pari consensu cum viro illo matrimonium fecit. Sed qd dicit nec ipsa probare potest nec ecclesia quia qd probatum non est approbare pē non potest ergo pro eo qd occultū est id qd manifestū ē infirmari. Quapropter oportet vt secundā copulā q̄ iudicio ecclesie legitime facta ē ipsa ecclesia iudicet rataz esse debere. S; dicit. Quid ergo faciendū est huic mulieri que virū suū

ab ecclesia requirit sed habere non potest: quia id quod occultum fuit probare non potest: fortassis cum viderit quod maritum suum habere non potest: alteri nubere volet et veniet ad ecclesiam exposulans ut aut suus illi maritus reddatur: aut alteri nubere concedatur. **Hic** ergo queris quid ecclesia facere debeat: si propterea quia priorum reddere non potest secundum concedat. **Sed** vide: quomodo concedere ecclesia possit illi maritum alterum que suum adhuc viuum esse confitetur. Ipsa dicit vir meus viuit et tamen peccare presumit ut alteri nubat. Ergo dicis ad continentiam cogenda est mulier ista. Ista sane quia negligentiam cauere noluit iustum est ut penam sustineat. **Quare** in manifesto nupsit: si prius in nubendo testimonium ecclesie habere contempsit: qua ratione nunc iudicium ecclesie interpellatur. Ipsa se igitur obligauit. Sustineat itaque nunc penam negligentie ut alijs mulieribus ne idem presumant correctionis et cautele exemplum fiat. **Continere** peccatum non est nec impossibile est etiam si difficile est. **Si** ergo mulieres nolunt continere caueant in occulto nubere: ibi nubant ubi testes habere non possunt si maritos consentientes habere non possunt quod si culpam intrare nolunt sustineant penam. **Qui** ergo coniugium suscipere vult cogitet primum quia cum illud susceperit legem eius portare debet. **Qui** appetit quod delectat portet necesse est: si in eo vel pro eo euenerit etiam id quod grauat. **Non** ergo promittit ecclesia illi mulieri que se alteri viro nupsisse confitetur: illo viuente ad alias transire nuptias: etiam si postmodum contingat ut idemipse vir post celebrationem secundarum nuptiarum ad se reuersus et de facto penitens peccasse se confiteatur: et ad priorum uxorem redire voluerit eique de veritate primi pacti contestetur non recipit ecclesia testimonium eius: quia variavit verbum suum: et contra semetipsum testimonium tulit et abstulit sibi fidem in utroque. **Tamen** ecclesia id quod ipsa fecit sine causa legitima rescindere non potest sed ratum esse debere censet: ne occulta manifestis preiudicet. **Itaque** illa homini mulierem pro legitima uxore adiudicat quam homo iudicium ecclesie legitimum duxisse cognoscitur. **Sed** dicis: si sic ergo iudicium ecclesie stare debet: quoniam occulta manifestis preiudicare non possunt: quid illi homini pro anima sua faciendum est qui viuente uxore sua alteri adherere cogitur quam nec dimittere potest: ne preceptioni et iudicio ecclesie contraire videatur: nec sine scrupulo conscientie tenere quam viuente adhuc priorum contra diuinam iusticiam et institutionem illicite sibi sociasse cognoscit. **Si** ergo iste talis

ad ecclesiam confugiat querens consilium salutis quid illi  
dicet ecclesia. Audi & intellige quid illi dicere potest ecclesia  
si dixerit ei ecclesia vt secundam quam publice duxit dimit  
tat & ad priorem reuertatur quam modo se contra primam  
testationem suam vxorem habuisse confitetur & in hoc rece  
perint testimoniū eius: omnes deinceps qui odio habebunt  
vxores suas fingent & mentientur se prius alias duxisse vt  
ab his quas odiunt separentur: & ita lex matrimonij nihil in  
se stabilitatis habebit. Sed passim vbiq; pro volūtate vniū  
cuiusq; dissolueretur. Non ergo ecclesia aliud dicere illi po  
test q̄ vt matrimonio quod eius attestacione firmatum est  
fidem seruet. Sed dicis causa illi est pro anima sua consiliū  
salutis querit. Nam vtrobique periculum videt & quid poti  
us eligat non inuenit. Si manet contra conscientia suam facit.  
Si discedit contra obedientiam facit. Non ergo iam querit  
si discedere liceat: sed si non discedit vtrum permanere expe  
diat conscientiam exponit & consilium salutis querit. Quid  
illi dicet ecclesia homini confitenti peccatum & querenti cō  
siliū. Si dixerit illi vt maneat postq̄ reuelauit peccatum:  
hoc est dicere quantū videtur vt maneat in peccato. Si vero  
nec hoc nec illud dicere potest quātum videtur homini tali  
a via salutis monstrari nō potest. Sed hoc rursus multum  
a fide christiana abhorret vt dicatur aliquis talis esse qui nō  
possit si vere penituerit in qualicūq; sit periculo saluus esse.  
Multa sunt que ad hunc modū contingere potuissent. Ali  
quis dicit se cū sorore aut cū matre vxoris sue rem habuisse. Ali  
us vxorem se prius aliam duxisse fatetur: & multa alia horre  
nda que miseria hominum vel falsa confingit vel vera com  
mittit. Et verum est quia multa fiunt horrenda ab homini  
bus desiderijs suis malis excecatis vt faciant q̄ non oportet:  
& sunt tanta hec mala vt vix consilium admittant: nisi deus  
qui legem dedit gratiam & misericordiam prestet. Per legem  
enim iustificabitur in conspectu eius omnis caro vituens. Sic  
olim maledictū legis omnis qui sub lege erat p̄mebat: nec  
erat qui euadere potuisset maledictione: quia non erat qui  
cauere posset preuaticationem: donec ipse legislator veniens

maledictionem abstulit per gratiam: et ne semper maledictio  
 et preuaricatio regnarent per eandem gratiam ipsam etiam  
 legem mutauit. ita et modo nonnunquam cum homo peccato  
 suo et malicia urgente in necessitatem peccandi venit: nec po-  
 test legem portare nisi maledictione preuaricationis incur-  
 rat: mittat illi deus per misericordiam legem et donet penitenti  
 ut saluus esse possit: qui utique non saluaretur si per iustitiam  
 et rigorem legis sine misericordia iudicaretur: non tibi fortassis  
 secundum estimationem tuam respondeo: de meo est non de tuo quod  
 loquor. Non aliud possum quod mihi mens suggerit profiteor.  
 Si aliud dicerem contra conscientiam meam et estimationem  
 dicerem. Quisquis pro se iudicet: ego tibi de corde meo loquor  
 Venit peccator ad me et exponit mihi conscientiam suam con-  
 silium salutis querens: quid illi dicam. Si dixero illi recede:  
 facio illum inobedientem ecclesie matri sue: et exemplo eius  
 alios confirmo ut dimittant uxores suas legitimas: et cum eas  
 odio habuerint fingant quodcumque sibi placuerit et mentiantur  
 ecclesie ut libertatem habeant recedendi ab eis quia eas  
 non amant. Et si hoc ecclesia receperit et passa fuerit veniet  
 magnum malum et dimittent omnes pro libito aut viri ux-  
 ores suas aut mulieres maritos suos: et pro vno homine multi  
 damnabuntur quod fieri ita non oportet. Quidam acute se  
 considerasse putauerunt sibi non proximo consulentes dice-  
 tes. Quotiens eiusmodi forte contingeret aliquid ecclesiam  
 utrumque facere debere et in occulto scilicet penitenti consulere  
 ut ab eiusmodi copula recederet: et in manifesto discedente  
 cogere ut maneret. Quod quidem non esset salutem proximi  
 querere sed quasi se velle a periculo liberare. Non mihi suadet  
 conscientia mea ut hoc illi dicam. Querit a me quid sibi fa-  
 ciendum sit ostendit periculum suum: necessitatem suam de-  
 monstrat: separatim esse testatur ad utrumlibet quodcumque  
 iussus fuerit. Ego minus de meo confido: dico illi ut pergat  
 ad deum. Domine tu legem dedisti per seruos tuos quale vo-  
 luisti et per quos voluisti. Et ecce nos serui tui sub lege su-  
 mus tu dominus lator legis sub lege non es. Quid instituisti  
 quando voluisti et quod diu voluisti: potes cum volueris et qui-  
 bus volueris sine preuaricationis reatu indulgere. Neque enim  
 iam culpa erit quod indulgentis est remissio non agentis pre-  
 sumptio. Tu ergo precepisti domine per seruos tuos per quos  
 locutus es: et ordinasti ecclesiam tuam ut viuentem uxorem sua  
 alteri non adhereret. Ego uxorem habui et illa viuentem alteri  
 adhesi. Ecce iam ego facere non possum ut hoc factum non  
 sit. Sed tu facere potes ut hoc damnabiliter factum non sit.

Item tu mandasti domine vt ecclesie tue vicem tuam in terra agenti obediremus sicut tibi: & vt nō scandalisatemus vnū de pusillis tuis & dixisti. quia qui ecclesie tue mandatu sperneret tibi obediens nō esset. **H**oc ego miser propter peccata mea in contradictionem veni laqueum incidi necessitatis vt exire sine peccato non possum. **S**i maneo accusat me conscientia mea aduersum te de occultis meis quibus contra tuam dispositionem facio. **S**i recedo inobediens ero ecclesie tue & scandaloso non solum pusillos sed etiam magnos seruos tuos qui in hac parte quod occultum est nesciunt: tamen quod iustum est volunt & accusat me conscientia mea de manifestis meis quibus contra tuam preceptionem ago. **E**go igitur in arco positus & cinctus vndiq; periculis tuam misericordiam imploeo paratus ad omne quod iubes si illud scire dederis. **S**i dixeris discede non maneo: si dixeris mane nō discedo. Scio enim quod te iubente fit malum esse non posse quodcumq; illud fuerit. **T**ua est enim potestas ex qua bonum est omne quod tibi placuerit. **C**ui indulges nō imputatur: cui imputas nō indulgetur. **S**i ergo domine tu iusseris vt postposito ecclesie scandalo & contempto mandato magistrorum in eorum quos mihi dedisti & quibus me obedire precepisti: ego magis te audio quā hominem quem audire non debeo: nisi propter te nec volo contra te. **S**i ergo tu iubes domine ad hominem non attendo. **S**i autem parcere vis pusillis tuis & ecclesie tue auctoritatem propter salutem multorum conseruate. **E**go quidem pro peccatis meis in iudicio tuo sum sed tamē scio quia benignus & misericors es & potes si volueris non imputare necessitatem: si acceptam habueris voluntatem. **M**agis ergo volo incidere in manus tuas quā in manus hominum: quia tibi & adest potestas & non deest pietas. **H**omo mutare legem non potest: lex tibi non dominatur qui conditor & dominus legis es: homo facta iudicat non voluntatem tuam factis pareis propter voluntatem. **C**onfidens ergo in misericordia tua occulta necessitatis mee tibi committo non presumens propter timorem tuum ecclesie scandalum facere: quia spero quod offensam tuam mihi pie ignoscere debeas. **C**um idcirco non presumo offendere proximum ne in proximo & proximum offendam & deum meum

**S**ic mihi videtur quotiens occulta aliqua in necessitate conscientiam remordent maxime si talia fuerint in quibus dispensatio institutionis indulgentiam admittat: quia ea que contra naturam sunt et sine peccato nunquam fieri potuerunt non accipiunt remissionem: nisi habuerint correctionem. In huiusmodi ergo occultis in quibus temporalis institutionis non naturalis preceptionis preuaticatio est videtur mihi nunquam ea que latent manifestis et maxime his que sine graui scandalo mutari non possunt preiudicare debere: sed magis expedire ut in manifestis scandalum caueatur: et de occultis ad gratiam et ad misericordiam confugiatur. **P**osse autem fieri ut quod aliquis pro scandalo vitando ex necessitate contra institutionem agit quod occultum est et probari ac per hoc vitari non potest: penitenti et dolenti per misericordiam non imputetur. **V**ir potestatem sui corporis non habet sed mulier: similiter mulier potestatem sui corporis non habet sed vir. **P**otest ergo vir siue mulier peccando facere ut potestatem in corpore alterius perdat: sed facere non potest ut alteri potestatem sui corporis quantum in se est tollat quod sui iuris est perdere potest quod suum non est tollere non potest. **S**ic ergo et si aliquando faciat ut debitum suum in corpore alterius iure exigere non possit: non tamen facit ut debitum alterius in corpore suo negare iure possit. **Q**ueritur ergo et de his qui se dicunt post conjugalem pacem siue ante cum sororibus aut matribus aut alijs quibus libet linea cognationis propinquis commercium habuisse carnale quid faciendum sit: si hoc factum esse legitimo testimonio comprobari possit. **E**go quidem quod diu fieri rationabiliter posset propter seruandam pacem thori conjugalem eiusmodi testimonia et probationes declinarem. **S**i autem res omnino manifesta fieret tunc quidem propter horrorem facti et scandalum vitandum separationem fieri suaderem: sic tamen ut uterque in continentia permanere cogereetur: quoniam quidam coniugij sacramentum adinuicem non scinderetur: etiam si opus carnalis commercij contraderetur. **S**i quis autem dicat quomodo mulier que non peccauit cogi possit ad continentiam in vita: videat et hoc esse de miseria carnis a cuius voluptate qui se in prosperitate non cohibet: dignum est ut in aduersitate quoque dolores illius portet. **I**sta mulier que modo dicit se continere non posse quid faceret. **S**i maritus eius longa et continua vel etiam perpetua egritudine premeretur. **Q**uomodo ergo non desereret in languore corporis iacentem cum deserat modo de iniquitate penitentem. **V**el si forte conditio nem carnis sustinere non vult: legi carnis se non subijciat neque

suscipiat ad delectationem quod pati non vult ad afflictiones  
Et hec quidem de occulto consensu coniugij siue de ceteris  
quod in eo occulta sunt vel occultanda & verenda esse possunt  
nobis dicenda fuerunt. **F**atemur ergo sicut dictum est in co  
sensu maritali coniugium sanctorum: & quia post ipsum legitime  
factum quicquid aliud sit contra ipsum stare non potest  
**S**i hic solus legitimo testimonio probari potest. **P**ostquam ergo  
demonstrauimus quid sit coniugium & ex quo coniugium  
sit dicendum ut ratum esse debeat. **N**unc consequenter de bo  
nis coniugij tractandum est.

**¶ Q**uia sunt bona que coniugium commitan  
tur fides spes prolis sacramentum / **¶ Ca. vii.**

**T**ria sunt principaliter bona coniugij que coniugium  
committantur fides spes prolis sacramentum. **I**n fide  
attenditur ne preter vinculum coniugale cum altera  
vel altero concubatur. **I**n spe prolis attenditur ut deuote ex  
petatur amanter suscipiatur religiose nutriatur. **I**n sacramen  
to attenditur ne coniugium separetur & dimissus aut dimissa  
nec causa prolis alteri copuletur. **H**ec sunt bona que oppo  
nit coniugium contra eam que in carne peccati adhuc in met  
concupiscentiam carnis sine qua carnis commixtio fieri non  
potest. **B**onum quippe coniugij ut dicit beatus Augustinus  
malum inobedientium membrorum immutat quodammo  
do & modificat ut concupiscentia carnalis fiat saltem pudici  
cia coniugalis. **D**uobus modis autem bonum hoc contra  
malum illud remedium occurrit: dum & illum immoderate  
libidinis ardorem sub certa regula vnus federis limitando  
a vago concubitu modificat: & eum qui per se malus esset:  
per bona sibi adiuncta excusat. **N**ec tamen facit ut malum  
proelus non sit sed ut damnabile non fit: quippe propter hoc  
malum non sit culpabile illud bonum: imo propter hoc bo  
num & veniale fit illud malum. **N**isi enim malum esset non  
opus haberet excusari: & rursus nisi remedium haberet de  
beret imputari. **S**i autem coniugium nihil boni in se haberet  
remedium contra malum esse non posset. **N**unc autem ipsa  
que ei insunt bona malum quod ab eo non querunt sed in  
eo tolerant excusant ut non imputetur ad damnationem quod  
necessitas imponit non voluntas exigit. **I**tem Augustinus ad Valerium  
**N**on tamen fecunditas cuius fructus est in plebe: nec tamen pudicitia



cuius vinculum fides est. sed etiam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Huius sacramenti res est ut legitime copulati quod diu viuunt non separentur.

**¶ Vtrum hec bona inseparabilia sint coniugium an non**

**¶ Ca. viij.**

**S**i fides coniugii est preter maritalem copulam aliam nescire: et violatio fidei huius adulterium committere patet quod ita hoc bonum coniugio adheret ut siquid assit ex eo amplius coniugium commedetur si non assit: non tamen coniugii sacramentum annihilatur. Que enim adultera est non ideo coniunx non est: quia adultera est imo si coniunx non esset adultera esse non potuisset. Non enim adulterium est nisi cum fides thori legitimi violatur quod utique cum sit culpa committitur sacramentum non cessat. Similiter si spes prolis est in eo quod deuote expectatur amanter suscipitur religiose nutritur: non dubium est et hoc quoque bonum omni coniugio siue coniugii us omnibus semper adesse non posse. Quomodo enim ab illis proles speratur: qui vel pari voto continentiam custodiunt: siue pro etatis defectu amplius generare non possunt. Itaque duo hec id est fides et spes prolis ita coniugium committantur ut ubi quid assint coniugium in altero sincerius: in altero fructuosius appareat. Vbi autem non assunt aut culpabiliter aut infructuosius probetur: et tamen coniugium esse non desistat. Sacramentum autem ita inseparabile esse videtur ut sine illo coniugium omnino esse non possit: unde Augustinus. Vsq; adeo fedus nuptiale cuiusdam sacramenti res est ut nec separatione irritum fiat: quia viuente viro a qua relicta est mechatur si alteri nupserit. Hoc autem vult tanta sibi firmitas vinculi coniugalis: quod non tantum valeret nisi alicuius maioris rei quoddam sacramentum adhiberetur: quod inconcussum manet: quia interueniente diuortio non aboletur nuptialis confederatio ita ut coniuges sint etiam separati. Nam quia duo sunt diuersa coniugium quod constat in legitima societate: et coniugii officium quod constat in carnis commixtione et in altero quid id est in coniugio sacramentum est ad alterum vero id est ad officium coniugii fides et spes prolis pertinet et videtur. Vnum id est fides ut per eam illicita carnis commixtio caueatur. Alterum id est spes ut propter eam licita carnis commixtio exerceatur sicut ipsum officium carnalis commercii a coniugio abesse potest: ita etiam ipsum coniugium sine his que ad officium commercii carnalis pertinent esse potest: quousque ut dictum est si fide careat minus sincerum: si autem spe prolis careat minus

fructuosum inueniatur. **F**ides enim fructum habet in castitate pudicie conjugalis: spes proles fructum habet in usu fecunditatis. **C**onjugium autem in ipsa societate maritali sacramentum est: & ideo sicut ipsa societas utroque uiuente non diuiditur ita & sacramentum societatis conjugalis quod diu conjugium constat ab ipso non separatur: in quo uidelicet sacramentum conjugii foris est indiuidua societas: res sacramenti intus ad inuicem flagrans perseveranter animorum caritas: sacramentum foris ad Christum & ecclesiam: res sacramenti intus ad deum & animam: ut sicut in copula carnis Christi & ecclesie sacramentum diximus. ita etiam in federe societatis eiusdem sacramentum ostendamus. **H**oc ergo dictum est ut ostendatur quia aliquando conjugium sine fide & sine spe proles est sine sacramento autem esse nunquam potest: quousque & ipsum sacramentum aliquotiens esse inueniatur ubi sanctitas sacramenti non esse ostenditur. **D**icit enim beatus Augustinus: quia sacramentum conjugii omnibus gentibus commune esse potest. sanctitas autem sacramenti non nisi in ciuitate dei nostri est & in monte sancto eius: quod quemadmodum verum sit facile videre potest qui superius dicta considerat. **D**iximus enim supra quod in coniugio sacramentum duplex constaret: Vnum in commixtione carnali sacramentum illius societatis que est inter Christum & ecclesiam. Aliud in societate conjugali sacramentum illius societatis que est inter deum & animam: siue etiam quod Christi & ecclesie sacramentum esset in societate conjugii. **D**eī vero & anime sacramentum in dilectione conjugali. Siue igitur hoc siue hoc modo sacramentum conjugii accipiatur: recte sacramentum conjugii omnibus gentibus commune esse dicitur. **S**anctitas autem siue uirtus sacramenti non nisi in ciuitate dei nostri & in monte sancto eius: hoc est in fide & caritate in ecclesia uidelicet sancta & inter fideles esse perhibetur. **S**acramentum autem conjugii habent qui pari consensu ad eam que a deo inter masculum & feminam instituta est societatem indiuidue ad inuicem conseruandam conuenerunt. Sacramenti uero huius sanctitatem non habent: nisi hi soli qui per fidem membra Christi facti sunt: & per caritatem intus deo mente & deuotione uniti sunt.

**¶ De his qui in coniugio incontinenter uiuunt & plus explente libidini quam generante proli inseruiunt**

**¶ Ca. ix.**

**B**eatus Augustinus de his q̄ tali incontinentia siue infirmitate siue voluptate victi inseruiunt sic dicit. Concubitus qui nō sit causa prolis nuptie non cogunt fieri sed impetrant ignosci: si tamen non ita sit nimius vt impediatur tempora que orationi debentur: nec immutetur in eum vsus qui contra naturam est. Concubitus enim q̄ est necessarius causa prolis inculpabilis est tātummodo si est nuptialis. Qui autem vltra necessitatem iustam progreditur iam non rationi sed libidini obsequitur: & hunc non exigere sed reddere cōiugi ne fornicetur ad giugem pertinet. Si vero ambo tali concupiscētie subiguntur rem faciunt q̄ non est nuptiaz: cuius delicti nō sunt nuptie exhortatrices sed deprecatrices. Decus quidē coniugale est castitas procreandi & reddendi carnalis debiti fides. Hoc est opus nuptiaz qd̄ ab omni crimine defendit apostolus dicens. Si acceperis uxorem non peccasti: & si nupserit virgo nō peccat. Immoderata autem progressio s̄m veniam conceditur: sanctitati etiā coniugii nec infidelis obesse potest sed potius fidelis prodest infideli. vnde apostolus. Sanctificat̄ est vir infidelis per mulierem fidelem &c.

Qua ratione antiqui simul plures uxores habuerunt Ca. x.

**D**e hoc similiter beatus Augustinus sic ait. Antiquis temporibus cum adhuc salutē nostre misterium velaretur iusti officio propagandi nuptias strāhebāt non victi libidine sed ducti pietate qui multo facilius continere possent & vellent. Vtebantur tamen giugibus & plures vni viro adherere licebat quas castius habebat q̄ nunc vnā quilibet istocum in quibus videmus q̄ s̄m veniam cōcedit ap̄ls. Habebant enim eas in opere generandi non in morbo desiderij. Idem in libro de virginibus. Antiq̄s iustis non fuit peccatum q̄ pluribus feminis utebantur: neq̄ strā natura hoc faciebant cum non lasciuiendi causa: sed gignendi hoc facerent neq̄ contra morem quia eo tempore ea fiebāt: neq̄ contra preceptum: quia nulla lege erat prohibitum. Verū tamen sicut idem alibi testatur: magis pertinet ad bonū nuptiarum vnū cum vna q̄ cum multis copulari: qd̄ indicat primi coniugii copula diuinitus facta vt inde conubia sumerent initium vbi honestius attenderetur exemplum. Item idem. Sicut non est impar meritum patientie in Petro qui passus est & in Iohāne qui passus non est sic non est impar meritū continentie in Iohanne qui nullas expert̄ est nuptias

et in Abraham qui filios generauit. Et illius enim celibatus et istius conubium pro temporum distributione Christo militauerunt sed continentiam Iohannis in opere Abraham in solo habitu habebat. Melior est autem castitas celibum quam castitas nuptiarum quarum Abraham unam habebat in usu ambas in habitu. Caste enim coniugaliter iuxta esse castus aut sine coniugio potuit sed tunc non oportuit. Idem. Iustus quis cupiat dissolui et esse cum Christo: et tamen sumit alimentum non cupiditate viuendi: sed officio consulendi ut maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri feminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris non libidinosum. Quod enim est iuris ad salutem hominis hoc est concubitus ad salutem gentis: et utrumque non est sine delectatione carnali: que tamen modificata et refrenante temperantia in usum naturalem redacta libido esse non potest. Quod autem est in sustentando victu iuris illicitus: hoc est in querenda prole fornicarius vel adulterinus concubitus. Et quod est in cibo licito immoderatio appetitus hoc est in coniugibus venialis ille concubitus.

**Si coniugium dicendum est quod aliquando dissolui potest**

**Ca. ij.**

**Q**uidam coniugium omnino esse negant quod aliquando discidium admittit. Inueniunt enim auctoritates quosdam et verba scripturarum diuinarum a sanctis patribus prolata quibus quasi id ipsum videntur astrui. Dicit enim beatus Augustinus in libro de bono coniugali. Usque adeo fedus nuptiale cuiusdam sacramenti res est ut nec separatione irritum fiat: quia viuente viro a quo relicta est mechatur si alteri nupserit. Et item quia interueniente diuorcio non abolet nuptialis confederatio: ita ut coniuges sint etiam separati. Propter huiusmodi assertiones videtur illud non esse dicendum coniugium etiam quando est quod aliquando ita discidium et separationem admittit ut diuisi abinucem coniuges non appellentur. Sed mihi interim non apparet qua ratione probare possint quia hoc ad virtutem sacramenti coniugalis pertinet ut indiuidua ab utrisque societas quod diu uterque viuunt conseruetur propterea coniugium non fuisse quod aliquando dissolui potuit. Si enim idcirco hoc coniugium non esse dicunt: quia hec ea que ad coniugium pertinent in toto non habet intendat quia cum dictum est indiuiduam societatem ad coniugium pertinere. Vere dictum est quia hanc coniugium habere debet quando scilicet est ubi esse debet. Nec enim coniugium est et hanc coniugium exigit siue potius confert quantum in se est sicut

baptismi est remissionem conferre peccatorum: & vere dicitur cum dicitur: quia baptismus remissionem omnium peccatorum confert. & sicut sacramenti corporis Christi virtus est societas & participationem Christi conferre: & vere dicitur cum dicitur Quia susceptio corporis Christi confert spiritualem participationem Christi: & tamen qui fictus baptismi sacramentum accipit remissionem peccatorum non percipit: & qui indigne manducat corpus Christi nequaquam per id meretur spirituale participationem Christi. Si ergo vere hec ad illa pertinere dicimus & tamen illa sine istis aliquoties inuenimus: nec ideo minus ad illa pertinent: quia sine istis aliquando sunt illa quando videlicet sunt ubi esse non debent & apud quos esse non debent mirum est si indiuiduam societatem ad coniugium pertinere dicimus cum tamen coniugium sine illa inueniamus quando scilicet est ubi esse non debet & apud quos esse non debet. Quid si idcirco coniugii sacramentum non esse dicunt: quia hoc non habet quod habere debet quando est ubi esse non debet: dicant similiter baptismi sacramentum verum non esse apud fictum & fictum vere baptisatum non esse: quia ibi remissionem peccatorum non operatur: & verum corpus Christi non esse quod indigne percipitur: quia illic participatio spiritualis Christi non offert. Intelligent ergo quia quotiens eiusmodi spirituales effectus sacramentis diuinis attribuuntur virtus ipsorum sacramentorum exprimitur: in quo quidem non ostenditur quid secundum vicium sacramentis dei abutentium futurum sit: sed potius quid ex ipsis secundum efficaciam gratie spiritualis que in ipsis est si in puritate abutentium non remoueat fieri possit. Qui ergo hoc coniugium habere dixit: hoc utique dicit voluit quia coniugium hoc quantum in se est habere debet si fuerit ubi esse debet. Si autem forte non fuerit ubi esse debet non mirum est si eo careat quod habere debet. neque ideo minus tamen verum est sacramentum dum est quous minus utile sit illi in quo est. Ad hunc modum putamus quedam coniugia vere dici posse quod diu secundum iudicium ecclesie rata habentur: que tamen postmodum emergentibus causis legitimis recte soluntur: & si postea contra ecclesie prohibitionem pertinaci presumptione tenentur: illicite & illegitime copulationes iudicantur: non tamen hoc de omnibus sicut supra memoraui sic sciendum estimamus. Nam facta horrois excusatione nulla legitimorum nomen poterunt retinere. Aliud est enim de illis ubi venialiter peccatur ut videlicet si quis infra septimum aut sextum aut etiam fortassis quintum gradum lineam puritatis ignorans temeraret quod quid non tamen est naturalis siue antiqua legalis institutionem quantum est subsequente ecclesie preceptio: esset

Legimus q̄ beatus Gregorius anglis nouiter ad fidem cō-  
uerſis: ne forte christianā religionem horretent dispensatoꝛie  
conceſſit a quinto gradu ſanguinitatis coniugia copulare  
in quo apparet: quia ea que aliquñ dispensatiōe admittuntur  
vt licite manifeſte fiant excuſationeꝝ habent: etiam ſi preter  
conceſſionem ignoꝛanter fiant. Et idcirco fortassis eiusmodi  
q̄ diu latent: omnino ignoꝛantia conuenientius eſtimentur  
excuſari: que tñ manifeſta facta quia contra preceptionem  
ſunt non debent tolerari. Hec at̄ dicta ſunt contra illos qui  
putant coniugium non poſſe omnino dici quod aliquando  
diſſolui poteſt.

**De His qui putant etiā inter legitimas per-  
ſonas qualcuꝛq; conſenſum adinuicem habitū  
coniugium facere /**

**Ca. xij.**

**A**li non minus precipiti eſtimatione in cōtrariam  
aſſertionem feruntur: intantum vt dicant quālibet  
illegitime perſone fuerint cuiuſcuꝛq; profeſſionis ſiue  
ordinis pari conſenſu adinuicem facto coniuges eſſe non ſa-  
cerdotes continentiaꝝ profeſſos non ſummos ſacerdotes. nō  
monachos aut ſacras virgines ab hac lege excipiēdos putāt  
Et habent iſti ſimiliter verba quedā ſcripturarum quibus  
munire credunt et̄ affirmare eſtimationem ſuam: et ſunt vere  
quedā dicta eiusmodi in quibus conuenienter hoc intelligi  
poſſit ſi ſuenienter hoc intelligi poſſet: ſed non ſic p̄iudicare  
debēt quibus doctrina verbi dei cōmiſſa eſt vt propter vnū  
aliquod confirmandum a ſenſu vniuerſoꝛum recedāt. Neq; enim  
partem totum ſed totum pars ſequi debet. Et ſi forte  
inueniatur pars a toto diſcordans aut coaptanda eſt ſi fieri  
poteſt: aut ſi fieri non poteſt abicienda. Melius enim a parte  
receditur q̄ a toto. Optimum autem ſi et̄ pars retinetur et̄  
totum. Hec ſunt ergo que adducunt in approbationē aſſer-  
tionis ſue. Beatus Auguſtinus in libro de profeſſiōe ſanctę  
viduitatis ſic ait. In cōiugali vinculo ſi pudicitia ſeruetur  
damnatio nō timetur: ſed in viduali et̄ in virginali et̄inentia  
excellētia muneris amplioꝛis expeti: qua expetita et̄ electa  
et̄ voti debito obligata iam non ſolum capeſſere nuptias: ſ;  
etiam ſi non nubāt nubere velle damnabile eſt. Nam vt hec  
demonſtraret apoſtolus nō ait. Cum in delicijs hec egerint  
in Chriſto nubunt ſed nubere volunt. Habentes inquit dā-  
nationem quā primā fidem irritā fecerunt: et̄ ſi non nubendo  
tamen volendo. Non quia ipſe nuptie vel talium damnāde  
iudicentur: ſed damnatur propoſiti fraus: damnatur fracta

voti fides: damnatur nō susceptio a bono inferiore sed ruina ex bono superiore. postremo damnantur tales non quia coniugalem fidem posterius inierunt: sed quia continentie primam fidem irritā fecerunt & post pauca. Proinde qui dicunt talium non esse nuptias sed potius adulteria: non mihi videntur satis acute ac diligenter considerare quid dicant. fallit eos quippe similitudo veritatis: quia coniugium Christi dicuntur eligere qui christiana sanctitate non nubunt: hinc argumentantur quidam dicentes. Si viro suo viuo que alteri nubit adultera est. sicut ipse dominus in euangelio diffiniuit. Viuo ergo Christo cui mors ultra non dominabitur que coniugium eius elegerat: si homini nubit adultera est. Qui hoc dicunt acute quidem mouentur sed parum attendunt hanc argumentationem quanta sequatur absurditas. Cum enim laudabiliter etiam viuo viro ex eius consensu continentiam femina Christo foueat. iam hinc istorum rationem nulla hoc facere debet: ne ipsi Christo quid sentire nephas est adulterium faciat cui viuo viro nubit & post pauca. Fit autem minus per hanc consideratam opinionem qua putatur lapsarum a sancto proposito seminarum si nupserint non esse coniugia: non paruum malum ut a maritis separentur uxores quasi adultere sint ut uxores & cum volunt eas separatas reddere continentie faciunt maritos earum adulteros viros cum suis uxoribus viuis alteras duxerint. Quia propter non possum quidem dicere a proposito meliore lapsas si nupserint feminas adulteria esse non coniugia: sed plane non dubitauerim dicere lapsas & ruinas a castitate sanctioris que vouetur deo adulterijs esse peiores. Et sic quidem beatus Augustinus dicit & videtur manifesta auctoritas & ratio euidentis de qua dubitari non possit. Sed ecce dicamus ita & ita sentiamus ut lapsa a proposito & professione continentie femine si nupserint coniugia esse vera nec solui posse oīno eiusmodi. Quid ergo? Nonne similiter & eadem ratione de alio sexu sentiendum est si lapsi a proposito & professione continentie viri uxores duxerint coniugia esse vera & rata esse debere intantum ut solui omnino non possint quous a culpa defendi nō possint. Ecce ergo dicamus quia ita est & ita sentire & tenere oportet. Non habemus rationem aliquam qua infringere possimus aut infirmare tam euidentem rationem & auctoritatem. Tenemur necessitate ut ita sentiamus & teneamus. Videte quid sequitur: Si hoc promulgatum fuerit & audierit homines: quia ita tenet ecclesia quod lapsi a proposito & continentie

professione si coniugia inierint separari nō possunt: neq; cogere eos potest ecclesia vt ad propositum continētie seruandum reuertant: nihil deinceps stabile aut ratum esse poterit. **N**on ordo vel habitus: non deniq; votum aut professio vlla tenere poterint hoīes quin frena impudicicie laxent & tuāt in desideria sua: vel cum fastidire ceperint bonū in quo sunt libertatem querentes vel cum temptati fuerint forte de malo in quo nondum sunt ad voluptatez suam explendam festinantes: ita dissipabitur omnis ordo & pulchritudo religiois christiane ad nihilū redigetur & turpitudine magna succedet sū infirmitatem temporis nostri loquor. **Q**uis deinceps in habitu vel professione religionis constitutus stabit. **S**i vrgeri ceperit stimulo carnis sue sicut natura mortalitatis & corruptiōnis obnoxia pati consuevit & dixerit ei cogitatio sua: non poteris resistere tam violēti passioni tantis incēdijs & estibz desideriorum tuorum que nō hodie aut cras aut triduo siue quatuor aut octo diebus aut etiam vnus mensis aut vnus anni spacio bellum tibi indixerunt. **S**ed q̄diu viuis super terram q̄diu mortalem carnem portas: q̄diu sentire poteris non te deserent non tibi parcent nō tibi pacem dabunt aut requies: semper intentionem tuam oppriment: cogitationem tuam auertent: vt nunq; mentez liberam aut voluntatē purā ad deum erigere possis. **V**ide ergo quia & hoc seculū perdis & futurum non acquiris. **M**elius tibi saltem esset vel ista tormenta deuitare q̄ ex toto p̄ire & nihil sentire boni. **V**idet de q̄ inuitus pateris traheris nolens coactus assentis: fortassis respiciet ad violentiam passiois tue: & misertus excessui tuo dabit veniam: precipue cum dicat apostolus. **Q**uia melius est nubere q̄ vri: & item. **V**nusquisq; vxorem suam habeat propter fornicationem. Bene enim nouit apostolus infirmitatem humanam & ideo non dixit illi habeant quia illis licet & illi non habeāt quia illis non licet: sed vnusquisq; habeat inquit qui continere non potest: melius est vt nubat q̄ vrāt. **M**elius est vt licite excipiat infirmitatē q̄ vicio semper vrāt ad passionem. **N**am ipse dñs dicit. **Q**ui potest capere capiat. **I**pse scit: quia capere non possum verbum hoc vt continens permaneam. **Q**uando putauī posse libenter proposui & eadez adhuc volūtatē libenter perseuerarem si pati possem: sed nō valeo tolerare estum bullientis nature: ardore concupiscentie feruentis sustinere non possum: ideo facio quod possum. **V**ado & duco vxorem excipio infirmitatem meam: dolens quidā quia a superiori bono descendere cogor: sed tamen nō omnino desperans quia ad concessa descendo. **M**agis volo in



Inferiori bono saluari q̄ in summo piclitari. & si forte culpa est aliqua in descendendo: quia propositum meum nō teneo ego penitentiam agam & satisfactione placabo deum. Nihil durum erit aut difficile: tm̄ hanc passionem euadere possim & mortem istā in qua viuens teneor declinare. **Q**uis putatis non huiusmodi rationibus se instiget & cohortetur cum affligi cepit: & vri stimulis carnis sue si sciat quia licet & quia fieri potest & salus est illis qui hoc faciunt: & non cogit ecclesia illos qui sic retro aspiciunt: sed ita viuere concedit & legitima censet esse coniugia illorum. **Q**uis non malit cum in temptatiōe graui fuerit multis annis penitere & quamlibet satisfactionem soluere tantū vt frui possit voto & optatione sua & desideria sua licite adimplere. **Q**uid ergo dicemus: plane attestari audem: quia & si negari forte non potest ita hoc dictum esse: & hoc dictum ita intelligendum esse: nulla tamē ratione his maxime temporibus quibus homines ad vicia proni sunt: expedit ita tenere & ita facere. **E**t ad hunc modū fortassis si quis dicere voluerit hec de illis temporibus dicta esse quando homines magis peccare erubescabant: & quādo sola erubescencia preuaricationis cohibere potuūt fluctuantes & in temptatione constitutos: ne a proposito & voto sanctitatis laberentur: & quando magis terrebatur in eo q̄ sibi post lapsum ad prioris excellentie puritatem reditum amplius non patere sciebant: & ita tunc ecclesiam hm̄ temporū illius statum tenere debuisse & tenuisse: vt qui post votum & professionem continentie ad conjugalem copulam descenderent ita manerent nec soluerentur eiusmodi contractus: & hm̄ iudicium & permissionem ecclesie tunc rata fuisse coniugia eiusmodi. **P**ostea autem cum inciperent homines abuti tali concessione & permissione ecclesia propter pericula imminencia vsum mutasse & sententiam introisse ad aliud: atq; ideo tunc coniugia non esse eiusmodi propter prohibitiōez & institutionez ecclesie hm̄ quam licita vel illicita rata & soluenda omnia iudicantur. **S**i quis hoc dicat forsitan aliquid dixisse videbitur. **N**os nihil reprehendim: ex omnibus que veritatē quietam esse permittant. **S**i autem aliquis hec dicta esse intelligat de his q̄ propositū continentie occulte vouerūt: & votum suum sine attestatiōe humana soli deo optulerunt eosq; si postea voto fracto ad coniugalem societate descendere voluerint: idcirco ab ecclesia prohiberi nō posse q̄a professionez illorum non accepit neq; obseruantiam continentie eis indixit

**S**i quis igitur tales viduas aut virgines post votum continentie ad maritalem copulā descendentes damnationē quid habere id est rem damnabilem facere: non quia nubunt. sed quia votum frangunt non propter bonum inferius quod appetunt: sed propter bonum superius quod relinquūt. ita quidem propter fidem violatam damnationem habere: sed tamen omnino coniuges esse: nec separari debere existimet. **C**ertum est sicut superius diximus: quia ea que ecclesie probari non possunt ab ecclesia iudicari oīno non possunt. **H**ec igitur que vera esse constat si in sententia superius memorata suenienter dicta accipimus nihil amplius restat questioni scilicet cur non veraciter dicta & utiliter tenenda approbem? **C**ertum est enim q̄ hi qui post occultum votum castitatis & propositum continentie nondum manifesta professione confirmatum ad experiētiā carnis redeunt. nullomodo ab ecclesia phiberi possunt: neq; eiusmodi copulaz ecclesia ipsa siquando contigerit abiudicat sed ratam esse: neq; occulta manifestis preiudicare debere confirmat. **¶** si quis ad hoc dicere voluerit q̄ ille que **X**p̄o spiritualiter nupserunt non possunt deinceps illo viuente homines habere maritos recte supradicta ratione eius assertio reprobatur. **A**d hunc modū de his que manifeste falsa sunt vel occulte vera: vnicuiq; h̄m suam mensuram sentire licebit. **M**ibi autem magis hoc probabile est si inuenire contigerit q̄ & veritatem seruat & auctoritatem non improbat: precipue tanti viri de quo bene sentire debemus etiam tunc quando id quod sentit ipse: nos sentire non possumus. **D**icamus igitur quāntum h̄m veritatez dicere possumus: quia aut h̄m tempus hoc dictum est quando ita fieri oportebat: aut h̄m eos tantum hoc dictum est: qui post occultum votum continentie ad experiētiā carnis redeunt & coniuges fiunt: quos idcirco ecclesia separare non potest: quia cum hinc manifestum constat factum quā illinc occultū fuit probati non potest: in quibus tamen temeritate fidei reatū h̄m aliquid peior adulterio dicitur: quia p̄ illud in hominez **E**t per hunc vero in **C**ristum peccatur. **A**liud est autem de illis qui post votum etiā professione publica sub testimonio ecclesie erga deū se obligauerunt: & forte adhuc quā amplius est ad sanctimoniam continentie consecrati sunt: de quibus vere dicimur: quia post tale propositum & tale votū manifesta professione confirmatum ad coniugale fedus descendere nō possunt: & si forte hoc aliquando attemptauerint non coniuges sed fornicarios & spūales castimonie violatores ad pristinaz propositi sui integritatē reparandaz & seruandam districti

reuocandos. Si autem temerario ausu in incepto persistere voluerint & illicitam copulam quam contra prime professionis debitum inierunt deserere contempserint quasi inobedientes & in incestu fornicationis nefande contaminatos iuste seueritatis sententia ab ecclesie comunione precipiendos: neque vllatenus ad penitentiam recipiendos nisi se ab huius infamis societatis conuersatione retraxerint: & hoc est fortassis quod sibi volunt verba illa cunctis pene pro sui ambiguitate iam nota. Innocentius papa enim cuius auctoritas in ecclesia Christi celebris est sic dicit. Que in Christo inquit spiritualiter nubunt & a sacerdote velantur si publice nupserint vel clanculo corrupte fuerint non eas admittendas ad penitentiam agendam: nisi is cui se iunxerant ab hac vita discesserit. Si enim hec ratio in hominibus seruatur ubi que dimisso viro suo ad alium transierit adultera habeatur: nec ei penitentiae agende locus concedatur nisi alter defunctus fuerit: quanto magis etiam ea que se immortali sponso iunxerat. Non est ergo dubium quod de illis hoc agitur que in proposito continentie sub manifesta etiam professione ad castimoniam conseruandam consecrate sunt. De his ergo dicunt quia si post tale propositum ad nuptias carnales transierint ad penitentiam non sunt admittende nisi is cui se iunxerat id est fornicator siue adulter ab hac vita id est a tali conuersatione discesserit. In eo enim statu penitentiam agere non possunt in quo quod diu permanserint saluari non possunt. Quidam enim cui se iunxerant Christum interpretari voluerunt cui prius proposito continentie se vouerunt: & quasi sub conditione dictum sit: quia secundus ad quem transeunt legitimus non iudicatur nisi prius ille cui ante se iunxerat moriatur. Si enim in hominibus hec ratio seruatur ut quod diu prior viuit secundus legitimus esse non possit: constat profecto quia ubi prior oino mori non potest: secundus nulla ratione legitimus esse potest: & ad hunc modum qualicumque ratione probatur: quia hec que cum professione continentie sponse Christi consecrate sunt amplius ad carnales nuptias transire non possunt. Et est in ista utique prohibitione non quidem per omnia ratio cogens sed aliqua similitudo conueniens que docent sponse Christi quia si in thoro carnali tanta fides exigitur multo maior deuotio & amor sincerior spirituali debet. Sunt qui hec ad terrorem dicta esse putant: alij ad publicam penitentiam referunt: que propter rigorem ad incutiendum timorem aliquando neganda videtur ut dum peccator hinc dispensationem foris pellit & in statibus timor cadendi: & in iacibus humilitas resurgendi augeatur. Ego nihil abijcio ex his que veritati contra non sunt.

Dicatur quodlibet dum non credatur nisi quod licet summa hec est: quia si quis post votum continentie factum ad carnales nuptias transierit siquidem occultum fuerit votum eius non potest illum prohibere ecclesia quin nubat: et si forte postea facti peniteat: ecclesia neque de occultis penitentem a consilio salutis repellere: neque propter occulta ea que manifesta sunt dissolvere potest. Si autem hi qui propositum et votum suum publica professione firmaverunt: deinde voluerunt ad carnalis federa iura transire nullatenus eos ecclesia permittit: et si forte presumpserint ea contra propositi ac professionis sue puritatem inire quasi illegitima et a sanctitate coniugii aliena debita distictione dissolvit. Sic ecclesia tenet: sic nos tenere debemus qui ecclesie instituta sequimur et salubre esse credimus quicquid spiritu dei dictante ab illa fuerit institutum et dignum reverentia iudicatum: etiam si aliis temporibus aliquando non ita fuisse et nunc aliter esse quam fuerit demonstratur: num tamen cogitare debemus quasi levitate aliquid factum sit ut nunc aliter teneamus et aliter institutum sit quam fuit. Sed quia tunc oportebat et ita salubre fuit ut sic iuberetur et sic teneretur. Nunc autem alia esse tempora: et aliud esse congruum siue necessarium saluti humane

**De Coniugio infidelium****Capitulum xiiij**

Vidam putant paganorum siue quorumlibet et aliorum infidelium societatem coniugium non esse quamvis etiam si modo institutionis diuine legitima facta fuerit. Dicunt enim quia legitimum dici non debet quod sine fide factum est: sed mihi interim non occurrit ratio aliquid quomodo negare possint infidelium societatem si modo diuina institutione facta coniugium esse nisi forte similiter dicere velint: baptismi sacramentum non esse quod hereticus dat vel accipit: quia fidelis non est: neque ille qui dat neque ille qui accipit: et hac ratione ostendant sacramenta dei non posse ad infidelium participationem venire: si sacramentum coniugii habere infideles non possunt: aut solum sacramentum coniugii ceteris omnibus excellentius esse dicendum est: si hoc solum ex fide participari non potest. Baptismi sacramentum infidelis habere potest et coniugii sacramentum infidelis habere non potest: ergo baptismi sacramentum in quo spiritualiter signaculum fidei est infidelis habere potest: et coniugii sacramentum quod non tam fidei est quam nature signum: non tam virtutis indicium quam propagationis instrumentum eque fidelis et infidelis habere non potest: sed baptismi inquit sacramentum quoniam infidelis accipit: ideo accipit: quia et si in alio infidelis fuit ipsum tamen sacramentum si modo rectam fidei formam accipit. Alioquin nisi illud si modo rectam

fidei formam accepisset: non utiq; accepisset siue fidelis siue infidelis fuisset. Itaq; quia in hoc accipiendo fidei cōtrarius non fuit: accipere illud potuit q̄uis s̄m aliud fidelis nō fuit. Et ego dico quia q̄n infidelis vxōez propter propagationē filioꝝ ducit fidem thoro coniugali seruat. sociāz diligit & custodit: illa viuente ad alienam societatez non transit q̄uis in alio infidelis fit quia non credit: in hoc tamē neq; contra fidem neq; ḡtra diuinam institutionem facit. Sed auctōritas inquit dicit: eiusmodi coniugia vera non esse. Ideo dicit: quia omnia que preter fidem sunt & si vera sunt ad speciem non sunt vera ad salutem: & si vera sunt ad formā sacramēti ad effectū tamen virtutis & gratie spiritualis vera non sunt. Sic & de quibusdam alijs sacramentis dictum est: quia vera non sunt quando ab infidelibus participātur: nec solum ab infidelibus sed etiam a fidelibus prauis & peruerse agentib; indigne ḡtractantur. De ipso sacramento corpōs Xpi dicit auctōritas: quia nō est vez corpus Xpi qđ cōficat scismaticū & itē alia auctōritas dicit: quia errāt qui corpus Xpi verba sacerdotis facere putāt & non vitā: & multa ad hunc modū ita dicta inueniunt. Et dignū est vt dicta sanctorū q̄ntum possumus veneremur p̄ omnia: & credamus verum esse qđ nobis ab illis dictum est in quibus & per quos locutus est spiritus veritatis. Itaq; dicimus veritatem sacramentōꝝ dei duplicem esse: aliam scilicet in sanctificatione sacramēti aliam in effectu spūali. Dicitur enim veritas sacramentōꝝ virtus & gratia spiritualis que in ipsis & per ipsa sacramenta percipitur quā veritatē accipere non possunt qui sacramēta dei indigne percipiūt: s̄m hunc itaq; modū scriptura sacra aliquoties dicit: qđ sacramēta dei illis vera non sunt qui ea indigne percipiunt pro eo qđ sola exterius sacramenta ḡtractando ad veritatem illoꝝ que in gratia spirituali cōstat nō p̄tingunt. Sic itaq; sacramēta dei & in se vera sunt semp̄ quantum ad eam que per verbum dei fit sanctificationem & indigne tractantibus & percipientib; vera non sunt q̄ntum scilicet pertinet ad eaz que in ipsis percipitur gratie spūalis participationez. Ita ergo verum Xpi corpus non est quod conficit scismaticus: quia cum corpus Xpi sacramētum sit vnitatis: in ipso utiq; scismaticus sibi vnitatem non conficit qđ se ab ipa vnitatem diuisit. Simili mō qui putant sola verba sacerdotis ad corpōs Xpi cōsecrationem sufficere & non etiā vitam & ḡuersationem bonam illius necessariam esse ad hoc vt illi fiat & ad vtilitatē illi? fiat qđ per illum fit sacramētū dei: qđ hoc scilicet putant errant: q̄a sacramēta dei & carnes

agni in peccato permanentes non sanctificant: quibus per illorum ministerium ad aliorum sanctificationem sacramenta fiant. Sic ergo dicimus et de coniugii sacramento quia secundum aliquid apud illos recte verum siue ratum siue sanctum non esse dicitur: qui solum sacramentum habentes vel non recte credendo vel prave viuendo veritatem eius hoc est virtutem et effectum spiritualem accipere non merentur. Dicit beatus Augustinus quia sacramentum coniugii omnibus gentibus est commune. Sanctitas autem sacramenti non est nisi in ciuitate dei nostri et in monte sancto eius. Item cum euangelium primum cepit predicari: primum gentiles gentilibus iunctos inuenit coniuges. Item si dominus dimittende coniugis solam causam fornicationis admittit et paganum coniugium dimitti prohibet consequens est ut paganismus non subiaceat fornicationi. Quid ergo est inquit quod beatus Ambrosius dicit. Non est ratum coniugium propter deum et ideo non peccatum est dimisso propter deum si alii copulerent. Item beatus Gregorius dicit. Dimisso propter deum non est peccatum si alii coniugantur. Iniuria enim creatoris soluit ius matrimonii: sed videte quomodo probant coniugium non esse eiusmodi: quia inquit dictum est. non est ratum coniugium propter deum: et quia iterum dictum est. Iniuria creatoris soluit ius matrimonii: ideo ergo coniugium esse negant. quia ratum non esse dixit: et quia iniuriam creatoris soluere dixit ius matrimonii sed attendite quia in hoc potius coniugium esse dixit qui coniugium illud si non ratum affirmavit: et simili modo qui dixit iniuriam creatoris ius matrimonii soluere matrimonium illic esse et ius habere asseruit. Quod utique ius firmum staret et non sine peccato negaretur: si non maiori causa superueniente solueretur. Si enim prius nullum ius ibi fuit quod necesse erat tanto opere excusare eos qui se ab illo iure persoluendo subtraxerunt. Si culpandus videbitur etiam ille qui dimissus est nisi per causam maiorem excusaretur quomodo ille qui sine causa dimittet non iure accusaretur. Nunc vero quia debitum sacramenti coniugalis vere fuit sine causa omnino negari non potuit. Debet enim vir uxori et uxor viro ut alter ab altero non discedat: et si forte discesserit alter ille qui deseritur coniugii tamen ius et debitum inuiolatum custodiat: si est causa dei maior aduersus quam nulla debet stare causa. Hec cum leditur contra eam nulli aliquid debetur. In omni causa ius suum perdit qui huic cause aduersatur: sub illa et secundum illam quedam debemus contra illam nihil. Dicit tibi uxor tua. Christianus factus es ego te non sequar: quia ydola non colis quia parentum tuorum ritum et consuetudines abiecti sunt: eo ad alium vel si ad alium non eo tecum iam non eo: non te cognosco maritum nisi Christum neges. Sic tibi intende

Iniuria creatoris soluit ius matrimonij: nihil illi amplius debes: perdidit ius suum qui creatori suo iniuriã fecit: non tibi licuerat illã deserere si ius suũ in te non perdidisset: potestãtẽ habuit in corpore tuo & non tibi licuit tollere illi quã suum erat. Postquã aut creatori suo iniuriam facere voluit iure ius suum amisit hoc de patre hoc de matre hoc de fratre & sorore hoc de filiis & cognatis: hoc deniq; de anima tua facere te oportet. Oib; enim his aliquid debes sed pro deo non contra deum. Ecce pater tu? aut mater tua aut frater aut soror: aut etiã vel aia tua ex vna parte est & dicit vnus aliquid tibi. Ego hoc amo hoc appeto ad hoc intẽdo vado vt hoc optineã hoc acquirã hoc perficiã. Veni post me assentire mihi coopare volũtati mee desiderio meo faue. Stat deus tu? ex altera parte & dicit tibi. Ego hoc aduersor detestor maliciã illaz peccatum illud nõ mihi placet. noli assensum dare malum est vt facias illud ad me potius intẽde mihi acquiesce post me veni sectare quã suadeo sequere quo precedo. Clamat ecõtra tibi pater tu?: fili quomõ me deseris? ego te genui ego in hanc vitã pduxĩ: ego alui & nutriui moribus & disciplina institui. Dicit econtrã tibi deus tuus. Ille quidem te genuit sed quando genuit de meo accepit quod tibi dedit. Substantiam de meo generãs ministravit: sed vitã generato dare non potuit. Ego quã tibi de meo a me ministrabat per illum solus viuificauĩ sine illo. Ego tibi dedi vitã tuã & mortem meã: non est mortu? p te pater tuus sicut ego mortu? sum pro te vt tu viueres in me: nõ me in causa precedere debet qui in grã & beneficio antere non potuit. Non illum igitur audias contra me: nõ illum sequeris in eo quod mihi displicet. nihil illi debes nisi propter me: a quo nihil accipere potuisses nisi datũ fuisset a me: hoc dico hoc intende. Si quando aliquid tale contigerit siue pater siue mater siue frater siue soror siue vxor siue filij: adhuc amplius dico etiã si anima nostra auertere voluerit nos a deo nõ non debemus illã audire nec ad illã attendere neq; sequi desideria illius. Euangeliũ nobis clamat. Qui nõ dimiserit patres aut matrẽ fratres aut sorores vxorẽ & filios adhuc autem & animã suã propter me nõ est me dign? Omnis pietas illic impietas ẽ vbi ad hoc pius sis vt impius efficiaris. Videte ergo quia gtra causaz dei nulla causa stare potest: imo etiã nec causa est que illi aduersat que summa & sola est. Ad hunc modum dimissa propter deum non est peccatum si alij giungitur. Iniuria enim creatoris solum ius matrimonij. Si infidelis discedit discedat: non est subiectus

seruituti frater in eiusmodi seruituti subiectus esset si vel tra-  
 heret inuitus vel teneret non voluntari. Nihil illi debet siue  
 discedat siue maneat. Perdidit ius suum qui creatori iniuriā  
 facit. Si vero discedit infidelis discedat nihil ad nos: non cogit  
 fidelis quasi aliquo debito obligatus: aut sequi discedentē aut  
 sustinere stemmentem nō est subiectus seruituti: liber est vt  
 faciat quod vult tñ in dño. Ducat vxorē si vir ille est: si femina  
 est nubet: quā vult eligat societatem: nō iam tenetur debito  
 prioris societatis cuius ius solutū est ppter iniuriā creatoris  
 que videlicet iniuria creatoris non solū tunc excusat fidelem  
 qñ ab infideli ppter deum dimissus alteri sine culpa coniungit  
 sed tunc etiaz excusat qñ ipse fidelis magis societate fidelem  
 eligens: infidelē cohabitare quid nōlentē. sed fidem recipere  
 renuentem xpiana deuotione detestat. Siue enī discedat siue  
 manere eligat infidelis: nihil illi debet q̄ fidelis factus ē: nemo  
 illum cogere potest quin faciat quod velit. Iniuria creatoris  
 soluit ius matrimonij: nō potest iam infidelis ab illo quicq̄  
 exigere: quia in illo debitū suum perdidit postq̄ creatori id  
 quod debet reddere cōtemnit: habet iam fidelis causam qua  
 iuste negari potest etiam id quod prius debuit et quod adhuc  
 quidem debuisset si causam interuenientē et debitum ipsum  
 soluentē non habuisset. Ergo liber est fidelis si sociū fidelez  
 eligere vult: nemo illum prohibere potest. Tamē si patiat  
 infidelem cohabitare volentem opus perfectionis facit ad lu-  
 crandum proximū suum: sicut dicit apls. Sanctificatus est  
 vir infidelis per mulierē fidelez et iterum mulier infidelis per  
 virum fidelē. Si ergo fidelis infidelē consentientem cohabitare  
 ad hoc patitur vt de infideli faciat fidelē siue faciat siue non  
 faciat q̄ntum in se est lucratur aīam fratris sui et implet opus  
 pietatis. Si at̄ pati non vult detestans infidelitatem eius non ē  
 subiectus seruituti in eiusmodi frater. Nemo illū cogere potest  
 si vult quin infidelē deserat: neq̄ prohibere etiam si voluerit  
 quin se fideli coniungat. Infideli peccatū est qui fidelē respuit:  
 cuius culpa soluit ius matrimonij: ita vt iā exigere iure non  
 possit: quod si exigeretur sine iniuria negare non posset. Culpa  
 quippe infidelis fidelē a debito soluit sicut ecōtrario iusticia  
 fidelis infidelem debito astringit. Itaq̄ non peccat fidelis si  
 alteri se coniungit quando a iure matrimonij aduersus infi-  
 delem solutus est: sed infidelis etiā derelictus sine culpa alie  
 nam societatem non appetit quem adhuc ius matrimonij et  
 debitum conjugalis federis erga fidelem astringit. Ergo nō  
 potest adulterium vocari si fidelis alteri coniungitur: infidelis  
 aut etiā derelictus crimen adulterij incurrit si alteri copulat



Propterea si fidelis etiam ab eo quod licet pro periculo proximi vitando se temperat perfectius opus facit: ad quod tamen nullatenus cogi potest. quia non debiti opus est sed caritatis officium: sic dicit beatus Augustinus in libro de adulterinis coniugijs. Dissensionem fidelis ab infideli dominus non prohibet: quia non est iniusta coram eo: sed apud consilio caritatis non solum ne dimissi scandalisent: sed etiam cum in aliena coniugia ceciderit adulterinis nexibus colligati difficillime ab infidelitate resoluantur. Itaque adulterium committit infidelis si alteri se sociat quod a debito prioris pacti solutus non est: sed dicitur. Ecce infidelis quicumque paganus siue iudeus christianus efficitur uxorem quam prius habuit: quia eum ad fidem sequi non vult fidei libertate derelinquitur aliam fidem ducit: prioris spreto se videns alteri nubit adulterino sexu se alligans. Contigit postea ut compuncta infidelitatem suam horrere incipiat ad fidem veniat christiana efficiatur. Quid de hac muliere nubere volenti faciendum est. Continere non potest: exoptulat ab ecclesia ut vel virum suum recipiat aut alteri nubere concedat. Quid illi dicit ecclesia. Si virum suum illi reddidit soluit matrimonium quod christiana sanctitate firmatum est: et adulterium eum facit cum viuentis uxore sua quam fidelis fideliter legitime duxit alteri copulatur quod omnino fieri non licet: ergo non reddet illi ecclesia maritum suum. Quid igitur illi dicit? Si ergo dixerit illi ut alteri nubat adulteram eam facere videtur: quam nondum solutam a lege viuentis viri cum altero coniugium copulare sedit. Non igitur aliud superesse videtur: nisi ut hanc mulierem ecclesia ad continentiam seruandam cogat que peccato suo obligata videtur ut nec suum habere possit nec alterum: sed si hoc ecclesia fecerit contingere potest ut scandalisat mulier illa et fidem christianam abhorrens ad infidelitatem reuertatur. Alie quoque mulieres siue viri in infidelitate constituti quarum mariti et quorum uxores iam ad fidem transierunt: et ipsis derelictis cum alijs fidelibus coniugia inierunt: hoc cognito ad fidem christianam venire pertimescant: et subsequatur perditio multorum dum fidem fugiunt: quia continentem esse vel nolunt vel non possunt. Postremo si mulier ista post perceptam gratiam baptismi de prioris peccato adiudicatur: videtur imperfecta fuisse gratia et non totum quod precedebat in culpa lauacro regenerationis ablutum: nec vix iam esse quia vetera inserunt et noua facta sunt omnia. Propter hoc liberata videtur mulier hec postquam fidem precepit et sacramentum libertatis et nouitatis induit ut deinceps prioris copule debito non teneatur. Iustum est enim ut quam iniuria creatoris obligauit reuerentia: nunc

et fides eius absoluat. Propter hoc non prohibet ecclesia eius modi si continentia seruare noluerit cum alijs matrimonio copulari. Potest autem queri si contingat eum qui prior ad fidem venit conjugale copulam non inisse: donec eum alter qui in infidelitate remanserat subsequatur: quid ecclesia de huiusmodi facere debeat. sed dubium non est tales priusquam in fide vnum facti fuerint si continere noluerint in idipsum redire debere: ac denuo christiana deuotione conuenire ad proprijs matrimonij quod non sine creatoris institutione inierant debitum persoluendum. Hoc etiam queri potest si eo qui prior ad fidem venit fidei matrimonio alligato: ille qui in infidelitate remansit cum illo cui se nexu adulterino iunxerat ad fidei pariter subsequatur: utrum ecclesia tolerare debeat ut prius fidem suscipere simul maneant qui in infidelitate positi male iuncti fuerunt: sed eadem gratia interueniente et vetera omnia delente nihil impedit quin bene in Christo simul permaneant: qui extra fidem Christi male sociati fuerunt. De his etiam queri potest qui in infidelitate constituti cognatas suas ducunt aut alias quoscunque quibus lege christiana sociari non potest: aut si forte simul ambo ad fidem veniant utrum ecclesia huiusmodi copulam tolerare possit. Sed alia ratio hec est quia baptismi gratia culpam delet non naturam: in baptismo quod generis est in natura sanctificatur: quod criminis est in culpa excusatur. Propterea christiana religio scedere non debet cum ad iudicium eius peruenerit quod extra ipsam quidem ante potuit inchoari sed in ipsa non debet tolerari. Hec vero que supra memorata sunt de utroque sexu simili modo pensanda sunt: siue vir mulierem: siue mulier virum in fide Christi preueniat.

**¶ De Consanguinitate et de gradu consanguinitatis**

**¶ Ca. viii.**

**P**rimo gradus superiori linea continent pater mater: inferiori filius filia quibus nulle alie persone iungunt. Secundo gradus continent superiori linea auus auia: inferiori nepos neptis: in transuerso frater soror que persone duplicant. Auus etenim et auia tam ex patre quam ex matre accipiunt. que persone subsequentibus quod gradibus simili pro substantia eorum que in quod gradu subsistunt in ipso ordine duplicant. Iste persone in secundo gradu ideo duplices appellantur: quia duo auus et pater est et mater. Et duo genera nepotum sunt siue ex filio siue ex filia procreati. Et soror ex transuerso veniunt: id est aut frater aut mater: que aut patrum aut auunculum nominantur: que et ipsi huiusmodi ordine duplicantur. Tercio gradus veniunt super patruum patrua infra pronepos proneptis: ex obliquo fratris sororisque filius vel filia patruum amita id est patrum frater et soror

**A**uunculus matertera id est matris frater et soror. Quarto gradu veniunt supra abauus abauia: infra abnepos abneptis. Patruelis frater soror patruelis id est patrum filius vel filia consobrinus consobrina id est auunculi et matertere filius vel filia. Amitinus amitina id est amite filius vel filia. Itemque consobrini qui ex duobus sororibus nascuntur: quibus accrescunt patruus magnus amita magna id est auu paterni frater et soror. Auunculus magnus matertera magna id est auue tam paterne quam materne frater et soror. Quinto gradu veniunt supra atauus atauia: infra adnepos adneptis: ex obliquo fratris et sororis proneptis fratres patruelis sorores patruelis. Amitini amitine consobrini consobrini filius vel filia proprio consobrinus consobrina id est patrum magni amite magne auunculi magni matertere magne filius vel filia: quibus accrescunt patruus et pamera hi sunt proauu paterni frater et soror pauunculus pmatertera: hi sunt proauue paterne materneque frater et soror proauiaque materni. Hec species nec alijs gradibus quam scripta est: nec alijs vocabulis declarari potest. Sexto gradu veniunt supra triauus triauia: infra trinepos trineptis: ex obliquo fratris et sororis adnepos adneptis fratres patruelis sorores patruelis amitini amitine consobrini consobrini patrum magni amitine magne auunculi magni matertere magne: nepos neptis proprio consobrinus filius vel filia qui consobrini appellatur: quibus ex latere accrescunt propatrum proamite pauunculus pmatertere filius vel filia adpatrum adamita: hi sunt abauu paterni frater et soror abauunculus abmatertera: hi sunt abauue paterne materneque frater et soror abauiaque materni. Hec quoque explanari amplius non possunt quam ipse auctor disseruit.

**De Affinitate****Ca. xv.**

**S**eptimo gradu sunt qui cognati recta linea supra infraque proprijs nominibus prioribus non appellantur sed ex transuersa linea continentur fratris sororis adnepos adneptis consobrini filij filieque successionis. Idcirco gradus septem constituti sunt: quia ulterius per rerum naturam nec nominari inueniri: nec vita succedentibus prorogari potest. In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: ultra quam affinitas inueniri nec successio potest amplius prorogari.

**De Spirituali germanitate****Ca. xvj.**

**C**onsanguinitas dum se paulatim per paginam ordinibus dirimens usque ad vltimum gradum subtraxerit et propinquitatis esse desierit eam rursus lex matrimonij

vinculo repetit & quodammodo reuocat fugientē. Ideo autē vsq;  
ad sextū gnis gradū cōsanguinitas gstituta est: vt sicut sex  
etatib; mūdi gnatio & hoīs status finit: ita ppinqutas gnis  
tot gradib; terminet. Hoc mō filius & filia qđ est frater &  
sōrē sit ipse trunc;. Illis seorsum se iūctis ex radice illi; trūci  
egrediunt istī ramusculi nepos & neptis: p̄m; p̄nepos & p̄-  
neptis: scđs abnepos & abneptis: terci; adnepos & adneptis  
q̄rt; trinepos trinep̄t; q̄nt; trinepot; nepos & trinep̄t; nept;

**Quomodo computandi sunt gradus consan-**  
**guinitatis**

**Gregorius papa**

**G**rogeniē suā vnūq; ad septim; obseruare decreuit  
gnatō; & qđ diu se agnoscūt affinitate pp̄q; ad gni-  
galē copulā accedē denegam; qđ si fecerit separēt.  
**A**lexander ep̄s seru; seruoꝝ dei oīb; ep̄is & clericis  
necnon iudicib; p̄ italiā gstitutis salutē & aplicā be-  
nedictiō;. Ad sedē aplicā plata ē q̄stio nouit exorta  
de gōib; ganguinitatis quā qđā legū & canonū impiti exi-  
stimātes eosdē ppinqtatis gō; ḡ sacros canones & eccl̄ esia  
sticū morē numerare nitunt: nouo & iaudito errore affirmā-  
tes qđ germani frēs vel sōrōres inē se sunt in scđa gnatiōe filij  
eorū vel filie. ī t̄cia nepotes vel neptis eorū ī sexta. T̄ aliq; mō  
p̄geniē cōputantes & eiusmōi sexto eā ḡdu iminantes dicūt  
deinceps viros ac ml̄eres inē se posse nuptialia iura ḡhere &  
ad huiusmōi p̄fanū errore ḡfirmādū in argumēto assumit  
sc̄l̄ares leges q̄s Iustinian; impatoꝝ p̄mulgauit de successio-  
nib; ganguineozum: q̄b; cōsili oñdere moliant frēs in scđo  
ḡdu esse numeratos filios eorū ī q̄rto nepotes ī sexto. Sicq;  
seriē genealogie iminātes numeratiō; sanctorū patꝝ & atiq;  
eccl̄ esie cōputatiō; ad nos vsq; p̄ductā p̄sa qđā calliditate  
disturbare nitunt. Nos vero deo annuēte hāt q̄stio; discutē  
curauim; in sinodo habita in laitanensi ḡsistorio ḡuocatis ad  
h̄ op; ep̄is clicis atq; iudicib; diūsa; puincia; deniq; diu  
ventilatis legib; & sacris canonib; distictē inuenim; ob aliā  
atq; aliā causā; alterā legū alterā canonū fieri cōputationē  
In legib; siq; ob nihil aliud ipsorū ḡduū mētio facta est:  
n̄ vt hereditas vel successio ab vna ad alterā p̄sonā inē ḡsan-  
guineos deferat. Hac igit de causa q̄a hereditates nequnt de  
ferri n̄ de vna ad alterā p̄sonā; ideo curauit sc̄laris impatoꝝ  
in singul' p̄sonis singlos p̄figē gō;. Quozū vero nuptie nō  
valent sine duab; fieri p̄sonis: ideo sacri canones duas ī vno  
gradu cōstituunt p̄sonas: vtrāq; tñ cōputationem si attente  
ac subtiliter fuerit perspecta idem sensisse & eandem esse in sen-  
tēcia: atq; ad eundem terminū conuenire manifestum erit.

Iustinianus namq; vsq; ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret in suis legibus non diffiniuit. **C**anones vero ultra septimam nullam numerant generationē. **S**exto q̄ppe gradu determinato in ip̄is legibus subintulit imperator: ha c̄tenus ostendisse sufficiat quēadmodum gradus cognatiōis numerentur. **N**āq; ex his palam est intelligere quēadmodū vltiores gradus numerare debeamus. **G**nata q̄ppe persona gradum adicit. **E**cce in his breuib; verbis aperte ostendit tales gradus quales isti computāt: non t̄m vsq; ad sextum verū & ultra numerare debere. **Q**uipe cū ultra sex vltiores gradus numerandos esse decernat. **V**bi enim vltiores numerat gradus aperte indicat non sex tantum esse gradus: s; sex finitis & adhuc esse alios numerandos. **V**t ergo veridice leges sint & veraces sint canones: dicamus hoc quod veritas habet scilicet q; non terminat consanguinitas in huiusmodi sex sed terminat s̄m canones in septimo gradu. **V**traq; enī cōputatio sicut superius diximus vno sine excluditur. **N**āq; duo gradus legales vnum gradum canonum efficiūt. **F**res itaq; qui s̄m sc̄ares leges dicunt in secundo iuxta canones numerantur in primo. **F**ilij fratrum qui illic numerantur in quarto hic computant in secundo. **N**epotes vero qui ibi cōputantur in sexto illic numerantur in tercio. **S**ic deinceps q̄ in legibus scribunt in octauo & in x̄ in canonib; diffiniunt in q̄rto & in sexto. **A**tq; hoc modo de reliquis sciendum est vt qui s̄m canones dicunt in sexto vel in septimo: s̄m leges accipiantur in duodecimo vel decimoquarto. **N**am in septē gradibus si canonicē & vsualiter numerant omnia propinquitatum nomina cōtinentur: ultra quos nec consanguinitas inuenitur nec noīa reperiuntur: nec successio potest ampli; prorogari. nec memoriter ab aliqua generatione recordari. **N**e vero in hac computatione consanguinitatē aliq̄ debinc valeat ambiguitas remanere: aliam quam quidam faciunt numerationem in hac etiā dispositione diximus finiendā. **S**unt enim quidā qui non a fratribus sed a filiis eorum id est patruelibus vel consobrinis genealogiaz numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione cōputari debere: quia fratres quasi quidam truncus ex quo ceteri ramusculi cōstantur existūt. **S**ed nec ista graduum cōputatio si bene intellecta fuerit ab ea quam superius exposuimus in sententia poterit esse diuersa.

**¶ Libro tercio institutionū sexto capitulo de gradibus cognationis.**

**I**n hoc loco necesserariū est exponere quēadmodū  
i. gōus cognationis numerent: q̄re in p̄mis amonēdi  
sumus cognationē aliā sup̄ aliā infra numerare aliā  
ex t̄nsuerso q̄ etiā ex latere d̄t. Superior cognatio ē parentū  
inferior liberorū: ex t̄nsuerso frat̄z sororū vel eorū qui vel q̄  
ex his proḡnantur & cōuenienter patruī & amite auunculi  
matertere. Et superior quidē & inferior cognatio a p̄mo gōu  
incipit at ea q̄ ex t̄nsuerso numerant a sc̄do. Primo gōu est  
sup̄ p̄r mater infra filiū filia. Sc̄do sup̄ auū auia infra nepos  
neptis ex t̄nsuerso frat̄ soror. Tercio sup̄ pauus pauia infra  
p̄nepos p̄neptis: ex t̄nsuerso fr̄s sororisq̄ filius filia & ueni  
enter patruū amita auunculū m̄tera. Patruū est p̄ris frater  
quē greci nacpac vocāt. Auunculū est m̄ris frat̄ qui apud  
eos p̄prie Μῆτρος appellat̄ & p̄miscue eneyco d̄t. Amita ē  
p̄ris soror. Matertera ē m̄ris soror: s̄obrini s̄obrini. i. q̄ que  
ex fr̄ibz aut sororibz p̄ḡnantur. S; quidā qui recte s̄obrios  
eos & p̄prie dici putant q̄ ex duobz sororibz p̄ḡnant̄ q̄si s̄o/  
rorinos. Eos vero q̄ ex duobz ḡnant̄ fr̄ibz p̄prie fr̄es patruē/  
les vocari. Si at̄ ex duobz fr̄ibz filie nascūt̄ sorores patruēles  
appellant̄: at eos q̄ ex fr̄e & sorore p̄ḡnant̄ amitios p̄prie dici  
amitine filij s̄obrinū te appellāt si fuēit tua amita. Itē amite  
tue filij s̄obrinū te appellāt: tu at̄ illos amitios. Quinto sup̄  
atauū atauia infra abnepos abneptis: ex t̄nsuerso fr̄s sororisq̄  
p̄nepos p̄neptis: & uenient̄ p̄patruū p̄amita. i. pauī frater  
& soror p̄auunculū p̄m̄tera. i. pauie frater & soror. It̄ fr̄s pa  
truelis sororis patruēl s̄obrini s̄obrini amitini & amitine  
filiū filia p̄prio s̄obrinū s̄obria: hi sunt patruī magni amite  
magne auunculi magni m̄tere magne filiū filia. Sexto gōu  
sunt sup̄ triauū triauia infra trinepos trineptis: ex t̄nsuerso  
fr̄s sororisq̄ abnepos abneptis: & uenient̄ abpatruū abami  
ta. i. abauī frat̄ & soror. It̄ s̄obrini s̄obrini. i. qui que ex fr̄ibz &  
sororibz patruēl vel s̄obrinis vel amitinis p̄ḡnant̄ filiū filia  
Hactenus oñdisse sufficiat quēadmodū gōus cognationis  
numerent. Nāq̄ ex his palā ē intelligē quēadmodū vlteriū  
q̄ gōus numerare debem? Quippe ḡnatio semp̄ q̄q̄ gradu  
adicit: vt longe facilius sit respondere quis quo gradu sit q̄  
propria cognationis appellatione quemq̄ denotare.

### **Epistola Iohannis constantinopolitani episcopi**

**R**egorius papa Augustino anglorū gent̄ episcopo  
q̄nta ḡnatione fideles debeāt copulari dispensatorie  
sic rescribit. Quedam lex romana in republica per  
mittit vt siue frater & soror seu duorum frat̄z germanorū vel  
duarū sororū filiū vel filia misceat̄ sicut experimēto didicim?  
vt tali giugio sobolē nō posse succrescere vñ necesse est vt iā  
quarta vel quinta ḡnatione fideles licenter sibi giungantur

Item Iohannes dicit. Verum post multū temporis a Felice  
mesane sicilie presule requisitus vtz Gregorius Augustino  
scripserit vt angloꝝ quarta generationē contracta matri/  
monia minime soluerent: humillimus pater Gregoriꝝ inter  
cetera talem dedit rationem q̄ scripsi Augustino angloꝝ  
gentis episcopo alumno videri vt recorderis tuo. de sangui  
nitatis siun̄ctione ipsi ⁊ angloꝝ genti que nuper ad fidē  
venerat ne a bono qđ ceperat metuēdo austeriora recederet:  
specialiter non generaliter certissime scripsisse me cognoscas  
vnde ⁊ mihi oīs romana ciuitas testē existit: nec ea intentiōe  
hec illis scripsi mandata vt postq̄ firma radice in fide fuerāt  
solidati si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerit  
non separent: aut infra affinitatis lineam id est vsq; ad septi  
mam generationem iungantur: sed q̄ adhuc illis neophitꝝ  
existentibus eis primum illicita consentire ⁊ eos verbis ⁊  
exemplis instruere: ⁊ que post de talib; egerint rationabiliē  
⁊ fideliter excludere oporteret. Nam iuxta apostolum qui  
dixit. Lac dedi vobis potum non escam. Ista illis modo non  
posseris vt presertim est temporibus tenēda indulgimus: ne  
bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat adhuc  
exueretur sed aliquantulū firmaret: ⁊ vsq; ad perfectionē  
custodiretur. Hec ergo ego Iohannes idcirco prestringēda  
curavi vt hi qui occasione noue dispensationis illicita matri  
monia contrahunt eruditissimum virum causantur non ge  
neraliter quarte gñationis copulaz censuisse: imo venialiter  
simulq; temporaliter permisisse cognoscant.

**Zacharias papa capitulo primo**

**S**erentibus hominibus de germanie partib; didici  
q̄ beate recordationis Gregorius papa: dum eis ad  
religionem christianitatis diuina gratia illustraret  
licentiam illis dedisset in quarta sese copulari generatione:  
quod quidem cristianis licitum non est dum vsq; se cogno  
uerint sed dum rudes erant inuitandi ad fidem q̄q; minime  
scriptum reperimus non ambigamus.

**Item capitulo quinto**

**C**onsobrinā neptē nouercā fratris vxorē vel de ppria  
cognitione vel quā cognatꝝ habuerit nullꝝ audeat  
sibi copulare in siugio. Si quis huic tali coniugio  
nephario suenerit ⁊ in eo permanserit sciat se apostolice au  
doritatis anathematꝝ vinculis esse nodatū. ⁊ nullꝝ sacerdos  
tribuat ei cōmunionē. Si vero suersus diuisusq; fuerit a tali  
copulatione digne p̄nie submittat vt sacdos loci cōsiderauit.

**Decretum Gregorij iunioris.**

**S**i quis fratris uxorem in coniugium duxerit: anathema sit. Si quis de propria cognatione vel qua cognatus habuerit: duxerit in coniugium: anathema sit. Si quis noueram aut nurum duxerit: anathema sit.

**Queda in historia angloꝝ interrogatio Aug. 8.**

**S**i debeant duo germani fratres singulas sorores uxores accipere que sunt ab illis longa progenie generate. Respondit Augustinus hoc fieri modis omnibus licet: nequaquam enim in factis eloquijs inuenitur: quod huic capitulo contradicere videatur.

**Capitulum xxxvij. Gregorius rñtet augustino**

**Q**uoniam nouerca misceri graue facinus est: quia in lege scriptum est. Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim turpitudinem patris: filius reuelare potest: sed quia scriptum est. Erunt duo in carne una: qui turpitudinem nouerke que una caro cum patre reuelare presumpsit: patris profecto turpitudinem reuelauit. Cum cognita que fratris commisceri prohibitum est: quia per coniunctionem priorum caro fratris fuit facta: pro qua re etiam sanctus iohannes baptista capite truncatus: et sancto martirio consumatus est.

**De Affinitate.**

Gregorius seruus seruorum dei Venerio caralitano. Fraternitatis tue studiose sagacitati frater amande: quas debeo refero grates. Quoniam quesisti que debuisti: iocundum reddidisti me. Unde placide ad inquisita respondeo. Sedem apostolicam consulere decreuisti: si mulier copula nuptiali extraneo viro iuncta cognationi eius pertinet. Si eo defuncto cognatio maneat eadem: vel si sub alio viro cognationis vocabula dissoluantur: vel si suscepte soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Est enim verbum domini validum: et forte durabile est: perseuerabile est: immutabile est: non momentaneum: non transitorium. Ait autem per se ipsa veritas: quod deus est verbum dei: celum et terra transibunt: verba autem mea non transient. Antequam deus in carne inter homines appareret: eo inspirate dixit Adam. Quamobrem relinquet homo patrem et matrem suam: et adheret uxori sue: et erunt duo in carne una. Cui non contra dixit dominus. Deinde cum cõiret veritas de terra in terram et inuisibilis in humanitate apparuit: interrogatum est: si licitum esset homini uxorem relinquere: quod prohibens fieri videtur preter si fornicatio sola excluderet copulam maritalem.



Vnde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam quam ante secula manens cum patre verbum inspiravit in adam ipse confirmans quod ipse protinus protulit homo. Quare obrem relinquet homo patrem et matrem et adheret uxori sue: et erunt duo in carne una. Si una caro fuerit: quomodo poterit eorum aliquis propinquus pertinere uni: si non pertineat alteri: Quod fieri minime posse credendum est. Nam uno defuncto in superstitie affinitas non deletur: nec alia copula coniugalis affinitatem prioris copule solvere potest. Sed neque alterius coniunctionis sobolem placet ad ipsius affinitatis prioris siquidem transire consortium: pro eo quod verbum domini validum est. Et forte ut inquit dicit propheta: Quoniam ipse dixit et facta sunt ipse mandavit et creata sunt. Statuit ea in seculum et in seculum seculi: preceptum posuit etc. Non potest per verbum suum atque preceptum efficere duo in carnem unam masculinam et feminam qui innumeram multitudinem sexus utriusque non destitit secum facere unum sicut veritas dixit per se. Non pro eis tantum rogo: sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me ut unum sint: sicut tu pater in me et ego in te: et ipsi in nobis unum sint. Siquis temerario ausu et sacrilego in defuncto querit propinquitatem vel sub altero vocabula affinitatis dissipare: susceptam sobolem alterius copule credens legitime sociari propinquitatis prioris: hic negat dei verbum validum esse vel forte et quod tam facile vel tam velociter querit dissolvere: hic non credit domini verbum manere in eternum. Conspice terram ex quatuor locis distantibus magna inter capedine et confectam et agglutinata finge cuiuscumque figure vel immensitatis corpus volueris.

¶ Ex Concilio matiensis.

**S**ane consanguinitas que in proprio viro observanda est: hec nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne una: quibus illis utque parentela esse credenda est: sic scriptum est: erunt duo in carne una.

¶ Ex Concilio cabillonensi.

**C**ontradictionem que ut in quarta vel in quinta sextaque generatione nullus que amplius coniugio copulet: ubi autem per interdictum fuerit factum inveniunt: separentur.

¶ De Spirituali germanitate Nicolaus salomonis constantiensis episcopi.

**S**uscipite a nobis sanctitas vestra si aliquis homo geminos habere valeat spirituales unamque post alteram: in qua fraternitas tua memisse debet scriptum esse: erunt duo in carne una. Itaque constat quia vir et uxor una caro per nubium efficiuntur: restat nimirum virum operem

constitui illi mulieri cuius matrimonio assumpta vxor comater esse videbatur. Et ideo liquet vitum illi femine non posse iungi in copula que comater erat eius cum qua idem vna fuerat caro effectus.

**De Spirituali germanitate. Item Karulo epō.**

**Q**uis cum spiritali matre fuerit fornicatus. anathe-  
matis percutitur vt scitis iētib. Similiter autem et  
illum percutere promulgamus: qui cum ea quā de  
sacro baptisimatis fonte suscepit: aut cum illa quam ante  
episcopum tenuerit cum sacro crismate fuerit vnctā fornicā  
tionis perpetravit scelus. legitimum tamen si habuerit: non  
dimittere cogatur vxorem.

**Ex Concilio cabillonensi.**

**Q**uidam etiam nobis est quasdam feminas desidiose:  
quasdam vero fraudulēter vt a vitis suis separent  
propriis filios coram episcopis ad confirmandum  
tenuisse. Vnde nos dignum duxim: vt siqua mulier filium  
suum desidia: aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad  
confirmandum propter fallaciam suam aut propter fraudem  
quandiu viuat penitentiam agat: a viro tñ suo non separet.

**Ex Concilio maguntinensi.**

**Q**uo qd interrogasti: si ille qui filiolum suam duxit  
vxorem: et de eo qui concubuit cum matre sua spiri-  
tuali: et de eo qui filium suū baptizauit: et cuius vxor  
eum de fonte suscepit: ea ratione vt coniugij discidium fieret  
si postea in tali copulatione permanere possent. De talibus sic  
respondendum est. Si filiolum aut comatrem suam spūalem  
aliquis in coniugio duxerit: eos separandos esse iudicamus:  
et graui penitentia plectendos. Si autem coniuges legitimi  
vnd aut ambo: ex industria fecerint: vt filium suum de fonte  
suscipiant: vt discidium fiat: tale consilium damus. Si innupti  
manere voluerint: bonum est: sin autē grauis penitentia insi-  
diatori iniungatur: et simul maneāt. Et si superuixerit preua-  
ricator coniugij: acerrima penitentia multetur: et sine spe con-  
iugij maneat.

**Ex Concilio tiburienfi. Item.**

**Q**ui spirituales compatrem habet: cuius filium vel  
filiam de lauacro sacri fontis accepit: et eius vxor com-  
mater non est: liceat ei defuncto compatre suo eius  
viduam ducere in vxorem: si nullum habent propinquitatis  
gradum. Quid enim? Nunquid nō possunt coniungi: quos  
nulla pximitas carnalis: vel nulla genatio secernit spūalis.

Simili ratione que spiritualement habet compatrem: gener ei? fieri non prohibetur. De illa dumtaxat filia qua ipse de sacro fonte non suscepit: spiritualium que patrum: id est compatrum filij vel filie ante siue post compaternitate geniti: legitime coniungi possunt: preter illas personas quibus opatres existunt: quia spiritualement filia patris sui nemo uxorem ducere potest: quoniam filiam eius qui compater est patris sui si filiola patris sui non fuit: uxorem accipere non prohibetur.

**Quid distet inter cognationem siue consanguinitatem et affinitatem et spiritualement germanitatem**

**Capitulum. xvij.**

**T**ria quedam sunt consanguinitas: affinitas: et spiritualis germanitas: in quibus christianorum coniugio lex indicta est. Consanguinitas est inter eos qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas est inter eos qui genere quidem coniuncti non sunt: sed tamen mediante genere iunguntur sociati. Verbi gratia: filius fratris mei consanguineus meus est: uxor eius qui de genere meo non est: per ipsum qui est de genere meo: affinis mihi facta est: et ego illi. Qui ergo de aliena cognatione uxorem ducit: cognatos suos illi affines facit: et est inter mulierem et cognatos viri: siue inter virum et cognatos mulieris: non quidem consanguinitas: sed affinitas: in qua similiter ut in consanguinitate contractus matrimonij prohibetur. In consanguinitate usque ad sextum gradum coniugia sunt vetita. Quedam tamen scripture in sexto gradu: quedam vero in septimo prohibitionem terminari videntur. Ambigua est enim locutio cum dicitur: quod usque ad septimum gradum coniugia copulari non permittuntur. Potest enim et sic intelligi: quia usque ad septimum quidem prohibentur: sed in septimo conceduntur: vel quia septimus gradus ultimus est in quo prohibentur: et post quem permittuntur. Quidam primo gradu posuerunt filios: secundo nepotes: tercio pronepotes: quarto adnepotes: quinto abnepotes: sexto trinepotes: septimo trinepotum nepotes. In hunc modum sex gradus in prohibitione continentur. Qui autem patrem et matrem radicem generationis esse dicunt: filium autem et filiam quasi truncum generationis constituent isti in nepotibus primum gradum deputandum censent: secundum quam acceptio ille gradus qui in superiori dispositione septimus fuit in hac sexto esse ostendit. Gradus consanguinitatis quantumvis intendat sursum et deorsum copulam coniugalem non admittit: sic de filio ad matrem: et omnes qui super sunt hoc est auiam: patrem: et de matre ad filium: et omnes qui infra sunt hoc est nepotem: pronepotem etc. Similiter de patre ad filiam: vel de filia ad patrem

cōsideratur supra & infra. Quapropter inter eos qui a latere descendunt: gradus est consanguinitatis in matrimonio computantur. Quidam affinitatē quinto terminati gradu voluerunt: alij vsq; ad septimum: sicut & consanguinitatē obseruandam esse iudicauerunt. Spūalis autem germanitas siue propinquitas: hoc modo custoditur. Nemo cōmatrem aut filiam spiritualem vxorē ducere potest. Simili modo mulier compatri suo aut filio spirituali: vxorē esse non potest. Filius q; cōmatrem patrē vel filiam spiritualem: vxorē habere prohibetur. Et similiter filia compatri matris sue: aut filio spirituali vxorē esse nō potest. In consilio tyburiensi concedit vt homo defuncto compatre suo: illi vxorē ducat: si ei cōmater non est. Qd si verum est: similiter mulier defuncta cōmatre sua: viro illius nubere potest: si ei compater non est: qd tamen in aliquibus locis inhibitum reperitur.

**Utrum solus qui suppositio dicitur: coniugiū dissoluat** / **Capitulum xviii.**

**A**diuimus aliquando quibusdam vxores incognitas facie desponsantibus alias quasdam viles personas dolo suppositas: vbi quidem si assensum suū postea hi qui dolum sunt passi: facto q; ex intentione non fecerunt: prebere noluerunt: nequaquā coniugium ratum esse debere censemus. Ex intentione enim non factum constat: nec possunt constringi ad exequendum id quod necdum intenderunt cum facerent: nec voluerunt cum scirent.

**Utrum conditio seruilis si nesciatur postea coniugium dissoluat** / **Capitulum xix.**

**Q**ueritur vtrum si qua mulier seruo nupserit: liberū eum existimans: aut liber ancillam duxerit: liberam putans. Postea vbi fraus detecta fuerit: coniugium dissolui debeat. Et sunt qui hūc dolum aliter q; superiorem iudicandū putant. Nam quia non in psona hic: sed in qualitate psonae solum erratur. Idcirco sanctitatem matrimonij preiudicare debere censent. Sed fortassis hoc magis veritati & paci in q; nos vocauit deus conueniat: vt vbi alterius ignorantia culpabilis non esse ostenditur: alterius dolum ad lesiōz innocentis in eo qd fraude usurpauit: stare non permittat.

**Duodecima Pars**

**De Votis** / **Capitulum Primum**



**V**otum nõ soluo: tu postulaſti ⁊ ego q̄dem q̄ ſpõndi ſoluere cogõ. Modicũ inter frequentes occupationes furatus ociũ ſummatim p̄ſtrinxi: ſed nõ plane perſecutus ſum q̄d queſiſti. Queris de votis utrũ pari debito ⁊ eadem neceſſitate aſtringãt p̄miſſores ſuos. Si interrogationi tue t̄m: ⁊ non etiã edificatiõis reſponſum dare vellem. Breuiter r̄ndere potuiſſem: quia non vnum in votis omnibõ debitum eſtat. Verũ q̄a te nõ queſtiõz mouiſſe: ſed edificatiõne magis queſiſſe non dubito: q̄ntum int̄im p̄ tpe poſſibilitas ſe ſuggeſſit et ratio: deuotioni tue ſatiſſacere conatus ſum.

**De q̄nq; modis q̄bus mens agẽda tractat / ij.**

**V**inq; modi ſunt q̄bo mens hũana tractare agẽda conſueuit: cogitatiõne: voluntate: deliberatione: p̄miſſione ⁊ voto. Aliud eſt em̄ cogitare aliq̄d: atq; aliud velle q̄d cogitaueris. Nã ⁊ cogitare potes que non vis: velle autẽ non potes niſi cum placet id q̄d cogitaueris. Verũ aliquotiens eſtingit vt id q̄d ſm delectatiõz placet: ſm rationẽ nõ placeat: ⁊ vt nondũ ipſa ratio acceſcat ad illud vt faciat ipſum q̄d delectat. Et eſt quidem in ipſa delectatione quaſi quedam voluntas facti: ſed in ipſa ratione necdũ tamen eſt p̄poſitum faciendi. Si autẽ ſecutum fuerit poſt voluntatem p̄poſitũ: vt mens in id q̄d delectat aſſenſum cõfirmet: iam tenet: ſiue ad culpam ſi malũ eſt: ſiue ad meritum ſi bonum eſt. Hoc autẽ totum q̄d cogitationis eſt: ⁊ voluntatis eſt: ⁊ p̄poſiti eſt: totum in ipſa eſt ⁊ ad ipſam: ſiue bonum ſit: ſiue malum: ⁊ non tenet niſi in ſe: ⁊ quantum in ſe eſt cum tenet. Cum autẽ promiſſio ſecuta fuerit poſt p̄poſitum: iam obligari incipit aduerſus alium ſponſorẽ ⁊ debitore fit p̄miſſionis ſue pro veritate ſeruãda ad chriſtum. Siquidem bonum eſt quod p̄miſit debitore eſt quia bonum eſt: ⁊ q̄a promiſit. Si autẽ malum eſt q̄d promiſit: debitore non eſt in eo q̄d malum eſt q̄d promiſit: reus tamen eſt quia promittere preſumpſit quod ſine culpa implere non potuit. Nouiſſime ſequitur votum in quo amplius aliquid a promiſſione eſtingit videtur.

**Quid ſit vouere /**

**Capitulum iij.**

**V**otũ n̄ eſt teſtificatiõ q̄dã p̄miſſionis ſpontaneæ: q̄ ad ſolũ deũ ⁊ ad ea q̄ dei ſũt maḡ p̄pe referẽ. vouẽ ſi q̄d eſt teſtificatiõne p̄miſſiõis ſpontaneæ deo ſe obligare ac debitore ſtatue. Nã q̄ p̄mittit ſimp̄t̄ ſpondet ſe facim̄ ali q̄d q̄ vo vouet eſteſtã p̄miſſiõis ſue ⁊ affirmat ipã p̄miſſiõz

vbi in quantum est pmissio tenet: in quantum est abstentio obligatur. **V**otum aut aliud occultum est ad deum & coram deo: aliud manifestum ad deum coram hoie. **O**ccultum votum fractum peccatum est: manifestum aut votum fractum peccatum et scandalum. In illo deus offendit in isto vero etiam in proximo peccat. **Q**uod si quis querat quae vota omnino tenenda sunt: & quae ite sine culpa praetermitti sibi etiam commutari possint: hac prima discretio accipito

**Quae vota tenenda non sunt** **Ca. iij.**

**C**riptura dicit. **V**ota stultorum frangenda sunt. **V**ota quidem stultorum intelligimus ea quae vel de malo fiunt vel de bono male. **V**erbi gratia Siquis voueret quempiam interficere: siue quodlibet aliud in quo culpa ostaret se facturum votum de malo esset & malum esset: & ideo soluendum esset in quo prima culpa fuit vouere: secunda foret si impleat perficere. **S**imiliter & votum de bono factum si bene non fiat inter vota stultorum quae frangenda sunt deputat. **B**ene aut non fit etiam si de bono sit illud votum: in quo vouetur: vel quod non licet vel quod non expedit. **N**on licet ut simul non consentiente vel contradicente viro suo continentia voueat. **N**on expedit ut si quispiam in ieiunio vel alio quodlibet opere super vires ac possibilitatem suam aliquid se facturum esse proponat. **H**ec igitur omnia inter vota stultorum deputantur: quae vel pueria sunt: vel illicita: vel indiscreta. **V**bi autem & bonum vouetur & bene vouet: quaedam eiusmodi sunt ut commutationem ex dispensatione suscipiant: quaedam vero talia ut recompensationem omnino non admittant.

**Quod votum nullam commutationem admittat** **Ca. v.**

**V**is scire quae sunt illa quae commutationem non patiuntur: factassis mihi non credis quod auctoritatem queris. **S**i quidem ex vniuersis vnum ego proferre voluero. **E**st tamen quoddam quod commutationem nullam admittit. **N**am dispensatio esse non potest: vbi recompensatio esse non potest. **D**ispensatio quippe nomen dispendij est: & detrimentum sonat quantum in ipso est. **S**tultum vero est voluntarie damnum sustinere: vbi nullum lucrum consequitur. **V**bi autem in paruo detrimentum: voluntarie detrimentum tolerat: ut in maiori lucrum perueniat. **H**oc dispensatio vocatur: & bona est dispensatio ista. **E**cce ergo quomodo bene in illo voluntarie damnum sustineri potest: quo magis nihil accipi potest? **N**unquam est si auctoritatem vis quod commutationem non recipit. **N**on ego dico sed veritas dicit: & si ego dico: post veritatem dico & secundum veritatem: quia non dabit homo commutationem pro anima sua. **S**ed forte ridebis & dices: quia non dixit veritas non dabit: sed quam dabit homo commutationem pro anima sua. **E**cce igitur non affirmavit: sed interrogavit: & tu responde si potes: quam dabit

homo commutationem pro anima sua. **V**ides manifeste quia unum est quod commutationem non recipit: neque dispensatio: admittit: hoc si voues imo quia voues non enim bonus esse potes: si hoc non voueris: redde quod vouisti: et ipsum quod vouisti redde: quia si aliud reddere volueris: non accipitur pro isto: quodcumque illud fuerit. **V**ouete inquit psalmista & reddite d. d. v. o. q. i. e. a. m. **Q**ue munera: **A**fferete domino filij dei a. d. f. a. forte ista sunt munera que vouere nos iubet et reddere psalmista: arietes et filios arietum cum dicit. **V**ouete et reddite. d. d. o. q. i. **Q**ue munera: **A**udi quid sequitur. **T**erribili et ei q. a. s. p. t. a. o. r. t. **Q**uid hoc pertinet ut postquam dixerat: **R**edдите domino deo vestro munera. statim subiungeret. **T**erribili et ei qui aufert spiritum principum nisi quia ipsa munera ipsum spiritum significare voluit: **S**i spiritum principum aufert: auferre non poterit spiritum tuum: **R**edde ergo voluntarius: ne amittas inuitus. **V**ouete et reddite d. d. v. o. q. i. e. a. m. **T**erribili et e. q. a. s. p. t. a. r. t. **V**ide ergo frater quid est quod vouere et reddere nos oportet domino deo nostro quod si prius vouere vel post votum reddere nolumus: tamen retinere non valemus. **S**i reddimus accipiet: si non reddimus tollet. **S**i reddimus: pro dato remunerabit: si non reddimus: pro non dato condemnabit. **S**i enim reddimus: quod nostrum est damus: et reputatur ad iusticiam si autem non reddimus: quod alienum est retinemus: et imputatur ad culpam. **Q**ui amat inquit animam suam perdet eam et qui oderit animam suam propter me: inueniet eam. **S**eruat sibi quod mihi tribuit et sibi qui retinet amittit. **V**ouete ergo et reddite. **S**i voues animam tuam: redde animam tuam. **N**oli putare quod reddere possis pro anima tua pecuniam tuam: hoc enim est plus vouere et minus reddere: et non esset equa recompensatio. **S**i tua das deo: te ipsum dyabolo: non est equa participio. **N**onne si recte offeras et non recte diuidas: peccasti. **P**lus valet anima et minus pecunia. **N**onne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum. **S**i plus est anima quam esca: plus utique est quam pecunia: quia et esca plus est quam pecunia. propter escam enim datur pecunia: etsi esca non esset: pecunia quid esset. **N**am quod plus confert et prodest: ipsum plus esse necesse est. **S**i ergo voues animam: noli pro anima dare pecuniam: quia si hoc facis fraudem facis: plus vouens: et minus reddens. **C**um pro anima tua non potes dare pecuniam tuam: **N**isi forte pro anima tua ita pecuniam tuam dare volueris: ut anima tua data acceptabilior fiat pro illa: cum illa amatur: pro illa sine illa non accipitur. **N**oli ergo putare quod pro anima tua: id est pro commutatione anime tue pecuniam tuam dare possis:

Quia & ipse pecuniam tuam sic datam non acciperet: & tu animam tuam seruare non posses sic retentam. Ita q; & pecunia amitteretur: & anima non seruaret. Hoc igitur vnum est quod recompensationem non accipit.

**Que vota mutationem patiuntur (Ca. vi.)**

**Q**uætera omnia p loco & tempore & causa mutationis admittunt. Vouisti aurum: argentum reddere potes: qd quia precio minus est: in pondere maius esse potest. Vouisti peregrinationis tuam dno: commutationem admittit: si forte expediat magis qd contingere potest: vt pmaneas in patria tua & in domo tua. Nam si illic psoluere potes: aliud tantum valens: siue ad labore operis: siue ad deuotio virtutis: siue ad utilitatem administrationis mutationem dare potes. Vouisti ieiunium: & hic mutatio esse potest: si forte hic non impediatur: qd contingere potest. Aliud adhuc dico. Vouisti deo seruire in loco aliquo: vel in habitu vel in societate aliqua: dico quia et hoc totum mutationis habere potest: quia potest & locus destrui & homines mori: & habitus mutari. Nunquid putas ideo pdis animam tuam si locus aliquis vastatur: aut si homines moriuntur. Tantummodo ex te non fiat: qd in illis fit: neq; in te remaneat qd a te fieri debuit. Non est periculum tuum: vbi non est culpa tua: fac qd potes tu: & quantum potes: & sufficit tibi. A bona voluntate non amplius exiguntur: nisi quantum potest. Si autem aliquid horum voueris vel similitum aliquid q vel in vitis auferri possunt: vel a volentibus commutari: & implere quidem vales qd vouisti: non est in tuo arbitrio commutatio voti tui etiam si maius aliquid videris vel melius faciendum qd facias potest quidem dispensatio fieri circa te: sed non debet fieri a te. Nam tu quidem quantum in te est hoc debes qd vouisti ipsum & non aliud. Non tibi licet pro alio aliud commutare: sed dispensatori magistro tuo si voluerit & expedire nouerit: licet aliquid accipere. Si idem qd a te datur debitum est: si aliud aut ab illo accipitur: indulgentia est. Nam & iccirco dispensator dicitur ille q subiectis omnibus hinc utilitatem & fructum recompensationis diuersa quedam a primis & alia ab his q proposita fuerant salubri ac rationabili mutatione impendere potest. Sicut ergo votum tuum in tua constat voluntate: sic commutatio voti tui in illius est potestate. Illic p te operari potes bonum qd delectat: hic aut psulere illum debes: qd magis expediat. Est & adhuc amplius aliquid qd dictis adiendum videtur. Ecce vouisti virginitate carnis tue dno deo tuo: dico q reddere debes qd vouisti. Non licet tibi retrospicere: vt deinceps ad experientiam carnis descendas. Dico ergo tibi: redde qd debes. Non licet tibi aliud p isto



reddere: si istud potes reddere. Sed quid facimus: Ecce vouisti & votum non tenuisti: quia virginitatem amissisti: non potes amplius reddere virginitatem: non potes dare quod non habes. Semel amissa est virginitas: amplius reparari aut recuperari non potes. Quid ergo facies? Quid reddes domino deo tuo pro virginitate quam vouisti & post votum amissisti: Est ne aliquid aliud quod pro ista reddi possit: ut debitum reddatur: et votum impleatur. Si nihil est aliud quod pro isto reddatur: salus non est his qui hanc vouerunt: & amissam iam reddere non possunt. Nunquid igitur fontem misericordie precipere audebimus huiusmodi? Dicat hoc qui audeat: ego non presumo nec volo. Videat qui hoc dicere voluerit: ne forte sibi in periculum struat. Ergo aliud est quod reddere possis pro virginitate tua: si eam perdidisti. Quid aliud? Redde penitentiam tuam: redde contritionem tuam: redde humilitatem tuam. Pro virginitate carnis: redde humilitatem cordis. Pro carne fracta: frange cor. Humilitatem per se debuisti: etiam si virginitatem habueras: & tamen si virginitatem reddere non potes: redde pro illa humilitatem: & satisfacet tam pro se quam pro illa. Vide quanta sit virtus humilitatis. Socia est virginitatis humilitas: & socia humilitatis virginitas. Et non potest si abest humilitas: satisfacere deo virginitas: potest autem etiam si abest virginitas: satisfacere deo: si habeatur vera humilitas. Est igitur aliquid quod reddas pro virginitate tua: si illam reddere non potes. Est enim satisfacere deo: etiam si istam non offeras. Nunquid sic dico de anima tua: perde animam tuam: ita ut eam amplius reddere non possis. & vide si aliquid tibi superest quod pro illa reddere possis. Propterea dixi tibi: quia hoc unum est pro quo commutatio nulla dari possit: si hoc solum dari non potest. Hoc nisi reddideris: quicquid dederis non satisfacis: hoc si redderis: quicquid non dederis non offendis.

**Pars Tredecima**

**De Vicijs & operibus malis**

**Ca. Primum**

**S**eptem capitalia vicia: siue principalia siue originalia: scriptura commemorat. Que ideo capitalia siue principalia vel originalia nominantur: quia reliquorum omnium caput sunt & principium & origo. Omnia quippe alia ab istis septem vicijs oriuntur: hoc autem interesse videtur inter peccata & vicia: quod vicia sunt corruptiones anime: ex quibus si ratione non refrenentur: peccata id est actus iniusticie oriuntur. Quando autem temptati vicio

consensus adhibetur: actus iniusticie est: qđ peccatum dicitur  
 Itaq; viciū est infirmitas spūalis corruptionis. Peccatum  
 autem ex corruptione oriens: per consensum actus iniquitatis  
 Itaq; viciū absq; consensu infirmitas est: cui in qñtum infir-  
 mitas est: misericordia debetur. Premium autē & corona in  
 quantum ab actu iniquitatis cohibetur. Cum cōsensu vero  
 viciū culpa fit: vbi in qñtum viciū est: malum est: in qñ-  
 tum voluntarium est: pena dignum est. Viciū ergo est in  
 corruptione: peccatum autē est in actione. Actus vero pecca-  
 ti solo consensu perficitur: etiam si foris opus nō fuerit: quia  
 qđ iniquitatis est per consensum prauū in sola voluntate con-  
 pletur: etiā tunc cum ab eo qđ vult perficiendo foris in vita  
 restringitur: facit enim qđ suum est totum: & quod ampli-  
 non facit: suum non est: nec ab ipa est qđ amplius non facit  
 sed contra ipsam. Ita in solo consensu opus iudicatur: cui qui-  
 dem id quod foris est opus tantum in malicia adicit qñtum  
 ipsum qui intus operatur: motum voluntatis ad maliciam  
 accendit. Sic ergo vicia origo peccatorū sunt: ex quib; nascū-  
 tur opera iniquitatis: que quide; sicut dictū est absq; consensu  
 penam habent: quia corruptio sunt: cum consensu autē culpam  
 quia voluntaria sunt. In quātum em̄ originalia sunt: pena in  
 ipsis exercetur. In quantum voluntaria: pena ipsis debetur.  
 Sunt autem hec. Prima superbia: secunda inuidia: tertia ira  
 quarta accidia: quinta auaricia: sexta gula: septima luxuria.  
 Ex his tria hoīem expoliant: quartum spoliatum flagellat:  
 quintum flagellatū eicit: sextum eiectum seducit: septimum  
 seductum seruituti subicit. Supbia aufert homini deū: inui-  
 dia proximum: ira seipm: accidia spoliatū flagellat: auaricia  
 flagellatum eicit: gula eiectū seducit: luxuria seductū serui-  
 tuti subicit. Anima rationalis in sanitate sua: vas est solidum  
 et integrum: nullam habens corruptio;: quam vicia veniētia  
 in eam hoc mō viciant & corrupunt: per superbiam inflatur:  
 per inuidiam atrescit: per iram crepat: per accidiam frangitur:  
 per auariciam dispergitur: p gulam inficitur: per luxuriam  
 osculatur & in lutum redigitur. **S**uperbia est amor proprie  
 excellentie: inuidia est odium felicitatis aliene. Ira irrationa-  
 bilis perturbatio mētis: accidia est ex consusione mentis nata  
 tristitia siue tedium: & amaritudo animi immoderata: qua  
 iocunditas spūalis extinguitur: & quodam desperationis pre-  
 cipicio mens in semetipaz subuertit. **A**uaricia ē immoderatus  
 appetitus habendi. **G**ula est immoderatus appetitus edendi:  
**L**uxuria est concupiscentia explende voluptatis nimia: vbi concu-  
 bitus desiderū sup modū vel extra rōz efferuens. Supbie sūt

duo genera: vnum intus: aliud foris. **I**ntus est superbia: foris iactantia. **S**uperbia in elatione cordis: iactantia in ostensione operis. **S**uperbia in eo quod sibi placet: alienum testimonium despicit. **I**actantia autem ut magis sibi placeat: alienum testimonium requirit. **P**ropterea iactantia per lenitatem blandam se simulat. **S**uperbia vero in tumore crudelem demonstrat. **S**uperbia enim timeri vult: iactantia amari. Et utraq; tamen in eo quod appetit sibi placens diuersa diuerso licet modo inordinate coniungitur gloriari. **S**iquis igitur superbiam et iactantiam sub vno computauerit membro septem inueniet vicia capitalia: de quibus peccata omnia id est actus iniquitatis et iniusticie opera oriuntur. **P**eccata autem alia venialia: alia criminalia dicuntur. **V**enialia sunt que nec facile vitari possunt ut aliquando non fiant: neque multam turpitudinem vel lesionem magnam habent si fiant. **C**riminalia dicuntur que vel lesionem magnam inducunt: vel turpitudinem ingerunt: in quibus vel deus vel proximus multum offenditur: vel ipse qui facit maculatur. **T**alia sunt homicidia: adulteria: periuria: furta: et que his similia adiunguntur: vel continentur in istis sicut rapine: sacrilegia et incestus: et cetera talia. **V**enialia sunt sicut ira leuis et transitoria risus et eiusmodi que sine deliberatione agentium contingunt: siue ex negligentia incaute: siue ex infirmitate precipitantur.

**De Virtutibus et operibus bonis / Ca. ij.**

**S**icut superius diximus: aliud viciū esse: atque aliud peccatum quod ex ipso vicio procedit. Ita intelligimus aliud esse virtutes: atque aliud opera iusticie que ex ipsis oriuntur. **V**irtus enim quasi quedam sanitas est et integritas anime rationalis: cuius corruptio viciū vocatur. **O**pus vero iusticie est in motu mentis rationalis: quod secundum deum incedit a cordis compunctione surgens: et foris usque ad actionis corporalis completionem procedens. **V**irtutes in scripturis plurime numerantur: maxime vero que in euangelio quasi quedam antidota vel sanitates contra septem viciozum corruptionem sub eodem numero disponuntur. **P**rima est humilitas: secunda mansuetudo: tertia mentis compunctio: quarta desiderium iusticie: quinta misericordia: sexta cordis mundicia: septima pax mentis interna. **H**omo igitur in peccatis iacens egrotus est: vicia vulnera: medicus deus: dona spiritus sancti antidota: virtutes sanitates: beatitudines gaudia: per dona enim spiritus sancti: vicia sanantur. **S**anitas viciozum: integritas est virtutum. **S**anus operatur: operans remuneratur. Sic post virtutes: opera bona sequuntur: et ex virtutibus: opera ipsa

oriuntur. Sex opera misericordie in euangelio specialiter a domino enumerantur: in quibus perfectio bonorum operum significatur. Primum est esurientem pascere. secundum sitientem potare. tertium hospitem colligere. quartum nudum vestire. quintum infirmum visitare. sextum ad incarceratum et clausum venire. In his enim necessitatibus. omnis vite humane molestia vel comprehenditur vel figuratur. in quibus quisque propter deum proximo compatitur. misericordiam a deo in sua necessitate meretur.

De Timore & amore

Ca. iij.

**T**ane duo motus sunt cordis quibus anima rationalis ad omne quod factum agendum impellitur. Vnus est timor. alter amor. Hec duo cum bona sunt. omne bonum efficiunt. Per timorem enim mala cauentur. per amorem bona exercetur. Cum autem mala sunt. omnium malorum causa existunt. Per timorem enim malum a bono receditur. per amorem vero malum. mala perpetrantur. Sunt ergo duo hec. quasi porte due per quas mors & vita ingrediuntur. Mors quidem quando aperiantur ad malum. vita autem quando ad bonum referantur.

Quid sit timor

Capitulum. iij.

**T**imor est affectus mentis quo mouetur. ut superior cedat. Amore enim accedit. timore recedit. Si iniusticia perstitisset homo ex voluntate subicere meliori nunc autem ex necessitate subicitur fortiori. Hec est pena illa timoris ex qua seruilis nominatur. quando qui voluntate prius meliori noluit. nunc ex necessitate fortiori subicitur. Quam profecto penam tunc caritas foras mittit. quando subiectio voluntariam facit. quomagus crescit caritas. tantomagus crescit voluntas. quomagus crescit voluntas. tantomagus decrescit necessitas. Et iam perfecta caritate amat ad reuerentiam meliorem voluntarius. non timet ad penam fortiozem inuitus. Querunt de christo homine quomodo timorem domini habuerit. Sed facile est demonstrare quomodo voluntarie patri in quantum ipse homo erat sibi superiori subiciebatur. & spontanea reuerentia cedebat illi quem superiorem cognoscebat dicens. pater maior me est. Sicut igitur amor cum sit motus mentis naturaliter vnus: hinc diuersas qualitates diuersa nomina sortitur. Et dicitur aliquando cupiditas quando scilicet ad mundum est. quoniam vero ad deum est caritas. sic timor cum sit motus mentis naturaliter vnus: hinc diuersos tamen modos

quibus habetur vel operatur diuersis nominibus significat.

De Quatuor timoribus

Ca. v.

**Q**uatuor sane timores sacra scripta discernit. Seruilez mundanum: initialem: filialem. Seruile timor est pro euitanda pena abstinere a malo: retenta voluntate mala. Mundanus timor est pro euitanda pena. Abstinere a bono retenta voluntate bona. Initialis vero timor est pro euitanda pena cum peruerso opere etiam prauas cogitationes refecare. Filialis timor est: bono firmiter adherere: quia illud amittere nolens. Ex his quatuor timoribus duo mali sunt: id est seruile et mundanum. duo vero boni: id est initialis et filialis. Seruile timor penam que ab hominibus inferri metuit: et ideo ei sufficit cessare a malo opere: quia ad oculum famulatur: et reatum conscientie non metuit: hominibus placere volens. Mundanus vero timor hominibus placere non querens: tamen displicere metuens et ipse fingit quod non est: tam mendax in neganda veritate: quam fallax alter in falsitate tegenda. Et utique in veritate offendit: alter quia timide negat quod est: alter quia peruerso simulat quod non est. Initialis vero timor quia eam quam de se comminatur penam declinare satagit: nequaquam sibi sufficere videt ut ab illicita se operatione contineat: quia ei qui cor intuetur non est satis ad probationem si innocens fuerit actio: nisi etiam ipsa cordis cogitatio ante eius oculos sincera atque impolluta appareat. Quia ergo illi displicere metuit: qui videt totum ad perfectam innocentiam coram eo necesse esse consideret ut mundet totum: et ideo iste timor initialis dicitur: quia sub hoc pro bonam voluntatem et virtutem initium capit: et vicium finem. Nec dum tamen perfectio est: quia dum aliud agit: et aliud intenditur ipsum adhuc propter se bonum non amatur. Quando accedit caritas et intrat per timorem istum quod dum monstrat quod fugere debemus amamus periculum quodam modo appetere et desiderare facit presidium. Conuertit ergo cor ad deum: ut quodam modo de ipso fugiat ad ipsum: hoc est dum cauet habere iratum: studeat habere propitium: hunc sequitur timor filialis: qui ex succedente caritate nascitur: ut ipsum timere nihil aliud sit quam degustatum in caritate bonum iam nolle amittere. Et hic quidem timor aliquid pene adiunctum habet: dum in incerto ambulamus et potest in utraque adhuc partem declinare status vite mutabilis. Sed cum mutabilitas nulla erit: tunc nulla ex incerto suspicionis pena inerat: et tunc timor quodam modo sine timore erit: ubi et de stabilitate certi erimus: et tamen reuerentiam creatori exhibere non desistemus.

De Caritate

Capitulum. vj.

**E**minam nobis scriptura facta caritatem emendat  
 dei & proximi. Caritatem dei: vt sic ipsum diligam⁹  
 vt in ipso gaudeamus. Caritatem proximi: vt sic ipm  
 diligamus vt non in ipso sed cum ipso in deo gaudiam⁹. hoc  
 est vt deum diligamus propter seipsum: proximum autem  
 propter deum. **D**eus autem iccirco diligend⁹ est propter se  
 ipsum: quia ipse est bonum nostrum. **P**roximus autem ideo  
 propter deum diligendus est: quia cum ipso in deo est bonū  
 nostrum. **I**llum diligimus: vt ad ipsum veniamus: & in ipso  
 gaudeamus. **I**stum diligimus: vt cum ipso curramus: & cū  
 ipso perueniamus. **I**llum vt gaudium: istum vt gaudij sociū  
 illum vt requiem: istum vt requiei consortem. **Q**uid est deū  
 diligere: habere velle. **Q**uid est deum diligere propter seipm  
 Ideo diligere vt habeas ipsum. **Q**uid est proximum diligere  
 propter deum: Ideo diligere quia habet deū. **S**icut diligim⁹  
 hominem propter iusticiam: id est quia habet iusticiam. &  
 sicut diligimus hominem propter sapientiam: id est quia hē  
 sapientiam. sic diligimus hominem propter deū: id est quia  
 habet deum. vel si forte nōdum habet: quia habiturus est eū  
 vel vt habeat deum. **S**ic itaq; ppter deum hominem diligim⁹  
 quem utiq; propter deum non diligeremus: si deum non di-  
 ligeremus. quemadmodum cum hominem propter sapientiam  
 diligo. ideo diligo quia ipsam sapientiam diligo. quem pro-  
 fecto non diligerem: si sapientiam ipsam ppter quam ipsum  
 diligo non diligerem. Ita cum proximum propter deum di-  
 ligo: ideo diligo quia deum diligo ppter quem ipsum pro-  
 ximum diligo. quez utiq; non diligerem: si deum ppter quez  
 ipsum diligo non diligerem. Sic igit si bene diligo: & bonum  
 diligo. **N**on enim bene diligo: nisi cum bonum diligo. & cum  
 bonum quod diligo non ob aliud q̄ propter bonitatem di-  
 ligo. Si ergo bene diligo: sic diligo. **Q**uomō? **A**micum in deo  
 et inimicum propter deū. **Q**uid est amicum diligere in deo?  
 Ideo diligere: quia deum habet. nō in diuitijs suis: non in for-  
 titudine sua: non in pulcritudine: s; in iusticia sua: in sc̄itate  
 sua: in bonitate sua. **I**lla. n. a si a deo sunt: exē deum diligi pnt  
 & sepe cum diligunt: auertunt & puertunt mentē diligentū  
 se vt deum nō diligant. Ideo pro his deus est laudandus: qa  
 cum dantur: ab ipso dantur: & dona eius sunt: sed in his non  
 est amandus proximus: quia virtus eius nō sunt: neq; bonū  
 faciunt ista hominem etiā si abundauerint neq; si defuerint  
 malum. Bonitas autem bonum facit: & iusticia iustum: &  
 veritas verum: & hec cum assunt: adest deus. quia deus boni-  
 tas ē iustia & vitas. **I**deo ī bonitate & iustia & veritate diligē-  
 dus est hō. & qñ in istis diligit: in deo diligit. qa de⁹ bonitas

est & iusticia & veritas. Si ergo bene diligimus et bonum diligimus: boni sumus. Non enim bonos facit: nisi dilectio bona et dilectio boni. Si autem boni sumus: nullos amicos habemus nisi bonos: & nullos inimicos: nisi malos: quia si boni sumus: nihil nisi bonum diligimus: & nihil preter malum odimus. Si autem amicos bonos habemus: & inimicos malos: amicos quidem in bonitate sua diligere debemus: id est ideo quia boni sunt: inimicos autem quia in bonitate diligere non possumus: quia boni non sunt: tamen propterea diligere debemus: ut bonitatem habeant & boni sint. Et in his omnibus non nisi bonitas diligitur: quoniam nihil diligitur nisi propter bonitatem. Simili modo cum deus diligitur: propter se diligitur: quia ab alio non est: neque aliud ab ipso: quod diligitur in ipso. Cum vero proximus diligitur: non propter se diligitur: sed propter deum: alter id est amicus: quia deum habet: alter id est inimicus: ut deum habeat. Et in his omnibus non nisi deus diligitur: quia aliud non est quam deus: quod & diligitur in illo: quia est: & in isto diligitur ut sit. Ergo cum deus diligitur & cum proximus diligitur: deus diligitur. Quare ergo dicitur scriptura ut deum diligas & proximum: Si in deo deum diligas: & in proximo deum diligis: nec aliud in proximo quam in deo diligis. Quare duo precepta sunt caritatis: Si enim utrobique deus diligitur: in utroque vnum impletur: nisi opus fuerat preceptum geminari de opere vno. Sufficeret si dixisset. Dilige dominum deum tuum: in hoc enim totum est. Qui enim deum vere diligit: ubique diligit. Si diligitur: vere diligitur ubique inuenitur. In seipso & in proximo: intus & foris: sursum & deorsum: longe et prope. Si mel dulce est: dulcis est & fauus. Si mel diligitur: diligitur & fauam receptaculum mellis. Sed cum mel diligitur: ideo diligitur quia dulcedo ipsum est. Cum vero fauam diligitur: ideo diligitur quia dulcedo in ipso est. Mel propter seipsum diligitur: fauus autem propter mel diligitur: et si forte videris fauam non habentem mel: vides receptacula ubi mel esse debuerat: & doles esse vacua: & non placet tibi quod arida sunt: & cupis mel illic esse quod diligitur: & si venit: magis diligitur. Ita dilige deum tuum: quia dulcedo est ipse: & bonitas & veritas. Proximum autem tuum dilige: quia receptaculum est dulcedinis & bonitatis & veritatis: et si in eo inueneris quod habere debet dulcedinem & bonitatem & veritatem: dilige in ipso illa: & dilige ipsum propter illa. Si autem inueneris vacuum bonis suis: dole: quia receptaculum inane vides: & opta ut veniant ad eum et intrent in eum bona sua: ut fiat ipse bonus: habens bona sua sine quibus bonus esse non potest. Dilige ergo deum: quia

bonitas est dilige proximum: quia ex bonitate bonus est. vlt  
si bonus non est: vt sit quia bonus esse potest. Qui enim iam  
esse non possunt boni: diligendi non sunt. nec proximi sunt:  
sed alieni & remoti & extranei. Ne des inquit alienis honorez  
tuum & a. t. c. ne forte impleant e. v. t. & labores tui sint in do-  
mo aliena. Isti ergo sunt alieni & extranei nimis remoti & lon-  
ge facti quibus amplius reditus non patet ad bonu demo-  
nes scilicet vel mali homines cum demonibus damnati. qui  
iccirco a nobis amplius diligendi non sunt. quia ab illo bo-  
no propter quod diligitur: omnis qui bene diligitur irrecu-  
perabiliter corruerunt. Nusq; nobis dicit scrip̃ta vt demones  
diligamus: neq; illos hoies qui iam cum demonib; damnati  
sunt. Illi em̃ proximi non sunt sed remoti & alieni facti a no-  
bis. Nos autem proximos diligere debemus non alienos: id  
est homines non demones. & illos homines qui vel per bona-  
tatem non recesserunt: vel per arbitrii libertate redire possunt.  
No enim omnino longe sunt: qui & si abierint adhuc redire  
possunt. Isti sunt proximi quos diligere debemus: vlt in deo  
si non recesserunt: vel propter deum si redire possunt. Quos  
quando diligitur: vel in eis deum diligitur quia boni sunt  
vel eis bonum diligitur & optamus cum qd non sunt boni  
esse possunt. Propter hoc ergo duo sunt precepta caritatis:  
dei videlicet & proximi: vt per caritatem dei ipm bonum dili-  
gas. per caritatem proximi bonum qd diligit proximo non  
inuideas. Poteras aliquid diligitur: & proximo non diligitur  
Poteras aliquid velle habere: & tamen non velle vt illud ha-  
beret proximus tuus: in deo tn no poteras. Non em̃ poteras  
diligitur deum: nisi diligeres proximu tuum. quia cu inuidia  
et odio deus diligitur non potest: tamen quia in alijs rebus hoc  
facere poteras: vt aliqd velles & proximo tuo non velles: dis-  
tinctum est vt vtrunq; tibi faciendum esse intelligas. q̃uis  
tamen alterum sine altero facere non possis. Quamuis simul  
sint: tamen duo sunt dilectio dei & proximi. Neq; ideo debu-  
erunt in preceptione confundi: qm̃uis non possint in actone  
separari. Duo igitur sut precepta caritatis. Vnum q̃ deum  
diligitur precipim: alterum quo proximum amare iubemur

**Quare non sint tria precepta caritatis.****Capitulum. vii.**

**S**ed dicis q̃re tria data non sunt p̃cepta caritatis: vt  
similiter diligitur ho seipm: sicut diligitur iubet deum  
& proximu. Sed p̃sidera qa superfluu foret vt illud  
fieri iuberet ad qd faciendu sic ho pronus fuit ex se vt illud



aut non posset aut non vellet dimittere: & si prohiberetur  
Non igitur precipiendum erat homini vt si diligeret: sed ti-  
mendum vel cauendum magis erat: ne nimis diligeret. Hoc  
siquidem nature insitum erat. vt se odire non posset: sicut quam  
nemo carnem suam odio habuit: cuius comodum qui nature  
insitus est: appetitus inseparabiliter diligit: & quod aduersum  
est illi: semper detestatur & fugit. Tamen quia questio aliqua  
esse videtur: quare preceptum non est homini: vt diligit seipsum  
Sicut mandatum est: vt diligit deum & proximum suum.  
Considerare nos oportet: si forte in his duobus mandat in  
quibus de dilectione dei & proximi agitur: id etiam quod ad  
diligendum se homini: vel precipiendum vel faciendum est  
contineatur. Duo in homine sunt: anima & corpus: spiritus &  
caro. Vtrunq; deus fecit: & vtrunq; homo a deo accepit. Quod  
autem a deo accepit: totum bonum est. & quod bonum est:  
totum diligendum est. Itaque diligere debet homo totum quod  
a deo bonum accepit: quia bonitati ingratus esset: si quod ab  
ipsa est: totum non diligeret. Bene ergo facit: cum diligit corpus  
suum: ita tamen si bene diligit: id est si in eo diligit in quo dili-  
gendum est. Sicut cum diligit animam suam: bene facit: & melius  
facit cum diligit animam suam: quam facit cum diligit carnem suam  
Et tanto melius quanto melior est anima: quam caro. Itaque in  
vtrunq; bene facit: cum vtrunq; bene diligit. Corpus quidem  
bene diligendum est ad necessitatem: anima vero diligenda  
est ad bonitatem. Caro diligenda est: vt contra corruptionem  
foueatur: anima diligenda est vt contra iniquitatem custo-  
diatur. Vel si necessitas alterius inciderit: & alterum pati ne-  
cesse sit: melius est vt caro sustineat corruptionem: quam anima  
faciat iniquitatem. Vtrunq; ergo diligendum est: sed tamen  
magis illud quod melius est. Quamuis autem vtrunq; dili-  
gendum esset: non tamen vtrunq; vt diligeretur: erat precipi-  
endum. Nam quia pro nature affectum carnis sue amor suffi-  
cienter homini inerat: non erat precepto prouocandus vt illum  
haberet: sed ammonitione potius temperandus: ne minus ha-  
beret. Carnis inquit Apostolus curam ne feceritis in deside-  
riis. Carnem quippe suam homo ante peccatum pro affectum  
nature dilexit ad necessitatem. Post peccatum autem pro vicio  
concupiscentie iam nunc diligere consueuerat ad superfluita-  
tatem. Et ideo in hac parte precepto non eget: vbi per se  
voluntarius est: & si non moneatur: sed prohibitionem potius  
et comminationem: ne imprecipere eat si non teneatur. Sic ergo  
dilectio carnis in precepto ponenda non fuit de qua stabat  
quia satis haberetur: etiam si non preciperetur. De dilectione

verò anime queri potest: vtrum in mandato constituta sit. & si hoc mandatum est homini vt diligat animã suam: vtrum hoc mandatũ aliud ab illis duobus mandatõ que sup̄ dicta sunt in dilectione dei & proximi intelligendum sit: aut idem cum illis: **Q**uid est autem animam diligere: nisi bonum eius amare: **S**icut enim carnem suam amare dicitur: qui bonum illius amat & cõmodum appetit: & odisse quia ea que adũsa sunt illi & noxia: aut studiose agit: aut volũtarie sustinet. Ita q̄ animam suam amare dicit: qui amat ea que bona illi sũt et salubria: & que ad bonum illius comparantur: & salutis p̄ficiunt. **Q**ui autem que illi nocent amat nõ illam amat. **Q**ui diligit inquit iniquitatem: od̄ animam suam. **A**mas liuores et percussuras & vulnera: & dicis amo carnez meam. **Q**ualis amor. **T**u illam ledere & affligere non cessas: & amare te dicis? **S**i amas illam: & ama bonũ illi? **S**i amas illã: bene fac illi si potes: opta si nõ potes. **H**oc est amare bñfacere: & bonũ velle. **Q**ui p̄sequit̄ odit: q̄ fouet diligit. **S**i me diligẽ vis: sic me dilige. **A**liõq̄ si amicos persequeris: & inimicos foues: malo te hostem habere q̄ familiarẽ. **N**os amorem vocamus cũ bonũ diligit: comodũ optatur: salũ querit. **Q**ui hoc fac̄ diligit. **S**i aut hoc est amare: ille p̄fecto animam suã diligit: qui bonũ illius diligit: & qd bonum illi est diligit. **Q**uid est aut bonum anime rationalis aliud: qm̄ deus? **S**i ergo verum bonum anime deus est: ille vtiq̄ animam suam diligit: qui deum diligit quia anime sue bonum diligit. **Q**uid enim putasti tibi dictũ fuisse: quando tibi dictum est: vt deum diligas? **F**ortassis estimabas tibi dici: vt deum tuum diligas sicut diligis vicinum tuum: cognatum: amicũ & pximum. **Q**uomodo enim eum diligis: nisi quia bonum illi cupis & optas: & fac̄ si potes: et facis quantum potes: si diligis quantum potes. **T**antũ enim facis: quantum diligis: si tantum potes: quantum diligis: tñ facis quantum diligis. **S**i aut minus potes: facis tamen qñ: tum potes. **S**i vero plus potes & minus diligis: quantum diligis tantum facis. **Q**uid igitur? **I**ta putas tibi dici vt deum tuum diligas: vt facias vel cupias illi bonum: & non potius vt cupias illum bonum. **N**on illum amas ad bonum suum sed amas illum ad bonum tuũ: & amas illum bonum tuum. **S**ed neq̄ enim sic illum amas ad bonum tuum: vt ab illo sit bonum tuum: & non ille sit bonum tuum. **I**taq̄ amas illum ad bonum tuum: vt ip̄e quem amas sit bonum tuum. **S**i em̄ illum amare vis ad bonum suum: **Q**uid illi boni dare potes quod tu habeas & ipse habeat: qui totũ quod habes ab ipso habes? **O**blit̄ es illi dicẽ deus me? es tu: qm̄ bonorũ meorũ

non eges. **Q**uid ergo illi dabis qui totum habet quod tu habes: & plus habet q̄ tu habes? Tu paup es: ille diues. In hoc mūdo pauperes dant diuitibus: & qui plus habent: accipere possunt a minus habentib; quod non habent. Hic enim qui ditiores sunt: plus habent: qui tamen quia totum nō habent accipere possunt quod nō habent. Deus tuus alias diuitias possidet. **Q**uā tu minus habes: ille plus habet & quod aliquid habes: ille totum habet. **Q**uomodo illū ergo amas: quid illi dabis? Sed dicis: q̄muis dare non possum: tñ optare possum. **C**upio vt illi bonum eueniat: possibilitas quide; mea parua et exigua est ad illum: affectus autem & amor diues in illum q̄d facere non possum: velle possum: facerē quidem si possem sed quia non possum: facio quod possum. **Q**uid facis? Amo deum meum. **Q**uomō amas: cupio inquis bonum illi. **Q**uod bonum illi cupere potest: qui ext̄ illum bonum inuenire non potes? **D**eus summum bonum est: & in ip̄o omne bonum: & omne bonum ipse est. **Q**uid cupis illi qui totū habet: totum possidet: Bonum bono optas: iusticie rectū: sapientie sensum perfectioni incrementum. **S**uperuacua pietate moueris: miserere potius tui: ille satis habet. **T**u illum qui optimus est: meliorem vis facere? **C**um ergo deū diligis: tibi diligis: & bonum tuum est quod diligis: & ad bonum tuum diligis: quia bonum tuum ipse est quod diligis. **C**um diligis iusticiam: **C**ui diligis: sibi an tibi? **C**um sapiētiam diligis: cum veritate & iusticiā diligis: cui diligis: sibi an tibi? **I**psum lumen quod iocundum & delectabile oculis est: cum diligis: cui diligis: sibi an tibi? **S**i est deus tuus cum diligis eum: intellige quia bonum tuum ipse est. **Q**uid est diligere nisi ḡcupiscere et habere: velle & possidere & frui? **S**i non habetur: velle habere: si habetur: velle retinere: q̄muis verū bonum nunq̄ diligere possit: nisi cum habetur: nec haberi nisi cum diligitur. **B**ona ista que foris sunt: sepe amantur cum non habentur: & cum habent: non nunq̄ despiciuntur. **N**on tale est bonum quod deus est: si amatur habetur: si diligitur gustat̄ presens est dilectioni. **S**i potes diligere: potes habere. **S**i hoc das: hoc recipis. **N**on aliud p̄ illo queritur: nec pro alio illud datur.

**Q**uod pure et gratis amat: qui deum propter se amat.

**Capitulum. viij.**

**S**ed forte mercennarius eris: si diligis deum & seruis ei: vt premium ab illo accipias. **D**icūt hic quidam stulti & tam stulti: vt seip̄os nō intelligāt. **D**iligim; deum & seruiamus illi: sed nō querimus premiū: ne mercenarij simus: etiam ipsum non querimus. **D**abit si voluerit: sed nos

non querimus. In tantum enim excutimus manus ab omni munere: ut etiam ipsum non queramus quem diligimus? Pura enim & gratuita & filiali dilectione diligimus: nihil querimus? Ipse cogitet siquid dare voluerit: nos nihil requirimus. Diligimus ipsum: sed non querimus aliquid: etiam ipsum non querimus quem diligimus. Audite omnes sapientes. Diligimus? inquit ipsum: sed non querimus? ipsum: hoc est dicere diligimus ipsum: sed non curauimus de ipso. Ego homo sic diligere nollem a vobis: si me sic diligeretis: ut de me non curaretis. ego de vestra dilectione non curare. Vos videritis si dignum est ut deo offeratis: quod homo digne respiceret. Quomodo ergo inquit mercenarii non sumus: si deum propter hoc diligamus. ut premium ab eo accipiamus. Non est ergo gratis hoc amare: neque amor iste filialis: sed mercenarii & serui qui premium querit pro seruitute sua. Qui haec dicunt: virtutem dilectionis non intelligunt. Quid non est diligere: nisi ipsum habere velle? Non aliud ab illo: sed ipsum. Hoc est gratis. Si aliquid queres ab ipso: gratis non amas. Nunc autem non aliud queres pro eo quod amas: & tamen aliquid queres: & desideras in eo ipso quod amas. Alioquin non amas: si non desideras: sed aliud est pro ipso: aliud in ipso. Si pro ipso aliquid amas: mercenarius es: si in ipso amas & ipsum amas: filius es. Etiam si vitam eternam aliquid aliud esse cogitaueris: & diuersum ab ipso bono quod deus est: & pro ipso adipiscendo tantum seruietis: non est seruitus pura: neque dilectio gratuita. Filii zebedei qui consessum dextere & sinistree petierunt in regno eius quiddam aliud cogitauerunt alienum & diuersum ab isto bono: & pro eo adipiscendo aliquandiu illi adhaeserunt: donec increpati & mutati veritatem cognouerunt & intentionem correxerunt. Putauerunt enim quod deo seruiendum esset pro eo quod ipse non esset: quia non intellexerunt ipsum esse bonum: quod solum amandum est propter seipsum: & quicquid amandum est praeter ipsum amandum est propter ipsum. Quod quidem amatur tanto felicius: quanto ardentius. Qui hoc amat: seipsum amat: quia bonum suum amat: & vere amat: quia verum bonum amat. propterea scriptura non dixit tibi ut diligas teipsum: ne forte errares: & putares indulgendum tibi & studendum his que foris sunt comoda & suauia carni tue: & estimares quod te sic diligere deberes: & occasiones sumeres a scriptura: ut solas carnes foueres: & animam tuam negligeres. propter hoc non dixit tibi ut teipsum diligas: ne hoc intelligeres: ubi magis diligeres: & hoc negligeres: ubi periculosius deperites. Non ergo tibi dixit ut teipsum diligas: nec tamen omnino tacuit cum dixit: ut deum

tuum diligas. cum enim diligeres deū tuum: diligis bonum tuum. & melius bonum: & melioris bonū. et cum diligis bonum tuum: diligis teipsum.

## De Mensura diligendi deum

Ca. ix.

**Q**uāntum autem diligere debeamus bonū nostrum quod deus est scriptura nobis manifestat cum dicitur Dilige dominum deum tuum: ex toto corde tuo & ex tota mente tua: & ex tota anima tua. Quasi dicitur. Non tibi precipio ut tantum vel tantū diligas deum tuum. Quāntum potes: tantū dilige: possibilitas tua: erit mēsurā tua. Quanto plus amas: tanto plus habes: & quanto plus habes: tanto felicior es. Extendere ergo & dilatare quantum potes: ut totum impleatur qđ in te est: etiā si non totum capiatur qđ in illo est. Noli timere quasi tibi deficere debeat ille si minus capax fueris. Cape quantumcūq; poteris: nunq; tm poteris quantum ipse est. Si tantum posses: tantus esses. Nunc autē cresce in illo potes. equare illi nō potes: cresce ergo & p̄fice. Quāto maior eris in bono: tanto melior eris. Si summus esses: optimus esses. Nunc quia summus esse non potes: potes esse in summo et magnum tibi hoc est: & ex hoc tu magnus es si in summo es: & tanto utiq; maior: quanto altior. Ascendis autem cum diligis sursum pergis in caritate: quia caritas sursum ducit: sicut ait apostolus. Adhuc excellentiorē viam vobis demonstrō. Ascende ergo dum potes: modo tempus est crescendi & p̄ficiendi. Postea cum ḡsummabunt omnia: stabit in eo ad qđ pueneris: & erit hoc summū tuū in illo sup̄ qđ nō trāses amplius: sed summū illius non erit: in qđ postea si stas quasi non inuenias amplius qđ crescas. Idcirco ascende dum potes quantum potes nunq; nimis potes: vbi nunq; potes totum: Dilige dominum deū tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente tua: ut ex illo totum tuum impleat etiam si a tuo totum illius non capiatur: totum replet in te: et superabundat in se. Si vas non deficit: oleū sufficit: cor tuū vas est: amor illius oleum est. Quādiu vas habes: ille oleū infundere non cessat: & postea cum tu amplius vas non hēs: ille adhuc amplius oleum habet. Propterea noli parcere illi cape quantum potes. Dilige quantum sufficis: quia ille non deficit. Dilige ex toto corde tuo: & ex tota anīa tua: & ex tota mente tua: id est ex toto intellectu tuo: & ex toto affectu tuo et ex tota memoria tua. Quantum intelligis: tantum sapis: & quāntum sufficis: tantum dilige: totū cognitione impleat: totū dilectiōe afficiat: totū memoria teneat: quicquid de illo in cognitōe & memoriā venit. Si recte totū p̄batur: cur non totū diligat

Quantum illuminaris tantum afficiaris: vt totum dulce sit  
Quatum ergo innotescere dignatur nobis: tñ diligat a nobis  
Totum qd capere possum? diligamus a qñtum possum?

**De Mensura diligendi proximum** **Ca. 1.**

**Q**ue dilectione proximi dicit nobis scriptura. Dilige  
proximum tuum sicut teipsum. Qd mandatum tñ  
perfecto implem? si veraciter id qd nobis cupim?  
bonum: etiã illi cupiamus. In quibus em nosmetipfos recte  
diligimus: proximum nostrum siue ad necessitatem corporis  
siue ad anime salutem sine fictione diligere: & quantum ra-  
tionabiliter possumus: adiuuare debemus. Querunt autem  
aliqui si id qd dictu est: sicut teipsum: hm similitudinem tñ  
siue etiam hm equalitatem intelligendum sit Nam si proxi-  
mos nostros tantu diligere iubemur quatum nosmetipfos:  
videtur quiddam scrupulosum inde oriri: qd non leuiter ex-  
plicare possum? Ecce duo sunt: quorum alteru perire necesse  
est. Datur vni optio: qd velit eligat e duobus quorum alteru  
omnino euitari non possit. Si sua salutem magis eligit: min?  
proximum diligit. Si pximi salutem magis eligit: deũ min?  
diligat q proximum: a quo separari vult propter proximu  
Sed forte quis dicat parem dilectionem: facere non posse ele-  
ctionem. Vtrunq; equaliter velle. a vtrunq; equaliter nolle  
nec posse alterum alteri preferre in optioe: que paria omnia  
constant in dilectione. Sic ergo forte quis hanc obiectionem  
euitare contendat. Sed quid dicemus? Si vnum aliquem ho-  
minem tantum diligere debeo qñtum meipsum: nõne duos  
aut tres aut quatuor diligere amplius debeo: qm meipsum?  
Sic vadunt questiones hominum: a inquietant homines se  
metipfos cogitationibus suis. Dicunt enim. Qd melius est:  
amplius diligendum est. Ponamus tres homines: vnu hinc:  
duos inde: dico quia perire necesse est. aut vnum istum: aut  
duos illos. Dic ergo tu mihi: qd eligis qui proximum tuum  
diligis tanq; teipsum. Melius est perire vnum q duos: quia  
melius est saluari duos q vnum. Ideo inquis magis eligo vt  
pereat vnus & duo saluentur. Ergo vis vt magis saluentur  
duo isti q ille vnus. Nonne ergo illud magis diligis: qd po-  
tius eligis? Ita inquis omnino magis diligo. Vide ergo quid  
sequatur. Superius autem confessus es quia tantum diligis  
vel si non diligis: diligere debes proximum tuum quantum  
teipsum. Si ergo tantum diligis vnum istum tanq; teipsum  
& rursus duos istos plus diligis q vnum istum: plus vtiq;  
duos illos diligis qm teipsum. Et si plus duos istos diligis  
q teipsum: quantum videtur plus duos illos diligis q deum.

propter quos separari vis ab eo: vt deum non habeas: neq;  
 diligas deū ⁊ percas tu vt illi salui fiant. **E**t fortassis aliquis  
 estimabit eiusmodi dilectionem habuisse Moysen: qui iras-  
 centi deo pro salute proximorum se opponens ait. **S**i non  
 dimittis eis hanc noxam: dele me de libro quem scripsisti. **E**t  
 apostolus pro fratribus anathema esse cupit a cristo: vt illi  
 salui fiant in christo. **E**t fortasse hoc aliquis etiam ad amo-  
 rem dei pertinere credat: vt cum tantum diligamus: vt glori-  
 am eius in alijs potius amplificari: qm̄ in nobis coartari cu-  
 piamus. **E**t propterea pro salute multorum nostram nobis  
 perditionem optandam: vt potius multi saluentur: ⁊ nos pe-  
 reamus. qm̄ multi pereant: et nos saluemur. **S**ed considerate  
 quoniam dilectionis ordo talis non est: vt ante se diligit ho-  
 mo qm̄ proximum suum: cuius dilectionem a sua trahere  
 et formare iubetur cum dicitur. Diliges proximum tuum  
 sicut teipsum. **S**i enim proximum suum diligit sicut seip-  
 sum: quomodo proximum diligit: cum seipsum non diligit?  
**S**i enim proximum suum diligit sicut seipsum: profecto  
 hoc illi cupit ⁊ optat quod sibi. **S**i autem hoc illi euenire  
 desiderat quod sibi: quomodo illius salutem desiderat: qui su-  
 am perditionem optat? Itaq; seipsum primum bene diligere  
 debet: vt postea scdm̄ se bene diligit ⁊ proximum suum. **S**i  
 autem se perdere vult: vt saluū faciat proximum suum: non  
 est ordinata dilectio: quia pro anima sua nullam commuta-  
 tionem dare potest homo. **H**oc enim primum a te requirit  
 deus vt animam tuam des illi: deinde cetera adicias: **S**i quid  
 pro isto dare volueris: nō accipitur: nisi dederis ⁊ istud. **P**ri-  
 mum istud: reliqua cum isto. **N**on itaq; dico duos aut tres  
 aut quatuor homines: sed nec totum mundum contra ani-  
 mam tuam diligere debes. **S**i enim aliquid plus q̄ animam  
 tuam diligis: idem ipsum profecto plus quā deum diligere  
 comprobabis: quia animam tuam nō diligis: nisi in eo solo  
 quia bonum illius quod deus est diligis. **I**dcirco primum  
 dilige animam tuam: diligendo bonum anime tue: deinde eti-  
 am dilige proximum tuum sicut teipsum: diligendo ei bo-  
 num quod diligis tibi. **H**oc est enim illum diligere bonum  
 illi diligere. **N**am bonum illius diligere posses: etiam si illi  
 non diligeres. **P**osses enim tibi diligere aut alteri cui libet ⁊  
 non illi. **E**t ita illum non diligeres: quamuis bonum illius  
 diligeres: quia illi non diligeres. **P**osses diligere equum illi-  
 us: vestimentum illius: domum ⁊ agrum: pecuniam illius:

fortitudinem illius: pulcritudinem aut sapientiam illius: quod  
 uis illū non diligeres: quia tibi diligeres non illi. ita bonum  
 illius tibi diligere poteris: et tamen illum non diligere. quia  
 tibi diligēs non illi. Tum uero bonū non poteris tibi diligere:  
 nisi illud diligeres et cuperes proximo tuo. **D**istinxit ergo scri-  
 ptura dilectionem istam secundum illam que in alijs et de alijs bo-  
 nis est dilectionem. primum precipiens homini ut deū dili-  
 gat. Intendens utique ut in eo ipso seipm diligat: quia diligere  
 seipsum non aliud est quam bonum suū diligere. et bonum suū  
 diligere non aliud est quam sibi diligere. hoc est uelle illud et de-  
 siderare. **Q**uia enim omnis qui bonū suum diligit: sibi diligit  
 et rursum quia omnis qui deum diligit: bonum suū diligit.  
 constat profecto: quia nemo deum diligit: qui sibi illum nō  
 diligit. et omnis qui diligit sibi diligit. quia desiderat et habere  
 cupit quem diligit. **I**tem quia non omnis qui bonū alterius  
 diligit: illum diligit cuius bonum diligit: quia non illi diligit  
 bonum quod diligit. **D**istinxit scriptura humane menti secundum ea  
 que in humanis diuisa aliquotiens inueniunt: id quod diuina  
 inseparabile habent dicens homini ut postquam diligeret deum: di-  
 ligeret et proximum suum. nō quod illud sine isto facere posset: sed ne  
 posse putaret. **P**rimū ergo dixit: ut deū diligeret: et in eo ipso  
 dixit ut sibi diligeret: quia omnis qui bonum suum diligit:  
 sibi diligit. **Q**uia uero non omnis qui bonum alterius diligit  
 illi diligit: cuius bonum diligit. **P**ost dilectionem dei: statim  
 subiunxit dilectionem proximi. ut hoc homo proximo suo  
 cuperet: diligendo illum: quod sibi diligendo deum. **N**emo igitur  
 existimet pro eo quod dictum est: dilige proximum tuum sicut  
 teipsum: tantum quemlibet unū hominem se diligere debere  
 quantum se: et duos aut tres aut quatuor plus quam se. **S**i enim  
 tantum se diligit: quantum suum diligit bonum: et tamen diligit  
 bonum suum: quantum diligit deum. consequens erat ut tamen  
 diligeret proximum: quantum deum suum. si eum tantum  
 diligeret: quantum seipsum. **P**ropterea non illi dicitur ut illū  
 tantum diligat: sed ut in eo in quo se diligit illum diligat. ut  
 quod sibi cupit: illi cupiat. **H**oc est enim diligere sicut seipsum  
 cupere illi et optare: quod sibi optat. etiam cupit bonum primum  
 quidem sibi: deinde illi. **N**on enim amat illum sicut se: nisi prius  
 amet se. **E**t in corporalibus quidem bonis que in tamen quidem  
 aliquando coartantur: ut quod ab uno solo possidetur: ad alte-  
 rius usum transire nō possit. nisi ab eo a quo possidetur: totū  
 recesserit. si gratuita caritate et propter spiritualis boni ampliorē  
 remunerationem aut dilectionis homo se supra debitum non  
 extollat. nihil proximo impendere cogitur: quod sue necessitati



debet. Nihil enim proximo debet: nisi prius illud & hinc illud quod sibi debet. Et ideo cum utriusque non potest: primum faciat quod primum faciendum est. De reliquo enim si deest effectus: sufficit affectus. Et fortassis propter hunc affectum ostendendum: moyses de libro scripto deleri potuit: & Paulus pro fratribus anathema christo fieri potuit: non quia deum propter hominem perdere vellent: sed quia deum si fieri posset sine proximo quem diligebat possidere nollent. Affectus enim loquebatur: & quasi de dilectione securus: amato & amanti in dulcedine dilectionis de separatione comminabatur: non quia illius separationem diligebat: sed quia alterius coniunctionem optabat. In eo autem quod proximi bonum amat: & proximo bonum amat: bonum suum amat: & sibi amat: quia bonum sibi est bonum proximi sui. Si amat illud: & cupit illi quod bonum est illi. Verum enim bonum cum invidia non possidet sed & cum caritate feliciter possidetur. Sed dicitis. Quod magis bonum est: magis diligendum est. Maius autem bonum est: duos saluari quam unum. Quapropter si optio data fuerit: quod mali: ego eligere debeo ut multi saluentur quam ego solus. Hoc ergo non attendis: quia maius bonum mihi est ut saluus sim quam ego solus: & plures pereant: quam ut peream solus ego & multi saluentur. Quod autem maius bonum mihi est: a me plus diligendum est: quia mihi primum insitum: ut diligam bonum meum: illud maxime quod verum bonum mihi est: & post illud & hinc illud diligam bonum proximi mei. Secundum me & post me aliquid illi debeo: ante me vel contra me nihil. Alioquin non stare. Diliges proximum tuum sicut teipsum: si illum diligerem odio habens meipsum. Secundum hunc itaque modum non nisi duo sunt precepta caritatis. Primum de dilectione dei in quo homo veraciter diligit seipsum. Secundum de dilectione proximi: in quo proximum diligit sicut seipsum.

¶ Utrum caritas semel habita amittatur ¶ Cxj.

Quidam de caritate tam multa dicere volunt: ut caritatem laudare incipiant contra veritatem. Et non est tamen laus caritatis: ubi est iniuria veritatis. Dicunt caritatem talem ac tantam virtutem habere: ut sine illa relique virtutes omnes quamvis aliquo modo hinc affectu nature ad bonum proclives inesse possint: meritum tamen eterne retributionis apud deum habere non possint. Quod enim sine caritate fit: propter deum non fit: & quod propter deum non fit: deo remunerare non habet: si vult etiam si hinc aliquid bonum est in quo fit. Nature enim bonum est: non gratie. In natura: non super natura. Quod gratie ex natura sola bonum est: in sola natura & meritum illi?

simul & p̄m̄ium est. Itaq; quod sine caritate in sola natura  
 fit: ad illud quod in deo est supra naturam premiū non per-  
 tingit. Liqueat ergo quia bonum operādo summum bonum  
 non meretur: nisi is solū qui id q̄d facit bonum: propter id  
 q̄d facit: summum bonū operatur. Vis mereri deum: fac q̄d  
 facis propter deū. Hoc ergo dicunt de caritate: quia virtus  
 est omnium virtutū: & placent propter ipsam que sine ip̄a  
 et si ad aliquid bona essent: ad summum tñ bonum optinen-  
 dum: bona esse nō possent. Hec oīa de caritate dicta libenter  
 suscipimus: quasi principium bonum sentencie veracis. Sed  
 sequitur aliud q̄d se quidem coniūgit veritati: cum falsum  
 fit illud: vt cum illa ingrediatur: & pro illa suscipiatur: sed  
 nos a tenebris lucem discernimus: & deridemus obscurum  
 q̄d lumini se ingerit: & stare se putat cum lumīe. Si em̄ cari-  
 tas lumē est: error vero & stulticie tenebre sunt: vbi caritas  
 est: lumen est: & non est in ipsa q̄ palpando incedit. Qui em̄  
 in caritate est: aut ambulat & videt & stat: et nō presumit vl-  
 tra quā videt. Quandiu vero in lumine est: siue stet siue am-  
 bulet: errare non p̄t: quia videt vbi est. Qui aut̄ presumptioe  
 sua se precipitat vbi non videt: p̄dit claritatem: quia non hēt  
 caritatem: & quocunq; vltra processerit: error totum est. Sic  
 isti de caritate mentiuntur nescientes caritatem: quia presu-  
 mere non debuerunt in eo q̄d videre non potuerunt. Dicunt  
 quia caritas semel habita: nunq̄m̄ amplius amittatur. Ego  
 igitur illos interrogo: si caritatem vnquam perdidit. Et  
 vtiā iccirco caritatem non perdidissent: quia habitam re-  
 tinuissent. Sed vereor q̄ ideo potius non perdidit: quia  
 nunquam habuerunt. Si autem nunquam habuerunt neq;  
 gustauerunt: quomodo asserere presumunt q̄d nesciunt? Si  
 autem caritatem aliquando habuerūt atq; gustauerunt: ha-  
 bent adhuc ipsam caritatem quam habuerunt: quia hm̄ sen-  
 tenciam ip̄orum semel habitam: amittere nō potuerunt. Si  
 autem habent caritatem: ambulant sec̄m̄ caritatem: & non  
 operantur iniquitatem. Si autem agunt iniquitatem: nō ha-  
 bent caritatem. Si enim deum non diligit qui mundum dili-  
 git: & ea que in mūdo sunt: quomodo multo magis non deū  
 diligit: qui iniquitatem diligit? Qui diligit iniquitatem: odit  
 animam suam: qui odit animam suam: seipsum non diligit:  
 vel si diligit male diligit: quia hm̄ solam carnem diligit. Qui  
 autem non diligit seipsum: non diligit proximū suum sicut  
 seipsum. Qui autem non diligit proximū quem videt: quo-  
 modo potest deū diligere quem nō videt? Isti ergo qui aliq̄n̄  
 operantur iniquitatem: dicant quomodo habeant caritatem

An forte dicent: quoniam non ipsi operantur: sed peccatum quod habitat in eis? Nam & tales fuerunt nonnulli stulti: & non intelligentes id quod homo est: qui putabant quedam peccata etiam cum deliberatione perpetrata eiusmodi esse: ut de ipsis homo dicere veraciter posset. Non ego operor: sed peccatum quod habitat in me non attendentes: quia hoc quidem quod homo concupiscentiam sentit: quia ex necessitate est vite corruptibilis non ipse operatur. Quando vero concupiscentie consentit: quia ex voluntate est: non nisi ipse operatur. Si ergo per propriam voluntatem operantur iniquitatem: non habent utique caritatem. Et quid dicent? Conueniant conscientiam suam: & moderentur scientiam suam. Conscientia humilietur ne scientia infletur. Non ergo de iusticia presumant: ne forte per ipsam false iusticie presumptio: scientiam veritatis amittant. Dicunt: quia qui semel caritatem habet: deinceps eam amittere non potest: hoc est dicere: qui bonus est: malus esse non potest. Quare ergo non similiter dicimus: quia qui malus est: bonus esse non potest. si dicimus: quia qui modo bonus est: malus esse non potest? Qui enim caritatem habet: bonus est: & qui non habet caritatem bonus non est. Si ergo bonus quod habet non potest amittere: nec malus quod non habet potest acquirere. Quod si verum esse constiterit: nec stanti timendum est: nec sperandum iacenti. Nos in tempore sumus ubi incerta voluntur omnia: & tu mihi de tempore eternitate mihi facis? Scriptura dicit quia homo nunquam in eodem statu permanet: & tu nescio quo vnde contendis: quia qui stat: nunquam cadit. Quare ergo dictum est: qui stat: videat ne cadat? Utinam verum esset: si tamen iustum esset: ut in hac vita omnis qui bonus est: malus esse non posset. Sed nunc vita ista hoc habere non potest: in qua & mali expectantur: ut boni fiant: et boni probantur: si ad iniquitatem non declinant. Extra hanc vitam quidam mali sunt: qui boni esse non possunt: & boni quidam sunt: qui similiter mali esse non possunt: quia illi per maliciam ligati sunt: isti per gratiam confirmati. Sed & in his quibus necessitatem natura que ex se mutabilis est nullatenus operatur: quia in alijs ut dictum est mutabilitatem nature: non natura sed malicia in deterius coartat: in alijs vero eandem nature mutabilitatem: non natura sed gratia in melius confirmat. Qui ergo illic mali sunt: boni esse non possunt: & similiter qui boni sunt: mali esse non possunt. Hoc enim eternitatis est & immutabilitatis: ut illic de alio in aliud transit esse non possit. Hic autem mutabitur quoad diu viuere: & malus bonus: & bonus malus esse potest. Et si forte aliquis ita bonus inueniatur qui semper

bonus sit: idem ipse tamen qui bonus est: malus esse potest: quandiu ille qui malus est: bonus esse potest. **V**terq; enim sub tempore uiuit: a utriusq; conditio vna est in tempore. Si dicis. Quid ergo sibi vult auctoritas q̄ dicit. **C**aritas nunq̄ excidet: Audi quid tu fortassis intelligebas: q̄d ex quo semel habetur: amplius nō amittatur. Nōluit hoc dicere scriptura sed aliud quod tu quidem iccirco recte non intellexisti: quia ipsam scripturam nō bene inspexisti. **Q**uid ergo? **Q**uid dicit scriptura illa? Nunc inquit manēt tria hec: fides: spes: caritas. **Q**uid est nunc: hoc est: in hac vita quamdiu q̄d non videtur creditur a speratur: q̄a expectatur a desideratur q̄d amatur. **C**um autem finem acceperit vita hec: a omnia facta fuerint manifesta: quid erit occultum q̄d credatur: quando nihil erit quod manifeste non videatur? **Q**uid etiam tunc poterit sperari futurum: quando omnia presentia erunt: a nihil erit futurum? **D**ictum est quia si vides: non est fides: a iterum: q̄d videt quis quidem sperat? **E**rgo illic nō credes: non dico quia infidelis eris: sed nō credes: quia scies. **S**imiliter dico: q̄a illinc non sperabis: nec tamen dico desperabis: sed ideo dico non sperabis: quia q̄d sperasti: totum habens: nihil futurum expectabis. Nunquid similiter dico: quia illic non amabis? **E**rgo quando adhuc non habuisti dilexisti: a non amabis quando habebis. **A**bsit. Imo multo magis tunc amabis: q̄m quem amabis videbis: a quem videbis habebis. **N**on em̄ sic amor iste ē: vt absens diligatur: a presens fastidiatur. **E**rgo tunc etiam amabis: a multo magis amabis: a remanebit caritas: quando fides a spes amplius non erunt. **H**oc sibi vult q̄d dictum est: caritas nunq̄ excidet: quoniam hic habetur: et illic retinetur. **S**ive prophetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur. **O**mnia em̄ hec in hac vita tantum sunt. **E**tiam ipsa scientia nostra que modo est: tunc non erit. **N**on quia tunc nulla erit: sed quia alia erit. **O**mnia ergo ista cum ip̄a vita excidunt: quia non permanent postea quando videbitur quod creditur: a habebitur q̄d speratur. **C**aritas autem nunq̄ excidet: quoniam a hic est a illic erit et non habebit finem vnquā dilectio: sicut finem non habebit vnquam inspectio. **S**icut nunq̄ separabimur a contemplatione: sic nūquam euacuabimur a dilectione: sed semper videbimus a semper diligemus. **S**ic ergo caritas nunq̄ excidet: quia semp̄ manet. **N**on n. dixit a nullo excidet: sed nunq̄ excidet: quia nō in omnib; manet: a tamen semper manet in quibus manet. **N**am si propterea nō manet semper: quia nō in omnib; manet: ergo nec fides nec spes hic manet: quia nō

in omnibus manet. Multi enim a fide & spe que in deum est recesserunt: & fidem & spem ipsam quam habere ceperat deseruerunt: & excidit ab eis fides & spes etiam in hac vita: nec tamē iccirco minus verum fuit qđ dictum est. Nunc manēt fides: spes: caritas: tria hec. Si ergo fides & spes que hic aliquñ a quibusdam excidunt: tamen hic manent: quia hic nunquā prorsus excidunt que in alijs manent. ergo similiter caritas que aliquando hic a quibusdam excidit: tamen semper manet quia quūvis a quibusdam excidit: nunquā tamen prorsus excidit: quia in alijs semper manet. Neq; enim iccirco perit: si in me perit & mihi perit: neq; propterea destruitur: si a me euacuatur: & in me destruitur: quoniam alteri manet: quod mihi non manet. Sed dicis iterum. Si hi qui mali sunt: futuri & perituri caritatem aliquādo habere possunt. quomodo caritas fons proprius nominatur: de quo non cōmunicat alienus. Qui enim pereunt: alieni sunt. & non pertinent ad nos. neq; ad id qđ nostrum est. Si ergo alieni sunt: quomō de illo qđ nostrum est proprium: communicare possunt. Meum est. Si enim hi qui aliquando alieni fuerunt: proximi facti sunt accedendo. quare non similiter hi qui pximi sunt: alieni fieri possunt recedendo. Si enim accedere possunt qui longe sunt: possunt etiam recedere qui prope sunt. Qui accedunt: reconciliantur: qui recedunt: abalienantur. Si autē qui reconciliati sunt: proximi sunt: ergo & qui abalienati sūt: alieni sunt. Tñ quādiu pximi fuerunt: alieni nō fuerūt: sic hi q̄ alieni fuerunt priusq̄ reconciliarent: proximi non fuerunt. Et qui pximi fuerunt: quādiu proximi fuerunt: de fonte comunicauerunt proprio. Et similiter qui alieni fuerunt: pximi esse ceperūt: quādiu alieni fuerunt: de fonte proprio non comunicauerūt. Cum autē hi qui alieni fuerunt: pximi esse ceperunt: de fonte proprio comunicare ceperunt: & similiter qui proximi fuerūt postq̄ abalienari ceperunt: de fonte proprio communicare desierunt. Et remanet semper fons proprius: de quo non cōmunicat alienus. Alienus enim cōmunicare non potest: & tñ qui alienus est: proximus esse non potest: caritatem malus habere non potest. Sed q̄ malus est: bonus esse potest: quando bonus esse incipit: & caritatem habere incipit. Et quando bonus esse desinit: caritatem habere desinit. & nunquā caritatem nisi bonus habere p̄t: quia caritatem habere & simul malus esse nemo potest. Dicis iterum. Si aliquñ caritas semel habita amittitur: quid est qđ dicit scriptura. Qui amicus est: semp diligit: Si enim qui diligit amicus est: & qui amicus est semp diligit: p̄fecto q̄ diligit semp diligit. Qui autē semp diligit

nunq̄ caritatem amittit. Si ergo vera scripta est: et qui diligit  
semper diligit. qui semel caritatem habet: nunq̄ illam amittit  
**Sic tibi videtur.** Multa sunt talia que deduci quo vis possunt  
sed magnum non est si aliquid dicas. Sed si hoc quod dicitur  
vtrum sic sit dicendum: intelligas. **Qui amicus est: semper diligit.**  
Verum est hoc: quia hoc amicus semper diligit: et inimicus  
semper odit: et tñ qui amicus est: inimicus esse potest et odire  
et qui inimicus est: amicus esse potest et diligere. **Quamdiu**  
**amicus est: diligit: q̄ diu inimicus est: odit.** Sunt aut quidam  
non veri amici: qui in prosperitate amare se simulant: et in ad-  
uersitate probantur quales sunt: propter huiusmodi dictum  
est: quia verus amicus semper diligit hoc est: non in prospe-  
ritate tantum diligit: sed etiam in aduersitate: hoc est semper  
**Non enim est verus amicus: etiam quando amicus esse videtur:**  
qui scdm̄ tempus nutat et in vtrancq̄ partem post fortunam  
mouet. Non talis est ille qui semper diligit: qui hominem amat:  
non pecuniam: amicum: non lucrum. **Qui enim propter solam**  
**pecuniam amat: quamdiu pecunia abundat: amat: qñ pecunia**  
**deficit: dilectio deficit: et non est amicus iam: qui amicus: vi-**  
**debat: imo qui prius amicus non fuit: sed putabatur: nunc**  
**manifeste amicus non esse nec fuisse comprobatur.** Illi ergo  
iure dicitur qui amicus est semper diligit: si amicus fuisti in prospe-  
ritate: dilige in aduersitate. **Quid enim in prosperitate dilexeris: in**  
**aduersitate ostendis: Si enim amicum dilexisti: adhuc ipse est**  
**dilige eum.** **Cur cesset dilectio: cum quod amatur non auferat**  
**Si aut fortunam dilexisti: non habes quod iam diligas: quia**  
**fortuna discessit: et permansit homo solus: hoc sibi vult quod**  
**dictum est: qui amicus est semper diligit.** Instas adhuc quasi  
maius aliquid adducturus ad comprobandum: quia caritas  
semel habita non recedat. **Ostendis integram tunicam christi**  
**que scindi non potuit: etiam qñ christus pati potuit: corpus**  
**christi vulnerabatur: et tamen tunica christi non scindebat**  
**Magnum est quod asserunt: si bene intelligas.** **Quid est enim**  
**tunica christi nisi ecclesia christi: et quid est integritas tunice nisi**  
**vnitas ecclesie: Ecce quod bonum et quod iocundum habitare fratres**  
**in vnu.** **Quod vnu: Manete in dilectione mea.** Ergo caritas vnitas  
ecclesie est. **Et dicit scripta.** **Qui in vnitate ecclesie sunt: perire non**  
**possunt: hoc est quod dicitur voluisti.** **Qui in caritate sunt: perire non possunt: sicut**  
**caritate suam vnitatem noies: idem est: quia vnitas est caritas: et**  
**caritas vnitas.** **Qui ergo in vnitate ecclesie sunt: in caritate sunt: et qui in**  
**caritate sunt: perire omnino non possunt.** **Manifesta est ratio: nemo fidelis**  
**stradicat.** **Nullus in caritate perire potest.** **Ibi perire non potest: sed in exire potest**  
**quod ibi manet: perditionis non timet.** **Caveat ergo ipse ne egrediat foras**

Intus positus perditio non est: sic his qui foris sunt: salus non est: qui incipit exire, incipit perire. Cum autem foris positus ad caritatem reuertitur: ad salutem reperatur. Quid amplius queris? Fortassis aliam unitatem ecclesie interpretari voles de qua veraciter dicere possis: quia iccirco in illa nullus peribit quonia ex illa nullus exibit. Est enim unitas predestinationis de qua dicitur: nouit dominus qui sunt eius: & iterum quia omnes qui in hac unitate sunt: salui erunt quoniam ex his qui preuisi sunt ad vitam: nullus peribit. Sicut enim dicit scripta Quos predestinauit: hos vocauit: & quos vocauit: hos & iustificauit: & quos iustificauit: hos & gloriificauit. Isti sunt ergo diligentes deum quibus omnia cooperantur in bonum: his qui secundum bonum propositum vocati sunt sancti. Nam qui secundum propositum vocati non sunt: & qui ad vitam predestinati non sunt. Et si aliquando deum ad tempus diligant: usque ad finem in dilectione dei non perseverant. Qui postea amissa caritate pereunt: quoniam cum ad iniquitatem ceciderint: ad caritatem non resurgunt: predestinati autem postquam deum diligere ceperint: vel perseveranter diligunt ut a dilectione non cadant vel cum a dilectione ceciderint: iterum ad illam resurgunt: ut non pereant. Quid tibi videtur? Credis ne ita esse ut dico? Fortassis non tibi sufficiet Apostolus qui hoc dicit: propterea quod non existimes ita intelligendum esse quod dicit apostolus? Non omnes diligentes deum: in numero illorum ponere voluit: quibus omnia cooperantur in bonum: nisi eos tantum qui secundum propositum vocati sunt sancti. Manifesta est veritas: nisi eam impudenter negare volueris. Sed dicis fortassis non ita intelligendum esse quod ait Apostolus. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Dicis ergo non ita intelligendum esse: quasi per id quod subiunxit: his qui secundum propositum vocati sunt sancti determinare voluerit quibus diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: sed potius eosdem ipsos diligentes deum dicimus omnes secundum propositum vocatos sanctos. Sic ergo fortassis intelligenda putabis verba apostoli: nisi mihi credes si dicere voluero: hoc ibi significatum esse: quia non omnes preordinati sunt: qui aliquando deum diligunt quia non permanent in eo quod diligunt. Verba Augustini sunt hec: si mihi non credis: illi crede: ut mihi credas: imo non mihi sed veritati credas. Audi ergo quod dicit apostolus inquit cum dixisset. Scimus quomodo diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Sciens nonnullos diligere deum: & in eo bono usque ad finem non permanere: mox addidit: his qui secundum propositum vocati sunt sancti

Hi enim in eo qđ diligunt deum: permanent vsq; in finem: & qui ad tempus inde deuia ut reuertunt: & vsq; in finem perducunt qđ in bono esse ceperūt. **H**oc habes manifeste: quia quidam ad tempus caritatem habentes: quia in illa vsq; in finem nō perseverāt: cadunt & pereunt: & rursus quidam qui ab illa ad tempus cadunt: quia iterū resurgunt: & seruantur: et saluant. **A**lij vero qđ ab illa nunq; deficiunt: vsq; in finem perseveranti feruore semel cepte caritatis deuotōz perducūt. **Q**uid manifesti queri? Si hoc non vides: qđ vides? Sed dicis quomō aliquando veram caritatem habere potuerūt: qui in ea perseveraturi nō fuerunt? **M**irum est. Ergo fides nō fuit que aliquando fides esse desijt. **Q**uare non similiter dicis: qđ nunq; albus fuit: qui aliqñ albo esse cessauit? **N**ōne intelligis quia in eo ipso aliquando illud fuisse dē: qui aliquando esse illud desijt memoratur. **Q**uod n. quis nunq; fuit: nunq; esse desijt. **Q**uapropter: qui aliquando amare desijt: constat profecto: qđ priusq; amare desineret: amauit. **S**ed verus inquis amor non fuit: qui ad tempus fuit. Ergo nec verum odium fuit qđ ad tempus fuit: nec vere albus fuit: qui ad tempus albus fuit. **Q**uis hoc dicat? Ergo vā dilectio fuit: & vere fuit qñdiu fuit: etiam si h̄m aliquem modū vera nō fuit in eo qđ desijt: qñ iam vere nō fuit. **S**i ergo dicis qđ vera dilectio nō fuit: qđ aliqñ dilectio esse cessauit: sic intellige: qđ qñ dilectio esse desijt: vera dilectio non fuit qđ in eo ipso quod mutabat et defecit vt dilectio nō esset: eē cepit & accepit: vt quod prius fuit: iam vera dilectio non esset.

**Utrū dīs dilectio dei caritas sit noīanda. Ca. xij.**

**E**rtassis dices qđ quidā eiusmodi dicunt: qđ hi qui diligunt deū non perseveraturi dilectōz dei quidez h̄nt: sed caritatem qđez nō h̄nt: pro eo qđ non omnē dilectōz dei caritatem appellandā putant: nisi eā solam: que vsq; in finem p̄seuerat. **S**ed hoc siq; dicere voluerit: qđ ratioe vel auctoritate p̄bare possit nō inueio: nisi forte iocirco aliud dilectōz aliud caritatem sonare putet: quia alterū latinum: alterz grecum vocabulum esse putet. **S**criptura sacra nobis dicit: quia dilectio caritas est: & quia dilectio dei semp bona est. **N**on nobis dicit: quia ille qui diligit bene facit: & qđ iste diligit male facit. **A**ugustinus dicit Aplm scisse quosdam diligere deum: & in eo bono vsq; in finem non permanere: & bonā vocat dilectōz dei etiā in his qui non permāsuri in illa sūt: & isti nescio qđ spēs caritatis inueniūt more pingmentariorū in nundinis declamatorū stultorū. **D**icunt non de omni caritate intelligendū qđ dē. **C**aritas sel̄hita non amittit: sed defecta tm̄. **E**t si ego illos interrogo: qđ sit ista p̄fecta caritas



nō mihi respondent: nisi illa que nō amittit. Non enī audent dicere de illa se perfectione caritatis loqui que in futuro habebitur: ne superfluo de illa loqui conuincantur: que ad hanc vitam non pertinet. Ergo non inueniunt quam caritatem dicant hic perfectam: nisi illam que non amittitur. Et rursus cum assignare volunt que sit illa caritas que non amittitur: non inueniunt quid dicāt: nisi illam que perfecta est. Ita circulum faciunt: inuoluentes semetipsos: quia quo exeant: nō habent. Postremo tanta erroris caligine inuoluuntur: vt dū pertinaciter caritatem semel habitam contendunt: non posse amitti asserere incipiāt eam a quibusdā non solum minora peccata sed criminalia q̄ & damnabilia ex deliberatione perpetrantibus retinere: dauid adulteram & homicidam caritatem dei habuisse dicūt: quoniam libidini seruiens in uxorem proximi sui violandam frena laxauit: & ad eandem postea turpitudinem tegendam illum ipsum cuius thorum fede violauit: innocentem & iustū crudeli proditiōe extinxit. Dicāt mihi ubi tunc fuit caritas non agens per peram: ubi innocēs opprimitur non querens que sua sunt: quando aliena rapiuntur: Ostēdant mihi hic si possunt dilectiōis que plenitudo legis est: ubi & precepta legis violant: & ius nature corumpitur. Lex dei dicit non occides: non mechaberis: non occupes rem pximi tui. Si caritas hic est: plenitudo legis hic est. Si plenitudo legis est: quomodo preuaticatio esse potest? Si talia facientem: caritatem habuisse dicunt: quare non etiam in hoc faciēdo nihil peccasse debent: quia scriptura dicit: qui natus est ex deo: nō peccat. Et quia rursus alibi dicit: Habe caritatem: & fac quicquid vis. Si enim hoc verum est qd caritatem talia faciētes retinere possunt: cum his qui caritatē habent: quicquid libet agere conceditur: profecto quicquid egerunt: peccatum quidem nō esse comprobatur. Eant ergo nunc cum caritate sua: & faciant quicquid volunt: quia magnos defensores habent. Alios quidem defendentes q̄ caritatē non amittant: alios autem concedentes: vt quicquid volunt cum caritate faciant. Sed dicunt. Si dauid peccando caritatē amisit: quomodo ergo verum est qd scriptum est de ipso: q̄ spūs domini non recedebat a dauid ab eo die & deinceps? Si enim caritas recessit: quomodo spiritus domini remansit: q̄ si vero spiritus domini h̄m multa alia remanere non potuerit: etiam si h̄m donum caritatis recesserit? Nonne etiam in illis siue cum illis remanet quos cadētes custodit ne pereant: q̄s tamen stantes non custodit ne cadant? Iustus cum ceciderit: non collidetur: q. d. s. m. f. Quid ergo? Si presens erat dominus?

stanti: quate lapsus est. **E**t si presens non erat cadenti: qui re  
collisus non est: **S**i enim teneretur: non laberetur. & iterum  
si manus non supponeretur: collideretur. Propter hoc ergo  
collisus non est: quia cecidit super manum. **S**i manus super  
eum cecidisset collisus fuisset. **Q**ui ceciderit inquit super lapi  
dem istum: confringetur: super quem autem ceciderit: conte  
ret eum. propter hoc ergo dominus manū non iacenti super  
posuit: vt pmeret. sed supposuit vt releuaret. supposuit vt ad  
iuuando repararet: non superposuit vt iudicando gdemnaret  
**S**ic itaq; spiritus domini non recessit a dauid. quia cum eo  
erat vt abeuntem reduceret: & peccantem iustificaret. & forte  
cum eo erat: sed in eo non erat. **C**um eo erat ad custodiam:  
sed in eo non erat ad iusticiā. **N**on n. tunc iniust? erat dauid  
quō; cum tā graui peccato pstrat? erat: neq; ad eū tunc per  
tinuit q; scriptū est. Iustus in die septies cadit: & tñ nomen  
iusti non amittit. **P**ropter hoc spirit? domini: et si cū dauid  
tūc erat vt peccādo nō periret: nullatenus tñ sic erat vt dāna  
biliter non peccaret. **S**ilē est qd de Petro negāte asserere co  
nantur. q; etiā tunc caritatē dei nō pdider? quō; intērogatus  
christū se cognouisse: negauit. **N**on enim attendunt qd scri  
ptum est. **N**emo in spiritu dei loquens dic? anathema hiesu.  
**E**t nemo potest dicere dominus hiesus: nisi in spiritu sancto.  
**Q**uod si forte dicere voluerint: quia spiritū dei tunc quidem  
petrus intus in corde habuit: sed q; foris loquebatur in spi  
ritu dei non dixit. **A**udiant quod scriptum est. **E**x abundan  
cia cordis os loquitur. **I**lle ergo spirit? foris in ore loquebā  
qui intus in corde dominabatur. **Q**ui cor regebat: linguam  
mouebat. **S**ed dicent forte. **S**piritus quidem dei recessit: s; ca  
ritas remansit. **C**onsiderate vtrum veritas hoc dictum pati  
atur. **A**postolus dicit. **C**aritas dei diffusa est in cordibus no  
stris: per spiritum sanctum qui datus est nobis. **N**os caritatē  
non habemus: nisi in quantum spiritum sanctum habemus  
**E**t tu dicis: quia recedente & absente spiritu sancto: caritas  
manet? **E**t dicunt. **Q**uid ergo? **N**ulla scintilla pietatis: nulla  
affectio dilectionis in dauid & in petro remāsit: quando alter  
molestia concupiscentie carnalis victus: alter vero imminēt  
tis mortis timore fractus: quodammō vterq; inuitus pecca  
uit? **I**mo voluntarie vterq; peccau? quia si voluissent vterq;  
non peccassent. **S**ed qā semetipsos magis q; deum dilexerūt  
suam potius q; dei volūtatē impleuerunt. **C**aro aliud sua  
debat: & aliud deus precipiebat. & elegerunt magis obedire  
carni q; creatori. **S**i voluissent: carnis voluntatē gtempfissent  
et voluntatē creatoris preposuissent. **S**ed nōdum magistrū

bonum imitabantur docentem & dicentem. Pater non mea voluntas fiat: sed tua. Et fieri potest q̄ ipsum carnis voluntatem cuius violentiam senserunt. aut nullam: aut non tam violentam esse voluerunt: tamen q̄d eidem temptanti & fatiganti consenserunt. non nisi volentes fecerunt. q̄a magis creatorem offendere: q̄ ipsam molestiam & fatigationē tolerare voluerunt. q̄d si voluissent: omnino nō fecissent. Ergo in hoc quidem volentes: id q̄d caro voluit fecerunt: id quod creator voluit: noluerunt: quia si istud voluissent: ad istud faciendū voluntarie non consensissent. Cum em̄ e duobus que simul fieri non possunt: vnum voluntarie eligitur: & proculdubio alterum non esse in voluntate comprobatur. In ea igit̄ voluntate qua contra deum carni consentire elegerūt: caritatē utiq̄ dei nullatenus habuerunt: quāuis tamen in eo ipso q̄d magnā interpretatione violentiam passi sunt: aliquā in peccato suo excusationem habere possunt. De affectu vero pietat̄ quidem huiusmodi peccantes non nunq̄ habere videntur: simul & peccare consentiunt. & tamē quodam mō in peccato quod non deserunt: dolore quodam affici non desistunt. cauendum est omnino ne caritatis siue dilectionis dei nomine dignus existimēt. Si enim is qui ab iniquitate ad iusticiam conuertuntur: affectus quidam & delectationes preteritorū malorum remanēt: qui tamen in bono proposito constitutis ad iniquitatem non imputantur. quare non similiter in his qui ad iniquitatem declinauerunt ex vsu preterite virtutis: etiam in malo proposito affectiones q̄dam amissi: siue corrupti boni aliquando superesse dicantur: que quidem sine proposito bone voluntatis ex vsu siue ex natura inesse possunt: sed sine ipso iusticie meritū habere non possunt. Vnum em̄ hoc est propositū scilicet voluntatis siue consensus animi ex voluntate surgens: cui soli iudicium est cum deo. Et hoc solum si bonum est: non est ad malum quicq̄d in homine est: siue bonum sit siue malum: & iterum si malum est: non est ad bonum quicq̄d reliquum est siue bonum siue malum. Ad hūc ergo oculum ex quo solo totū corpus lucet respicere debuerunt: qui in affectionibus nescio qualibet. quas & incredulis et iniquis aliquotiens siue ex natura siue ex vsu inesse videmus: meritum hominis constituunt. Poterant hic satis suppositiose questōnes finem accipere: si tñ finem accipere poterāt. Nunc autem querunt: & semper querunt: & nunq̄ inueniūt. Interrogant vtrum dauid & petrus damnari debuissent: si an penitentiā in peccat̄ suis mortui fuissent. Que questio quali responsiōe digna sit: vtinam ipsi videri possent. Quare enim perire non debuissent: si in peccatis suis mortui fuissent? Sed

Sed perire inquit non potuerunt: quoniam ad vitam predestinati fuerunt. Quare ergo similiter non peccare poterunt: quoniam peccaturi presciti fuerunt? Si enim predestinatio impediri non potest: nec prescientia falli potest. Si autem prescientia peccandi non infert necessitatem: nec predestinatio damnationis tollit possibilitatem. Vis adhuc audire quid dicit beatus Augustinus. Quia mihi non credis: Audi qui sunt qui diligunt: & qui sunt qui perseverati sunt: & que sit unitas dilectionis: & que sit unitas predestinationis. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Propositum autem non suum sed dei. Qui etiam predestinati sunt atque presciti usque adeo profus omnia: ut etiam si qui eorum deviant & exorbitant: etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeunt atque doctiores: horum si quisquam perit fallitur deus: & vicio humano vincitur. Sed nemo eorum perit quia nulla re vincitur deus aut fallitur. Isti significati sunt ad timotheum: ubi cum dictum fuisset ymeneum & filetum fidem quorundam subvertere: mox additum est: firmum autem fundamentum dei stat: habens signaculum hoc. Novit dominus qui sunt eius: horum fides que per dilectionem operatur profecto aut omnino non deficit: aut si qui sunt quorum deficit reparatur antequam vita ista finiat: & deleta que intercurrerat iniquitate usque in finem perseverantia deputatur. Qui vero perseveraturi non sunt: ac sic a fide christiana & conversatione lapsi sunt: ut tales eos vite huius finis inueniat: proculdubio nec illo tempore quod bene pieque vixerunt: in istorum numero computandi sunt. Non enim sunt a massa illa perditionis prescientia dei & predestinatione discreti: & ideo nec secundum propositum vocati: ac per hoc nec electi. Sed in his vocati de quibus dictum est: multi vocati: non in his de quibus dictum est: pauci vero electi. Et tamen quis neget eos electos cum credunt & baptizantur: & secundum deum vivunt? Plane dicuntur electi a nescientibus quid futuri sint: non ab illo qui eos novit non habere perseverantiam: que ad beatam vitam perducit electos. Scit quia illos stare: ita ut prescierit esse casuros. Hic si a me queratur: cur eis deus perseverantiam non dederit: qui eam qua christiane viverent dilectionem dedit: me ignorare respondeo. Respondeant & ipsi si possunt: cur illos deus cum fideliter & pie viverent: non tunc de vite huius periculis rapuit: ne malicia mutaret intellectum eorum: & ne fictio deciperet animas eorum. Vtrum hoc in preterito non habuerit: an eorum mala futura nesciuit nempe nihil horum nisi purissime atque insanissime de

De huiusmodi et alij

Ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis. Quid si fuissent ex nobis: permanissent utique nobiscum. Et quid aliud dicitur, nisi non erant filii: etiam quando erant in professione et nomine filiorum? Non quia iusticiam simulauerant: sed quia in ea non permanserunt. Necque enim ait: nam si fuissent ex nobis: veram non fictam iusticiam tenuissent utique nobiscum. Sed si fuissent inquit ex nobis: permanserunt utique nobiscum. In bono itaque erant: sed quia in eo non permanserunt: id est usque in finem non perseverauerunt. Non erant inquit ex nobis: et quando erant nobiscum: hoc est: non erant ex numero filiorum: et quando erant in fide filiorum. Quoniam qui vere filii sunt: presciti et predestinati et secundum propositum vocati sunt ut sint electi. Non enim perit filius promissionis: sed perditionis: ac per hoc nullus predestinatorum ex bono in malum mutat hanc vitam finit. Quoniam sic est ordinatus: et ideo Christus datus ut non pereat sed habeat vitam eternam. De quibus ait Iohannes. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non peccat. David graviter peccavit: sed quia ex deo natus: ad societatem filiorum dei pertinebat: non peccavit usque ad mortem: sed veniam penitendo meruit. De hoc siquidem peccato ad mortem ante idem meminit Iohannes his verbis. Est peccatum ad mortem: et statim subiunxit. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non peccat.

## ¶ Pars Decimaquarta

## ¶ De Confessione

## ¶ Capitulum. Primum

**M**ulta est malicia hominis. Nemo quando male agere vult auctoritatem querit. Quando autem dicimus hominibus ut bona faciant: et ut confiteantur mala que fecerunt: dicunt nobis. Date auctoritatem. Que scripta hoc nobis precipit ut confiteamur peccata nostra: Si ergo scriptura peccata confiteri non precipit: respondete modo si scripturae habetis que peccata tacere iubeat? Si ergo confiteri non vultis: quia auctoritatem confitendi non habetis: quare tacere vultis: cum auctoritatem tacendi non habetis. Tamen quia auctoritatem queritis: accipite auctoritatem. Antiqua lex peccata confiteri iubet: et homines ad sacerdotes mittit: ut confiteantur peccata sua: ut indulgentiam accipiant. Illic ergo preuaricatio legis confessione et oblatione aboletur: quando adhuc umbra fuit: et adhuc confessio criminis penam potius timere debuit: quam misericordiam expectare. Si hec auctoritas non sufficit: audite scripturam alibi manifeste dicentem. Qui abscondit scelera sua: non iustificabitur. Quid est enim

abscondere: nisi tacere & confiteri nolle! Nam qui scelera sua per impudentiam prave agendi manifestant: non iustificatioz merentur: sed damnatioz. Igitur tegenda sunt mala quantum pertinet ad impudentiam pravi operis: & reuelanda sunt per humilitatem confessionis. **V**ultis adhuc scire periculum taciturnitatis et utilitatem confessionis: **Q**uonia tacui inquit psalmista inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tua die. **E**t iterum. Delictum meum cognitum tibi feci: & iusticiam meam non abscondi. **D**ixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino: & tu remisisti in pietate peccati mei. **V**ide ergo & considera. Si taces peccata tua: inueteratur: sed si confiteris: condonantur. Sed dicis. **E**cce dico peccatum meum: sed deo non homini. **S**cripturam sequor: illa mihi dicit ut deo confitear peccatum meum: non me ad hominem mittit in quo salus non est: sed illuc trahit confessionis: unde promittit remissionem. **D**ixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino & tu remisisti in pietate peccati mei. **Q**uid facit homo? **A**udi quid facit: Nonne ille homo fuit qui dixit. **F**ili dimittunt tibi peccata tua. **E**t verum est: quia ille homo fuit qui hoc dixit. **E**t propterea qui illum hominem esse viderunt: deum aut non cognouerunt: ideo murmurauerunt: inter se dicentes. **Q**uis est hic qui etiam peccata dimittit? **S**ciebant enim quia peccata dimittere dei erat: sed nesciebant quia quod dei erat: homo a deo acceperat. **E**t ille quidem homo quod habebat in quantum homo erat: ideo habebat quia acceperat: in quantum vero deus erat: homo idem ipsum habebat & non acceperat. **P**ropterea autem voluit accipere aliquam in humanitate quod semper habuit in deitate: ut e vicino homini appropinquaret: & in eo quod hominis erat: & in eo ipso quod hominis erat: homini exhiberet quod dei erat. **I**n eo namque quod hominis erat familiariter homini iungebat: & in eo vero quod dei erat: potentius in homine operabatur: propterea dixit. **V**t sciatis quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata: tunc ait patalitico **S**urge & ambula. **O**stendit quod videre poterat: ut per hoc crederet que videre non poterant. **P**ropter hoc ergo deus factus est homo ut se ad confabulandum homini proximum ac familiariter exhiberet ut in una eademque persona & suum genus homo inueniret: cui fiducialiter infirmitatem suam reuelaret: & super hominem deum credens de accepta ab illo remissione peccatorum suorum non diffideret. **D**einde ut dispensationis gratia largiret multiplicaret: deus homo homines qui puri homines erant: participes fecit pietatis sue: ut implerent officium eius: penitentium confessionis suscipiendo: & pietatem eius exercerent penitentibus & confitentibus peccata remittendo. **A**ccipite inquit spiritum sanctum quem re-p: r: eis. & quorum r: r: s. **E**rgo Christus homo discipulis suis vicez eius agentibus in ira pietatem dedit dimittendi peccata. **S**ed dicet fortassis

Quare non similiter christus preceptum dedit hominibus peccata sua confitendi: sicut discipulis potestatem dedit confitentium peccata dimittendi? Audi quare? Voluit christus vt a temetipso surgēs: vt non quasi extorta vel coacta viderēt confessio tua. Idcirco qđ ad se pertinuit: officium suum discipulis suis peragendum iniunxit: vt medicorū mōre: egros ad se venientes exciperent & sanarent. Medicis ergo dixit vt curarent: sed infirmis non dixit vt ad medicos curandi venirēt hoc quasi certū esse voluit: qđ egri salutem libenter querēt et se curādos offerrent: si medicos inuenirent. Propterea solos medicos monuit. Infirmum enim suus mōbus sufficienter ammonet: neq; opus precepto habet si dolet. Et ipsi medici quia postea negligentes in curatōne sua egrotos inuenerūt eos ad salutem querendam: & ammonitōne sua excitauerūt et precepto attraxerūt. Confitemini inq̄t apostolus Iacobus alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem vt sal. Quid est alterutrum? Alter alteri: homo homini. Non solū homo deo sicut verus ille confessor ait. Dixi & fitebor aduersum me iniusticiā meam dño: sed homo homini propter deum. Plus enim facit qui seruo humiliatur propter deum: qm̄ qui ipsi deo humiliatur. Propterea confitemini alterutrum peccata vestra. Quid est alterutrum? Nō tantū vnusquisq; vniciq; sed alterutrum: hoc est inter vos: homines hominibus: oues pastoribus: subiecti prelati. Hi qui peccata habent: his qui peccata dimittere potestatem habent. Debitum quidem erat vt & confessionem facturi ad illum iretis qui est super vos. Nūc autem pro indulgentia dispensatione conceditur: vt peccata adinuicem vobis & fiteamini inter vos. Ille quide; qui solus confessionem acciperet: confessionem non faceret: quia peccata non haberet. Hi autem qui peccatorum confessionem accipiunt: & confitentibus peccata dimittunt sua: necesse habent vt & ipsi peccata sua confiteantur: vt penitētibus & confitentibus peccata sua dimittantur. Propterea ergo confitemini alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem. Ad quid? Vt saluemini. Confitemini vt saluemini. Quid est cōfitemini vt saluemini? Hoc est: nō saluemini: nisi & fiteamini: hoc fortassis tu audire noluisti: q̄ latebras queris & abscondis scelera tua vt non iustificeris. Non tibi plac; quod dicitur: quia hi qui confiteri nolunt peccata sua saluari non possunt. Propterea fortassis conaris ad aliud dictum apostoli intōquere: vt intelligatur confitentibus quide; promississe saluatō; tamen nō confitentibus non negasse iustificatiō;. Audi ergo. Aug; dicit Non p̄ quis iustificari a peccato: nisi añ p̄cām & fessus fuerit

**I**tem Beda in eadem epistola de qua testimoniū Iacobi superius sumpsimus sine confessione inquit. nequeūt dimitti peccata. sed in hoc illa discretio esse debet vt quotidiana leuiaq; peccata alterutrum coequalibus confiteamur: vt orationibus inuicem saluemur. porro grauioris lepre immundiciam sacerdoti pandamus & ad eius arbitrium iustificari curemus. **V**idete quomodo concordant testimonia veritatis: est quedā communis penitentia in ecclesia quam quotidie ad inuicem facimus: in qua oratione sua pro inuicem pro quotidianis & leuioribus peccatis indulgentiā & remissionem consequimur. **G**rauioris autem culpe reatum singulari confessione sacerdoti aperimus: & huiusmodi munere satisfactionis oblato indulgentiam peccati obtinemus: sed dicitur. **S**i saluari non potest homo nisi confiteatur peccata sua: quid est quod scriptum inuenitur. Lacrime lauant delictum quod ore pudor est confiteri. Inueniuntur enim quedam huiusmodi dicta & rapiunt ea homines gaudentes: non quia veritatem querant in eis: sed quia maliciā suam defendere volunt ex eis. **D**icunt enim. **Q**uid nos stringit? quid nos artatis? Pudenda sunt facta nostra non nos permittit verecundia eloqui: erubescimus confiteri quod fecimus: quid possumus tamen facimus? cor contritum & humiliatum offerimus: dolemus pro eo quod male egimus: lacrimas fundimus. carnis maceratione reatum punimus. **Q**uid verba quæritis vbi opera bona sunt: habemus scripturam consolantem nos & dicentem. Lacrime lauant delictum quod ore pudor est confiteri. non maliciam excusamus sed verecundie parcimus. **Q**uod ergo dicere homini erubescimus: dicimus deo qui non improperat. Eiusmodi ergo occasionibus querunt homines excusationem temporis sui & peruertere conantur scripturas quia ipsi peruersi sunt. **Q**uid enim si scriptura dixit. Lacrime lauant delictum quod ore pudor est confiteri. Nunquid ideo dixit si erubescis confiteri peccatum tuum quod tibi sufficiat si tantum lacrimaueris etiam si non confitearis. Nonne multo melius est vt scripturam hoc potius dicere voluisse intelligas: quod lacrimæ ex intima cordis contritione prolata illa etiam peccata lauare possunt que sine pudore & verecundia ore profiteri non possunt. **Q**uid ergo? **S**i pudenda peccata lacrimæ lauant: ibi tacendum est vbi diuinum auxiliū magis necessarium est. Imo multo magis ibi confitendum est vbi humilitas confessionis lacrimas adiuuet contritionis. **S**i militer cum dicitur tibi: si homini erubescis dicere peccatum tuum vt dicas deo qui non improperat: & non tibi dicitur si erubescis dicere homini vt homini non dicas sed deo: si māuetudo



dei tibi demonstrat qui tam mitis ac suavis est omnibus ad se confugientibus ut ab ipso improprium aliquod te formidare non oporteat. Et si talia fuerint peccata tua ut ea te homini manifestare sine erubescētia non posse contingat. In eo enim de quo erubescis cum homini dicis: erubescere te non oportet cum deo dicis: quia non improprietat dicenti sed condonat confitenti. **Dic** ergo homini ut salubriter ad tempus confundaris coram eo ut ista confusio gloriam tibi postmodum adducat & fiduciam prestet ne improprium timeas: cum manifestari ceperis coram deo. **Fan** en ne forte tibi diceret cogitatio tua si tam graue est homini reuelare peccata: & si erubescimus ita coram homine. quid faciemus ante deū cuius maiestatem declinare non possumus neque iudicium effugere. **Ne** igitur sic de deo cogitando temetipsum desperares: ostenditur tibi mansuetudo dei erga penitentes & confitētes quod peccata omnibus penitentibus condonat & confitētibus non improprietat. **Sic** ergo accipe quod dictum est. **Dic** deo qui non improprietat: quasi diceret. **Etiam** si erubescas coram homine ne erubescas coram deo: quoniam deus mitior est homine & mansuetior & compatiens miseris ut non improprietat. **Secūm** hunc itaque modum non tibi dicitur ut peccata tua homini non dicas: sed ut in his etiam que coram homine erubescenda sunt de dei pietate confidas. **Opponis** adhuc illas lacrimas Petri quas legis confessionem non legis. **Lacrimae** lauant delictum quod ore pudor est confiteri. **Has** ergo lacrimas opponis non quia amas compunctionem: sed quia fugis confessionem. **Dicis** ergo quia lacrimas Petri legis: satisfactio nem non legis. **Audisti** quia fleuerit: sed quid dixerit non audisti. **Ideo** lacrimae lauant delictum quod ore pudor est confiteri. **Quid** ergo? **Hoc** tibi dici putas: ut quia Petrus lacrimatus legitur confessus non legitur. **Tu** si lacrimaris: non confitearis? **Nonne** multo melius est ut illud potius hic demonstrari intelligas: quia si illic tantum lacrimae valuerunt ubi confessionem oris non aperuerunt: quanto magis si vere fuerint nunc valeant ubi cum cordis contritione etiam oris confessionem habent. **Hoc** enim tibi demonstrat cum subditur. **Prius** flendum postea confitendum: hoc siquidem ad utilitatem confessionis spectat: ut prius compungaris postea confitearis. **Nam** sunt quidam sicut impudentes ad faciendum: sic inuerecundi ad dicendum: qui quoniam turpitudinem suam in faciendo non vident: verecundiam in dicendo non habent. **Quibus** utique per prophetam dicitur. **Erons** mulieris meretricis facta est tibi: nesciisti erubescere. **Isti** nonnunquam sine aliquo

compunctionis motu: sine aliquo timoris vel amoris dei at-  
tactu pro sola consuetudine explenda ad dicenda peccata sua  
se ingerunt: estimantes se propter solam verborum prolationem  
a debito peccatorum suorum absolui. Quibus recte dicitur:  
prius flendum postea confitendum. In confessione namque pe-  
ccatorum hominem et verecundari oportet: ut humiliter quod  
fecit agnoscat: et tamen non sic verecundari ut taceat. Hoc bene  
nouit peccatrix illa mulier: quod et venit ut se peccata sua se ab-  
scondere nolle ostenderet: et tamen non ante sed retro stetit ut  
verecundiam turpitudinis sue se attendere demonstraret pro-  
pter hoc recte dicitur: prius flendum postea confitendum.

**De Penitentia****Ca. ij.**

**P**enitentia alia est exterior: alia interior. Penitentia ex-  
terior est in afflictione carnis. Penitentia interior est  
in contritione cordis. Per penitentiam autem exteriorē  
castigat culpa prauis operis: per penitentiam interiorē em-  
datur culpa prauis voluntatis: secundum quantitatem delicti mensura  
correctionis pensanda est. Agite inquit fructus dignos peni-  
tentie. Aliud est enim fructus penitentiae: aliud penitentia ipsa.  
Sicut aliud est arbor et aliud fructus eius: sic aliud est peni-  
tentia et aliud fructus eius. Penitentia enim dolor est preteriti  
quod doles te fecisse quod malum est. Quando ergo improbas  
et damnas mala tua penitentiam habes. Quando autem satisfac-  
tione subsequente et punis et corrigis mala tua: fructus pe-  
nitentiae agis. Si displicet tibi quod fecisti penitentiam agis  
Si persequeris et punis quod fecisti fructus penitentiae agis  
Penitentia est facti improbatio: fructus penitentiae est delicti  
correctio. Sed quia secundum mensuram delicti correctionis mensura  
est pensanda: ideo fructus penitentiae dignos facere oportet.  
Si in correctione minor est afflictio quam in culpa delectatio fuit  
non est dignus fructus penitentiae tuae: sed dicis mihi. Quo-  
modo scire possum quando condigna sit penitentia mea: quia  
scire hoc non potes: ideo necesse habes semper penitere satisfacere  
potes nimis facere non potes. Melius est ut plus facias  
quam minus: idcirco sollicitus esto. Satage da operam studium  
impende ut culpa sit cum fine: deuotio sine fine. Tamen ut ali-  
quando peccatrix conscientia consolatur: positus est modus  
et mensura penitentiae exterioris: ut illa expleta vel perfecta fi-  
duciam habere incipias: et sancta quadam presumptione in  
spe diuinae misericordiae de indulgentia et remissione peccatorum  
confidere: et tanto verius quanto utique sincerius iniunctam  
penitentiam explaueris.

De his qui in hac vita penitentiam non com-  
plent

Ca. in.

**S**ed forsitan tibi tacita cogitatione respondeas. Quo modo inquis certus esse possum de venia propter penitentiam et satisfactionem ab homine iniunctam: etiam si illam studiose implevero cum ipse homo cui peccata mea confiteor sepe aut ignorantia nesciat: aut negligentia non consideret qualem mihi secundum modum et mensuram delicti debeat satisfactionem iniungere. Ad hoc tibi breuiter respondeo qui si homo nescit deus scit: tu tantum fac quod tibi precipi obediens esto in eo quod tibi iubetur. Videat deus deuotionem tuam etiam si homo non condigne moderetur afflictionem tuam. Perire non potes si deuotus fueris inuentus: sed decipior inquis putans me satisfecisse cum non satisfecerim. Ille mihi iniunxit ut tantum facerem et non amplius mihi precepit. Ecce totum perfecit et non satisfeci: vado quasi securus ad deum putans me satisfecisse illi cum adhuc teneor obligatus: quia non satisfecerim. Quare ergo inquis factum est ut talem sacerdotem non habeam qui mihi dicat hoc quod oportet: audi quare. Propter peccata tua factum est hoc quibus meruisti ut malum haberes quibus si districte iudicaretis et hoc merueras ut nullum haberes. Quia inquit scriptura regnare facit peccata propter peccata populi. Et ego ait adherescere faciam linguam tuam palato tuo: nec eris quasi vit oburgans quia dominus exasperans est. Nam ut scias quia malicia tua hoc fecit vide ubi erat deuotio tua. Si enim perfectam deuotionem habuisses etiam nullo ammonente cessare tamen non potuisses. Nunc autem pigritia tua et negligentia occasionem torporis quesiuisti non correctionem: et vidit hoc deus et dedit tibi secundum cor tuum ut non inuenires quod non querebas accipere. Nec tamen dico ut desperes etiam si hoc contingat ut homo qui exterius curandis vulneribus peccatorum medicamentum apponit aliquid minus sufficiens tribuat. Sepe quod minus foris agitur efficacius intus operatur. In paruo ope magna deuotio esse potest: homo videt in facie: deus autem intuetur cor. Et ut minus dicam magnus est in hac vita incipere possis: et si non perficias. Nam et post mortem ignis quidam purgat cor: ubi purgantur et mudantur hi qui corrigi ceperunt et non profecerunt. Qui autem in hac vita nec incipere voluerunt: ibi consummare non possunt. Quibus autem hic correctionem suam datur incipere etiam si proficere non datur: illic correctionis perfectio reseruatur. Non tutius omnino est ut hic et incipere et proficere contendas ut illic nihil faciendum tibi vel patiendum supersit.

Durum est etiam tormenta illa vel ad modicum sentire: propterea tutius tibi omnino est ut hic incipias & perficias quod facere debes: quod si hic perficere non potueris si tamen inchoaueris noli desperare saluus eris. sic tamen quasi per ignem ardebit quidem donec consumptum fuerit quod cremabile portas. Tu autem saluus eris: quoniam fundamentum in te permansit caritatis dei.

**De eo si iterari possit penitentia. Ca. iiii.**

**S**unt qui dicant relapsis in pristina peccata locum venie amplius non esse: propterea quod quedam scripturarum testimonia his qui post acceptam penitentiam ad priora peccata redeunt aditum salutis negare videntur. Et sunt quidem eiusmodi quedam dicta in quibus non hoc quod dictum est: sed non bene intelligentibus hoc dictum esse videtur. Apostolus Paulus in illa epistola quam ad hebreos scripsit sic ait. Impossibile est inquit eos qui semel sunt illuminati: gustauerunt etiam donum celeste & participes sunt sancti spiritus. Sancti gustauerunt nihilominus bonum domini verbum virtutesque seculi venturi & prolapsi sunt: renouari rursus ad penitentiam rursus crucifigentes sibi metipsis filium dei & ostentui habentes: & rursus. Voluntarie enim peccantibus post acceptam noticiam veritatis iam non linquitur pro peccato hostia. Et ite scriptum alibi inuenitur quia locus non est secunde penitentiae: sed siue hec siue alia talia scripta vel dicta catholicorum virorum super hec inueniant nulla ratione estimandum est eos qui recte sapuerunt hoc astruere voluisse quod in quacumque peccata prolapsi vel penitere non possent: si per diuinam misericordiam respicerent aut veniam consequi non valerent si per veram penitentiam compungerentur. Hoc enim fides catholica non recipit omnino quia qui dixit: non dico septies sed usque septuagesies septies se nec secundam nec terciam nec quotamlibet peccatois penitentiam veram dumtaxat refutare significauit. Quod ergo dictum est impossibile esse eos qui post illuminationem gratie & gustum doni celestis & participationem sancti spiritus prolapsi sunt renouari rursus ad penitentiam: vel sic intelligendum est. quia per se cadere potuerunt: sed per se surgere non possunt: atque ideo illis impossibile esse: deo non esse: sicut scriptum est. Spiritus vadens & non rediens. Et de via perditionis dictum est: quia omnes qui ingrediuntur per eam amplius non reuertuntur: quia homo per se quidem ad malum ire potest: redire autem per se non potest nisi per gratiam adiuuetur & adiutus sic per penitentiam renouetur. Vel sic ergo intelligendum

est qđ scriptum est impossibile esse prolapsos ad penitentiā  
renouari: vñ propheticum illud qđ dictū est. **V**irgo israhel  
cecidit non adiciet vt resurgat. Virgo israhel in quo similiē  
quidā a recta intelligētia errauerunt: his verbis expressum  
suenienter quis dicat. **N**am quia sanctus Iheronimus sup  
hūc locū quedā verba ambigua exposuit: quidā qđ libentiē  
ex scriptis materiā erroris qđ edificationis assumunt lapsos  
reparari nō posse conantē astruē. **A**it enim quia cum de? oīa  
possit de corrupta virginem facere non possit. **I**pse viderit qđ  
dicē voluerit ego a puritate xpiane fidei nō discedo. **V**eritas  
vna est: aplm dicentē audio. **S**i aliud angelus euangelisauit  
anathema sit. **E**go tamen sic sentio quia aliquid dicē voluit  
etia? si ego nesciā quid dicere voluerit. **S**ic tñ piū est sentire  
mibi quia ve? dixit: etiam si forte competenti? vel euidenti?  
dixisse potuisset quod dixit. **E**go dictum catholici viri ad  
catholicā veritatē interpretari conabor. **I**n si de corruptione  
carnis intelligit hoc stultū est sic sentire: quia homo carnem  
suam viciare possit: deus sanare non possit. **S**i de corruptiōe  
cordis hoc intelligitur: & hoc similiē stultū est dicere. qđ hō  
peccare possit: de? iustificare non possit & tñ iustificare qntū  
ille peccare. **S**i at idcirco illud non posse dē deus quia factū  
est: & qđ factum est: non factum esse nō p̄. quia qđ ve? est  
falsum esse non potest: & idcirco non p̄: quia cōtra veritatē  
non potest: quia si contra veritatem posset s̄ seipsum posset  
qui veritas est: quod pondus habet hoc dictum magis qđ si  
diceretur de alio quolibet qđ factum est: etiam nō esse factū  
non potest: etiam si qđ factum est emendari potest vt factū  
esse non noceat quod factum est. **C**ertum est quia qui cadit  
resurgere p̄ & non solum resurgere: sed etia? meliō? resurgē  
qđ fuit cum cecidit. **M**ulti ceciderunt & meliō? surrexerūt  
qđ fuerunt ante qđ ceciderunt: meliō? etiam qđ futuri essent  
si non cecidissent: quia ad hoc ipsum cadere permissi sunt vt  
ex hoc ipso casu suo & ruina erudirētur & meliō? efficerent.  
**N**emo tamen meliō? post casum surrexit vel surgere potuit  
qđ fuisset & si non cecidisset: & hec qđ modo resurgendo bona  
operatus est omnia stando operatus fuisset. **I**n hoc sm aliqđ  
dici p̄: quia oīs qui cadit id qđ cadendo perdit ampli? totū  
recupare nō p̄: quia quicquid postea ad correctionē vel ad  
recupationē adiecerit facē oīno non p̄ quin meliō? fuisset  
si hec oīa haberet & tñ non cecidisset. **P**ropterea nemo in spe  
correctiōis peccare debet: quia qđ semel amittit ampli? ipm  
nō recuperat: qđ quicquid p̄ ea adiectū fuit p̄ recuperatōe p/  
diti nō ē ipz s̄ aliud p̄ ipso & pl? vtiq; esset si vtrūq; sil' esset

Quod idcirco fieri non potest: quia sicut tempora transacta, amplius non redeunt: ita que semel perpetrata fuerint amplius non facta esse non possunt. Si ergo virgo es custodi diligenter quod habes. Noli in spe peccare: noli cadere quasi melior futura sis. Quicquid postea feceris: facere tamen non potes qui melior esses si hoc faceres et virgo esses. Sic itaque fortasse secundum hunc modum convenienter intelligitur: quia virgo israel cecidit et non adiciet ut resurgat virgo israel. Et quia ubi mille erant centum erunt: et ubi centum erant decem in domo israel. Si in hunc modum lapsos ad penitentiam renouari non posse dicimus: nihil fortassis inconueniens dicimus: neque penitentibus viam indulgentie claudimus: sed periculum cadendi demonstramus. Si enim est magnum aliquando surgere maius est utique nunquam cecidisse. Si bonum est sanatum esse: melius nunquam corruptum esse. Est adhuc alius sensus quem in predicta sententia eadem veritate intelligere possumus: utrum equali convenientia nescio. Impossibile est inquit eos qui semel illuminati sunt et gustauerunt donum dei et que adiecit per lapsos rursus ad penitentiam renouari: et quasi causam subiunxit: quare eiusmodi ad penitentiam renouari non possunt. Rursus inquit crucifigentes et ostentui habentes filium dei. In hoc ergo denuo reparari non possunt quod aliam crucem et aliam mortem filii dei habere possunt: non quod penitentibus venia denegatur: sed quia pro peccantibus Christus non morietur iterum. Custodi ergo salutem tuam: semel pro illa Christus mortuus est: si illam amiseris non poteris habere Christum alium qui pro te moriatur: vel eiusdem Christi mortem aliam. Dicit tibi Christus. Serua salutem tuam: ego pro illa semel mortuus sum: si illam amiseris ego iterum mori non possum: tamen eadem morte amissa iterum reddere possum: sed nolo tibi iniuriam facere: quia si salutem tuam morte mea acquisitam voluntarie peccando iterum amiseris: quantum in te est iterum crucifigi: iterum me mori compellis. Ego carnes meam hostiam optuli ut de peccato penitentes veniam consequerentur: non ut voluntarie peccantes et in peccato persistentes iustificarentur. Qui ergo de peccato penitentem habent in ea hostiam expiationis. Qui autem in peccatis suis voluntarie permanent: non habent ex ea causam saluationis. hostia quidem ista data fuit illis ut per eam expiarentur de peccato penitentes: sed iam nunc non relinquitur ipsa hostia eis ut per eam in peccato voluntarie persistentes iustificentur. Non ergo putant voluntarie peccantes istam hostiam ad se pertinere: quia voluntarie peccantibus iam non relinquitur hostia pro peccato

quia non possunt sibi eas usurpare que ita oblata est: vt his profit qui de peccatis penitent non qui pmanent in peccatis Sic vna veritate manifesta: alia quoq; in luce venit. Quod autem dictum est: quia non est locus secunde penitentie ita quidam intelligere volunt: quia tota hec vita locus penitentie est homini peccatozi qui hic penitentiam facere volunt locum habent quia hic locus datus est penitendi hominibus. Qui autem hic penitentiam agere nolunt in alia vita etiam si voluerint facere penitentiam non poterunt: ita vt fructum habeat penitentia eorum quia locum non habent. Prima ergo penitentia in hac vita locum habet: secunda penitentia post hac vitam locum non habet: nec fructum habet etiam si dolere habet. Alij hoc dictum intelligunt de publica penitentia quam debent ita: rari non posse propter rigorem et castigationem ne homines sacramenta dei contemnant: sed vnusquisq; prout potuerit sibi veritate sentiat. Ego illum qui dixerit ideo non locum esse secunde penitentie: quia vna debet esse penitentia homini quodiu viuit vt semper de preteritis doleat et a futuro se custodiat: et nunquam ad peccata redeat que semel dimisit et qui hoc facit quod facere debet facit: et qui aliter facit id est qui ad peccata preterita reuertitur vt cum peccauerit quodiu vult iterum ad penitentiam redeat: et quasi post primam secundam facit penitentiam facit quod facere non debet: nec tamen in eo quod penitet male facit: sed in eo quod non perseuerat in penitentia male facit. Qui sic dixerit locum non esse secunde penitentie: ego illum faciliores inuenisse exitum puto et sine scrupulo questionis molestiam declinasse.

De his qui in extremis penitent Ca. v.

**Q**uerunt quidam quid de his sentiendum sit qui in peccatis suis usque ad finem vite perseuerant: et tamen in extremis nocte imminente terri compunguntur et penitent: et ex toto corde misericordiam et indulgentiam querunt: etiam si satisfactionem articulo temporis preuenti persolvere non possunt breuiter quam mihi videtur absoluo. Ego puto homines quodiu in hac vita viuit sicut malum facere potest ita et emendare posse si fecerit: et nunquam quocumque tempore etiam in extremis etiam in articulo necessitatis penitentiam hominis instructuosam esse si vera fuerit. Ego scripturam audio dicentem. Quia in quocumque hora peccator ingemuerit saluus erit. Non tibi dixit biuo aut biennio ante mortem si ingemuerit sed quocumque hora ingemuerit saluus erit: ergo tu noli ponere tempus misericordie dei ne forte iudicium tuum tibi ipsi aduerset.

**N**oli ponere legem que tibi non expedit peccator es amā mi  
sericordiā: quia si non amas non mereris. nec tamen tibi sub  
hac spe secure peccandum est. propterea q̄ in fine si uersus  
fueris salus tibi promittit̄. Nam q̄uis etiam tunc uenia tibi  
promittitur si uere penitueris: non tamen tibi q̄ uere tunc pe  
nitere debeas promittitur. valde difficile est ut tunc sit uera  
penitentia quando tam sera uenit: quando cruciatus mēbra  
ligat ⁊ dolor sensum opprimit. vix aliud homo cogitare po  
test. Ergo si vis securus esse age penitentiam dum sanus es:  
dum mens sibi vacare potest exerce illam in ope tuo. valde  
suspecta debet esse penitentia que coacta esse videtur: ⁊ facile  
est ut homo se nolle putet q̄ posse non dat: possibilitas opti  
me uoluntatem probat si non facis dum potes. manifeste o  
stendis q̄ non vis. Quamuis autem in tempore sanitatis se  
curior sit penitentia: tamen melior est sera q̄ nulla. ante finez  
time ne penitere differas: in fine confide ut uel tunc etiam re  
sipiscas. Q̄ si forte tibi suppetere non uides tempus boni ope  
ris: egredere tamen in spe firma cum atra bone deuotionis.  
Multum sera fuit latronis penitentia: sed indulgentia sera  
non fuit. Q̄ tamdiu petere distulit uide q̄ cito accepit. Cor  
contritum ⁊ humiliatum deus noster nuncq̄ despiciet: quia  
mortem non uult peccatoris: sed ut conuertatur ⁊ uiuat.

**Q̄ sola uoluntas sufficit si facultas operandi  
non detur**

**(Ca. vj.)**

**S**ergo bonam uoluntatem habes noli desperare. An  
geli de celo clamant. Pax in terra hominibus bone  
uoluntatis: non dixerunt pax hominibus diuitibus  
aut nobilibus aut potentibus siue multa facere ualentibus  
Si hoc dixissent timendum tibi esset: quia hec omnia etiam  
inuitis ⁊ abesse possunt ⁊ adesse non amantibus similiter. uo  
luntas nulli abesse potest nisi uolenti. tale aliquid est uolun  
tas q̄ nec dari nec auferri potest inuito. Propterea uoluntas  
hominis est potestas dei: ⁊ ideo uoluntas hominis est. quia  
uelle in potestate hominis est: ⁊ non potest uoluntate tollere  
homini aliqua uolentia extrinsecus incurrens neq̄ infirmi  
tas neq̄ aduersitas vlla: neq̄ paupertas uoluntatez homini  
tollere potest nisi ipse homo uoluerit. Op̄ ei auferri potest  
etiam quando ipse non uult uoluntas nō potest. Propterea  
non est in ipso quando possit: sed in ipso est q̄n uelit. etiam  
q̄uis ab ipso non sit uoluntas q̄n uult: quoniam ⁊ ipsum  
uelle bonū ex deo est. Idcirco tamen in ipso homine dicitur  
esse quando uelit: quia extrinsecus uelle hominis nō potest



impediri. Ad hoc vt velit nihil foris queritur: totum in ipso est qd ad hoc faciendum opus est: nō querit aliquid extra se vt velle habeat in se: idcirco in ipso est velle. posse in ipso non est. nisi aliud foris apponatur ad explicandam voluntatem quod quando adesse debeat. vel abesse in potestate hominis non est. Idcirco quando non vult bonum non culpatur nisi ipse. Quando autem nō potest si vult quid propter voluntatem impossibilitas non imputatur. Si autem non vult propter impossibilitatem voluntas non excusatur. Totum ergo meritum in voluntate est: quantum vis tantum mereris. sed dicis. Si solum velle meritum est: & si meritum hominis in sola consistat voluntate. Quid ergo opus facit? Habeo voluntatem & sufficet mihi. Quid necesse est operari si opus nihil facit sed voluntatem sine opere habere non potes quando operari potes. Non est voluntas: si non operatur quod potest. Si autem non potest operari sufficit ipsa sibi & habet meritum suum propter se: in quo sola placet q̄ bona est. sed dicis iterum. Si totum meritū in voluntate est nihil amplius ex opere est: etiam quando ipsum opus cum voluntate est. Quare ergo opus requiritur si pro opere merito hominis nihil adiicitur vel aufertur. Audi quare. Ideo post voluntatem etiam opus requiritur vt in ipso opere voluntas augeatur. Tale est cor hominis vt opere suo amplius inardescat siue ad bonitatem amandam si rectum est: siue ad malitiam si prauum. Ita utrinq; affectu opere nutritur vt crescat & amplior sit: & vix fieri potest vt voluntas opere suo nō augeatur. Quantum ergo voluntas crescit tantum meritum crescit: & tantum opus ipsum voluntati aut prodest in bonū aut in malum nocet: quantum ipsam voluntatem ad affectum bonitatis siue malicie accedendo exercet: & si forte contingit tantam esse voluntatem in eo qui non operatur: quanta est in illo qui opus exercet. vbi voluntas eadem est meritum dissimile esse non potest. sed dicis iterum. Si totum meritū in voluntate est & nihil amplius ex opere est: ergo opus bonū non remuneratur sed sola voluntas. Vide quomodo hoc intelligere velis nam si aliquid & hoc veraciter dicitur: quia hominis voluntas siue ad bonum siue ad malum sola remuneratur. Et rursus conuenienter dicitur: quia opus & voluntas & ipse etiam homo volens & operans pro voluntate & opere remuneratur. Dicitur voluntas remunerari. quia in ipsa meritum constat. dicitur & opus remunerari: quia in ipso constat causa siue occasio merendi. Voluntas remuneratur

pro opere: opus remunerat pro voluntate. **V**oluntas remuneratur pro opere: quia in illo ut placeret meruit. **O**pus remuneratur pro voluntate: quia ex illa ut placeret meruit. **V**oluntas placet: quia ipsa bona est et in ipsa iusticia est que placet. **O**pus placet: quia ex bona voluntate est: et signum est iusticie et bonitatis que in ipsa voluntate est et placet. **V**oluntas placet pro eo quod in ipso est. **O**pus placet pro eo ex quo ipsum est. **S**icut ergo sola iusticia est pro qua et voluntas placet et opus voluntatis: sic non due sed una retributio est qua et voluntas remuneratur: et opus voluntatis. **U**na ergo retributio est qua et homo remunerari dicitur quia illi datur: et voluntas remunerari dicitur quia pro illa datur. et opus remunerari dicitur in quo voluntas ipsa placere meretur etiam quando non operatur: voluntas placet in hoc quod voluit operari: et de ipso opere placet etiam quando illud facere non potest. **S**emper ergo placet voluntas pro opere et homo nunquam placet nisi pro voluntate: tamen quando homo pro voluntate placet ideo placet. quia ipsa voluntas placet. **Q**uando autem voluntas propter opus placet: non sic placet quasi opus propter se placeat et voluntas propter opus cum potius voluntas propter se placeat et opus propter voluntatem. **S**ed dicitur propter opus placere voluntas: quia ipsa voluntas operis est et de opere est quod placet. **V**elle enim semper aliquid velle est et placet homo: quia vult aliquid propter voluntatem iustam que de aliquo est: et ideo iusta est quia est de quo esse debet et talis est qualis esse debet. **S**ic ergo in voluntate totum meritum est etiam si respectu operis sit: quod opus siue sit siue non sit nihil in voluntate minus est nisi forte in hoc quod voluntas ipsa maior fieret si ipsum opus fieret. **S**i ergo magnum meritum habere vis: magnam habere voluntatem: magna fiducia tantum mereris quantum vis: possunt etiam voluntate pares qui facultate impares sunt. **M**ultum dedit **Z**acheus quia diues erat et multum habebat. **V**idua illa que duo minuta misit parum habuit et parum dedit: imo tantum dedit quantum **Z**acheus. **M**inores facultates ferebat sed parem voluntatez habebat. **S**i attendas quod dederint diuersa inuenies: si attendas unde dederint paria inuenies. **N**on autem pensat deus quantum detur sed ex quanto detur. **S**i ergo plus datur et ubi minus differens meritum non est si equalis voluntas habeatur: ergo ubi aliquid datur et ubi nihil datur differens meritum esse non potest si equalis utrinque voluntas habeatur. ideo dixi tibi ut non desperes si facultas

deest tibi assit bona voluntas quātum vis tantum mereris.  
**F**ac ergo voluntatez magnā si vis habere meritum magnū.  
 Bene hoc sciuit peccatrix illa que quia multum habuit qđ  
 dimitteretur non attulit substantiam magnam sed dilectio-  
 nem magnam: multum contra multum. **S**i multa pecunia  
 magisq̄ caritate multa iniquitas multa redimere: feliciores  
 diuites essent q̄ pauperes: & secure peccare possent quantū  
 vellent & q̄ diu vellēt. In ipsis enim si esset redemptio pecca-  
 torum suorum quando vellent darent pecuniam & haberent  
 iusticiam. Nunc autem bene facit deus: quia in eo posuit re-  
 demptionem nostram vbi nullus nisi ipse velit egere potest:  
 amare possunt equaliter & diues & pauper: etiam si pecuniaz  
 equaliter dare non possunt. **D**ilige multum si vis vt multū  
 tibi dimittatur. **D**imittunt inquit ei peccata multa quoniam  
 dilexit multum. **C**ui plus dimittitur plus diligit. Aliquid  
 contrarietatis hic esse videtur. Si enim ideo ei dimittuntur  
 peccata multa quia dilexit multū: videtur dilectio prior esse  
 q̄ remissio. Et rursus si ille plus diligit cui pl<sup>2</sup> dimittitur:  
 videtur prior esse remissio q̄ dilectio. Sic enim dictum est.  
**D**uo debitores erant vni feneratori: vnus multum debebat;  
 alius par: vnus plus alius minus. Cum non haberent unde  
 redderent donauit vtriusq̄. **Q**uis ergo eum plus diligit? Et re-  
 spondit. **E**stimo is cui plus donauit. **V**idetur hic prior esse  
 remissio & posterior dilectio. **I**deo enim multū diligitur quia  
 multum dimittitur. **P**ostea subiungit ostendens quare p<sup>o</sup>-  
 positionem istam fecerit. **V**ides inquit hanc mulierē. **I**ntui  
 in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti: hec autē  
 postq̄ intraui lacrimis lauit pedes meos & capillis extersit &  
 postea: propterea inquit dico tibi dimittunt ei peccata multa  
 quia dilexit multum. **C**ui minus dimittitur minus diligit:  
 & cui plus dimittitur plus diligit. **N**on videntur ista coherere  
 quia dixit eum plus diligere cui plus dimittitur: & huic idē  
 circo multum dimissum quia multū dilexit. **I**n hoc ergo nō  
 videtur conueniens esse similitudo nisi sic forte dicat: quia in  
 hoc apparet q̄ multum ei dimittitur: quia dilexit multum.  
 quia ille cui plus dimittitur plus diligit. **D**imittuntur inquit  
 ei peccata multa qm̄ dilexit multum: dimittuntur inquit illi  
 peccata multa. **E**t vnde hoc probo aut quomō aliud ostēdo  
 quia dimittuntur ei peccata multa. **I**n hoc inquit: quia dile-  
 xit multum: magna dilectio magne remissionis indicium est  
 cui enim plus dimittitur plus diligit. **D**ebitor est enim ille  
 cui plus dimittitur vt plus diligit: & si pl<sup>2</sup> diligit facit qđ  
 debet: & ostendit se multum accepisse in eo q̄ multū reddit.

Sic igitur mulier ista multum officiosa multum sedula multum deuota multum diligit: quia multum se accepisse agnoscit: dimittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. Si quis ergo ita intelligere velit quod dictum est. Dimittuntur ei peccata multa quia dilexit multum: nihil inconuenientius erit sed videbitur fortassis hoc alicui magis ad veritatem pertinere ut illam hic dilectionem intelligamus quam mulier peccatrix desiderio sanitatis accensa diligere cepit saluatorem a quo se credidit habere salutem: et quia agnouit multum esse quod sibi ab eo dimittendum esse sperauit: ideo multum dilexit. Non dum adhuc audierat: dimittunt tibi peccata tua adhuc quod impetrare desiderauit postulauit: et tamen quasi iam accepisset datorem suum amauit a quo se quod petijt accepturam non dubitauit: ideo inquit fides tua te saluam fecit. Quia enim credidisti dilexisti: et quia dilexisti meruisti. Ex quo enim fides cepit salus cepit: sed tu nesciebas quod ego te per fidem et dilectionem ad me traherem ut credenti et diligenti peccata multa condonarem. Tu autem forte hoc non cogitabas: ideo ut scias et consoleres: nunc dico tibi. Dimittuntur tibi peccata tua: cui plus dimittitur plus diligit: alij diligunt postquam accipiuntur et priusquam acciperes dilexisti: quia te accepturam credidisti: ideo fides tua saluam te fecit vade in pace. Vide nunc quantum potest deuotio magna quantum facit caritas quantum facit bona voluntas. Noli ergo timere si bona voluntas pigra non fuerit: indulgentia tarda non erit.

**Quod homo opus iudicat. deus voluntatem pensat. Ca. vij.**

Non sunt voluntas et opus voluntatis. Deus voluntatem pensat: homo opus iudicat. Sed sunt iterum opa alia occulta que nesciuntur: alia dubia que non discernuntur: alia manifesta id est vel ita mala ut non valeant abscondi: siue ita bona ut de his non possit dubitari. Occulta et dubia diuino iudicio reseruantur. Que autem manifesta sunt si bona sunt per approbationem iudicantur sed per retributionem non iudicantur: quia premium et merces illorum in posterum reseruat. Mala voluntatem hic iudicari et puniri: ne si in posterum illorum iudicium seruaretur: non ad correctionem sed ad damnationem omne iudicium exerceret. Propterea positi sunt homines iudices vice dei ut culpas subiectorum examinando castigarent: ut in fine cum venerit iudex correctos

saluare possit: quos corrigendos humano iudicio subiecit.  
**D**ata sunt ergo iudicia & cōtra culpas diuersas expiandas  
correctionum & satisfactionum modus ac mensura rationa  
bili diffinitione prefigitur. **E**t est scriptus liber penitentialis  
in quo quasi spiritualis medicine antidota proponuntur: vbi  
medici animarum accipiant q̄ contra mōbos peccatorum  
sanandis egris mentibus apponant.

**De Remissione peccatorum & si sacerdotes qui  
hoies sunt peccata possunt dimittere. Ca. viij**

**P**otestatem remittendi peccata quidā soli deo ita ascri  
bere conantur vt in ea hoīem participem fieri posse:  
nullo modo concedant. **E**t ad ḡfirmationem huius  
assertionis adducunt mundationem illius leprosi quem do  
minus prius per semetipsum sanitati restituit: ac sic deinde  
ad sacerdotes misit non vt eius mundatio virtute illōrum p  
ficeretur: sed vt tantummodo testimonio illōrum ḡfirmaret.  
**S**imili modo nunc in presenti ecclesia dicūt ministeria sacer  
dotum nihil amplius virtutis habere: nisi quedam tantum  
modo signa esse: vt ille videlicet qui prius per contritionem  
cordis intus a domino absoluitur: postmodum in ḡfessione  
oīis ab eis absolutus esse ostendatur. **Q**uod autem in sola cordis  
contritione etiam ante confessionem oīis peccata dimittātur  
prophético illo testimonio approbare volunt quo dicitur.  
**Q**uacūq; hora ingemuerit peccator saluū erit: & alibi. **Q**uia  
adhuc te loquente dicam ecce assum: & psalmista. **D**ixi in q̄  
ḡfitebor aduersum m. i. m. d. & t. r. i. p. m. Idcirco tamen post  
contritionem cordis confessio q̄ oīis est necessaria: quia si  
quis etiam post impetratā veniam peccatorū confiteri eadez  
peccata sua neglexerit quasi institutionis diuine cōtemp̄tor  
q̄uis non pro peccatis que iam dimissa sunt reus teneatur:  
tñ reus pro contemptu erit. **V**el fortassis quia ipsa peccata  
iam ad contumacem redeunt que prius per compunctionez  
humiliato dimissa fuerunt. **H**ac erga ratiōe probant hoies:  
nullo modo potestatem habere dimittendi peccata: sed hanc  
soli dei esse: sicut etiam in euangelio iudei contra dominū  
mutmurantes: quia dixerit paralitico dimissa sunt peccata  
tua aierunt solū deum posse peccata dimittere. **S**ed fortassis  
qui hoc de absolutione peccatorum dicūt: quomodo quisq;  
peccato ligetur non satis diligenter attendunt. **D**uobus enī  
modis peccator ligatus est: ligatus est obduratione mentis:  
ligatus est debito future dānationis: q̄ diu nanq; gratia dei  
cum hoīe est: solutū est homo & ad bene operandū expedit.

**S**ed cum per peccatū gratia dei subtrahitur: statim ipsa sua obduratione mens intrinsecus obligat. **I**sta obduratione siue excecatio mentis interiores tenebre sunt in quibus homo pro peccato suo in presenti obligatus tenetur: nisi ab his in hac vita solutus fuerit postmodum ligatis manibus et pedibus in exteriores tenebras precipitur. **S**ed quia nemo sua virtute post ruinam peccati surgere valeret: nisi diuina misericordia gratuito preueniens eum suscitaret: ideo necesse est ut deus gratiam suam quam peccantibus nobis iuste subtraxerat quoniam ad penitentiam viuificandi sumus sola misericordia nullis nostris precedentibus meritis reddat: quatinus ipsa gratia adueniens cor nostrum a torpore infidelitatis et a peccati morte exsuscitet ut scilicet dum primum ipsa operante ad penitentiam compuncti a vinculis torporis absoluiamur: et ipsa deinde cooperante penitentes a debito damnationis absolui mereamur. **H**oc bene in resuscitatione Lazari significatum est quem ipse dominus per se prius intrinsecus a vinculo mortis absoluit. **V**iuificatum autem defuncti ministerio ipsorum apostolorum solui precepit. **S**ic namque in sancta ecclesia nunc mortuos peccatis per solam gratiam suam intrinsecus viuificans ad compunctionem accendit atque viuificatos per confessionem foras venire precipit: ac sic deinde confitentes per ministerium sacerdotum ab exteriori vinculo hoc est a debito damnationis absoluit. **B**ene autem debitum damnationis vinculum exterius dicitur: quia pertinet ad tenebras exteriores quas euadere dignus non est quisquis prius in hac vita a tenebris interioribus solui non meretur. **S**ed male inquit de sacerdote deum facit qui ei potestatem dimittendi peccata quod deo soli competit tribuistis. **N**on ego sacerdotes deos facio sermo diuinus qui mentiri non potest sacerdotes deos dicit. **D**ixit inquit non detrahes a principi populi tui non maledices. **I**sti vero contra legis preceptum dixit detrahunt: quia potestatem diuinitus collatam sacerdotibus auferre volunt. **N**ecque vero ego sacerdotibus potestatem dimittendi peccata tribui: ille hominibus potestatem diuinam tribuit qui de hominibus deos facit: sed tamen ipse sicut ex semetipso deus est: ita etiam per semetipsum quando vult sine humana cooperatione peccata dimittere potest. **H**i vero qui ex semetipsis dii non sunt: illi etiam nisi eo a quo sunt hoc quod sunt in eis et per eos operante et eis cooperante peccata dimittere non possunt. **Q**uomodo ergo solus deus est bonus nec tamen inde sequitur bonos non esse etiam eos qui domino seruiunt et quomodo solus deus mirabilia facit: et tamen de iusto homine dicitur

**F**ecit enim mirabilia in vita sua: ita etiam solus deus peccata dimittit. tunc quoque quando sacerdotes ab eo et per eum dimittunt. Ipse enim hoc in homine facit quod homo per eum facit. Nec ideo dicendum est hominem ibi nihil facere: quia per eum deus facit. imo vero ideo multo melius et multo verius facere: quia per eum deus facit. Hinc est quod Petro principi apostolorum dicit. Tibi dabo claves regni celorum. **Q**uodcumque ligaueris super terram erit ligatum et in celis: et quodcumque solueris super terram erit solutum et in celis. Non dixit quodcumque solueris hoc est ut illi aiunt solutum ostenderis fuit solutum sed erit solutum: quia sententiam Petri non precedit sed sequitur sententia celi. Ne autem hoc soli Petro concessum putes esse: audi quod omnibus apostolis ac per hoc omnibus apostolorum successoribus et apostolorum vice fungentibus dicat. Accipite inquit spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt. **V**bi dixit si ostenderit fuit: nusquam hoc dixit sed dixit si feceritis erit. Audiant ergo et intelligant quorum remiseritis peccata remittuntur eis: quibus hoc dicebatur. prius dictum fuerat. Accipite spiritum sanctum ne vel quod dabatur crederetur contemptibile: vel quod accipientes operantur existimetur ex humana virtute procedere. Non ergo mirum est si homines peccata dimittere possunt: quia ut hec possint non ex sua sed diuina virtute accipiunt: et hoc omnibus deum dare nihil est aliud quam deum hoc per homines facere. **Q**uod autem de mundatione leprosi opponunt minime opinionem eorum suffragatur: quia si ideo peccator ante confessionem absolui credendum est: quia leprosus mundatus est ante demonstrationem: eadem ratione peccator post compunctionem ad sacerdotem ire non debet peccatum suum plangere: sed iusticiam demonstrare: quia et ille ad sacerdotes missus est non ut sanitatem reciperet sed ut sanitatem demonstraret: quod omnino fides christiana abhorret. **P**ropterea si miraculum quod dominus operatus est sacerdotibus non ob reuerentiam officii sed ad imperium ostenditur: quid aliud quoque quam noui quidem sacerdotii in spiritali curatione contemptus generatur: sed etiam illud quod dicunt. **Q**uacumque hora ingemuerit peccator saluus erit. **E**rgo de his precipue dictum puto: qui totam vitam suam in peccatis agentes in fine penitent: et tunc peccata sua deserunt quam iam in hac vita tempus satisfactionis habere non possunt: **Q**uibus dicitur tamen ne villo modo de venia desperent: quia tunc quod si vere penituerint misericordiam consequi valent. hoc est enim. **Q**uacumque hora scilicet etiam in extremis etiam in

articulo necessitatis si peccator ingemuerit hoc est ex tota cor/  
dis contritione conuersus fuerit saluus erit ab eterna scilicet  
damnatione quasi alijs verbis diceretur. Quacunq; hora in  
presenti vita peccator vere penituerit in futura vita non peribit.  
¶ Si quis ostendat illud quod dictum est saluus erit non esse dictum  
de saluatione que in futuro tribuitur: sed de illa potius que in  
presenti in absolutione peccatorum condonatur: non necesse est tamen  
nos dicere quod peccator ab omni debito suo absoluat: statim ex quo  
gemere cepit donec totum persecutus fuerit remedium: quod deus ad  
optinendam veniam instituit. Hoc est autem remedium ut corde  
peniteat et ore confiteatur delictum: quod cum fecerit iam amplius  
debitum damnationis non erit: etiam si satisfactio restat quam  
pro peccato persoluit. ¶ Si forte peccator vere peniteat sed in  
currente articulo necessitatis ad confessionem venire non possit  
confidenter pronunciet: quia in eo summus sacerdos complet quod  
mortalis non potuit et apud deum iam factum existat quod homo  
quidem vere voluit sed non valuit adimplere: quia confessionem non  
ostentus exclusit sed impediuit necessitas: proinde si quod dictum  
est. Quacunq; hora ingemuerit peccator saluus erit de presenti  
salute accipitur sic intelligendum est ac si diceret. Tunc pecca/  
toris salus incipit quando veraciter pro delictis suis ingemiscit:  
que tamen tunc saltem plene perficitur quando id unde ingemuerit etiam  
ore confiteretur. Item illud quod dicitur. Quia adhuc te loquente dicam  
ecce assum. sic conuenienter potest accipi: quia deus prius adest pro  
gratiam ut cor ad penitentiam compungat: deinde adest ut pecca/  
torum indulgentiam confitenti tribuat. Postremo id quod de psalmi/  
sta opponunt. Dixi contra me in malis meis et tunc in peccatis meis. Sanctus  
Gregorius de culpa cogitationis tamen modo dictum esse asseruit  
in hec verba. Sepe misericors deus eo citius peccata cordis abluit  
quo hec exire ad opera non permittit. unde recte per psalmi/  
stam dicitur. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam  
domino et tu remisisti in peccatis meis et paulo post. Quam facilis  
sit super hoc venia ostendit: qui dum se adhuc promittit petere  
hoc quod se petere promittebat optinuit. quatinus quia usque ad  
opus non venerat culpa: usque ad cruciatum non perueniret  
penitentia sed cogitata afflictio mentem tergeret: quam nimis  
tantummodo cogitata iniquitas inquinasset. ¶ Si quis hoc  
de quolibet delicto velit accipere: sciat tamen aliud peccatum  
esse: aliud impietatem peccati. Impietas namque peccati ipsa re/  
ctissima obduratio cordis accipitur: que primam in compunctioe  
soluitur: ut postmodum in confessione peccatum ipsum id est  
debitum damnationis absoluat: sed siue hoc siue alio quocunq; modo  
predicte auctoritates exponantur: nos verissime confitemur



sacerdotes dei in ecclesia potestate habere ligandi & soluendi non per functione & inusitato quodam genere locutionis significatam sed veraciter a deo concessam: quibus dictum est. **Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta erunt.** Sed forte quis opponet: quia sacerdotes multos ligant in ecclesia qui apud deum non ligantur. Itaque multos soluunt qui apud deum ligati permanent: quia sepe innocentes ligant & in reatu permanentes soluunt. & sic verum non erit. **Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis peccata retenta sunt.** Sed sciendum est quod sepe sacra scriptura sic de re aliqua loquitur: ut quod inde euenturum sit prenunciare videatur: & tamen virtutem eius magis quam euentum exprimat: quia non quod euenire debeat sed quod euenire possit ostendat: verbi gratia. **Dicit quodam loco scriptura. Qui crediderit & baptisatus fuerit saluus erit: & tamen scimus quia multi credentes baptismum accipiunt qui postea culpis suis exigentibus reprobati ad salutem eternam non pertinent.** Item in alio loco. **Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum habet vitam eternam & in iudicium non venit: sed transit a morte in vitam eternam.** Et tamen Paulus dicit. **Quia quisquis corpus domini indigne manducare & calicem bibere presumpserit: iudicium sibi manducat & bibit.** **Ubi ergo magis virtus sacramentorum exprimitur: nec quod per ea quilibet participantes saluandi sint: sed quod saluari possunt significatur quasi diceretur. Tanta virtus est baptismi ut quisquis illud fideliter & deuote preceperit: per illud ad eternam salutem pertingere possit.** Item tanta virtus est in sumptione corporis & sanguinis mei ut per illud qui digne sumpserit eternam vitam consequi possit. **Simili modo hoc dictum estimo. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt: ac si apertius diceretur. Tantam vobis potestatem in ligandis & soluendis peccatis tribuo: ut quisquis a vobis ligari meruerit apud me solutus esse non possit: & quisquis a vobis absolui meruerit iam apud me ligatus non sit.** **Audiant homines & intelligant peccatores quod presidium eis a domino conceditur: quod rursum iudicium preparatur: fortassis deum necdum interpellare presumunt: habent homines sacerdotes vice dei fungentes cum quibus interim causam suam sine periculo agere possunt: ament intercessores & timeant iudices.** **Sed fortassis iterum querit aliquis quid opus sit deo ad soluenda peccata hominum: homines cooperatores querere quasi per se quid voluerit non valeat adimplere: sed certissime scire debemus quod in absoluendis peccatis**

nequaquam deo humana cooperatio suffragetur. Ideo tamē hominem cooperatorem fieri quia salus peccatoris eo modo contentius perficitur. Quid enim peccata nisi plage quedam sunt: & quid est penitentia nisi medicina. Et scimus quod in sanandis vulneribus carnis nisi congruum adhibeatur remedium dolori nequaquam sequitur effectus curationis. Quia ergo per superbiam omne peccatum geritur: necesse est ut per humilitatem omnis penitentia condiatur: quatinus inobedientiam obedientia frangat: & elationis tumorem humilitatis deuotio premat. Conueniens est ergo valde ut nos qui peccando deo contumaces fuimus: penitendo hominibus etiam seruis dei supplices simus: & homo qui ad dei gratiam conseruandam mediator non eguit: iam eam recuperare non nisi per hominem mediatorem possit. Nam si & hoc saluberrimum est peccatori ut discat quod longe peccando a deo recesserit: cum tamen difficulter penitendo ad deum redit: quia & cautior de reliquo efficitur: dum non sine graui labore penitenti aditus indulgentie aperitur. Gemat ergo peccator & suspiret & anxius pro peccato suo timeat & expauescat sollicitus discurrat: auxiliatores & intercessores querat: prosternat se humiliter homini qui noluit humiliter astare creatori ut in hoc etiam facto quod dammodo ad deum clamet & dicat. Vide domine & considera & attende quid facio. Scio quidem domine & fateor quia tibi subici nolle damnabilis fuit elatio: sed iam propter te coram homine prosterni non sit queso despicabilis deuotio. Magnū est quod abstuli: nec parum est quod reddo. O quam suauis & iocunda dei nostri miseratio: totum bonum nostrum ipse in nobis operatur: & velut pater alludens in filiis sic totū facit ut quasi nihil facere videatur. Ecce peccator compunctus gemit suspirat lacrimatur: confitetur reatum suum: postulat veniam: flagitat misericordiam & hoc totum quasi ex homine esse creditur: sed quis queso hoc facit nisi ille qui intus presidet & cor hominis ad hoc faciendum monet. Obsecro ut non sit onerosum si breue huius rei quoddam exemplum proponuero. Pater quidam quendam contumacem filium quasi cum magno furore expulit ut ita afflicto humiliari disceret: sed illo in contumacia sua persistente quadam discreta dispensatione consilij a patre matri mittitur: ut non quasi a patre missa: sed quasi materna pro se pietate ducta veniens muliebri leuitate obstinatum demulceat: contumacem ad humilitatem flectat vehementer patrem iratum nunciet: se tamen interuenturam spondeat: veniam promittat: consilium salutis suggerat

intercessores querere suadeat: non nisi magnis precibus patrem placari posse dicat: causam tamen rei se suscepturam asserat et ad bonum finem rem omnem se perducturam promittat. Videte queso si non ita vestra causa agitur: peccante filio deus pater quasi expulsi iratus: cui tamen non proposito bone voluntatis sue fortassis nunquam iratus fuit. Sed quia infirmitas humana per se de lapsu surgere non valet: ad cor peccatoris mater gratia mittitur: sacerdos intercessor queritur: ut deus qui iratus fuerat complacetur. Quid dicam? Quis sapiens et custodiet hoc et intelliget misericordias domini. Numquid enim superfluo ideo factum est quod factum est: quia deus ab irato in propitium mutatus est: non qui suis nunquam propitius non est: absit. Sed necesse est sic fieri quia aliter reatus nostri sceleris non potest expiari. Necesse est ergo sic fieri: quia deus etiam hoc quod dare desiderat a se precipit postulari. Necesse est ergo sic fieri: quia et si in deo semel propositum erga nos ira non fuerat: in nobis tamen semel reatum ira manebat que cum debita satisfactione soluitur: ut ita dicam non deus homini sed deo homo reconcilietur. De peccatis autem utrum redeant an non ex quo semel dimissa sunt. Ego interim non asserendum esse iudico sed verendum. Quod tamen si sit vel non sit: quia iusticia vel fiat vel non fiat alterius tractatus operam expectat: eo precipue quod quedam diuinarum scripturarum testimonia de hac re ambigue edita leguntur: ita etiam ut nihil ex eis absurditatis nasci videtur: que certe non leui aut transitoria consideratione discutienda sunt.

**¶ De eo utrum peccata redeant postquam semel dimissa fuerint** ¶ Ca. ix.

**¶** Vite sunt questiones hominum: quod diu viuitur semper queritur. Qui enim querit nondum inuenit quod querit: et tamen querit quia amisit quod querit. Et si non amisit quia forte nunquam habuit: tamen quod diu querit: significat se necdum habere quod querit. Propterea quod diu viuiamus necesse habemus semper querere: quia nondum totum habemus quod dicere debemus. Quid est autem quod querere debemus nisi veritas et bonitas que si perficere perfecte haberemus nihil amplius querere deberemus. Quia si quid forte amplius esset adiceretur etiam si non quereretur. Querite inquit primum regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adiicientur vobis. Regnum dei veritas est: iusticia et bonitas hec duo si quesieris sicut debes cetera omnia gratis apponentur. Quare ergo illa querere labores que gratis habere potes.?

**S**i ista queris sine illis aut non habes aut si habes utiliter non habes. Si illa queris sine istis et illa habes ad salutem: et ista ad utilitatem omnia inquit hec adijciunt vobis. Multa sunt hec illa pauca sunt. Duo enim sunt ibi: hic plurima inveniuntur: et tamen plus valent duo illa quam omnia hec: noli respicere ad maius sed ad melius: noli attendere ad aceruum sed precium pensa: pauca quere ut multa inuenias. Hec sunt ergo sola que querere debent homines veritas et bonitas: et utinam tam studiosi essent ad querendam bonitatem: quantum ad veritatem querendam curiosi inveniunt. Nescio quo pacto familiare est omnibus veritatem querere: etiam his qui bonitatem non amant. Intus enim omnes veritatem scire volunt ut nemo inueniatur qui falli velit. Multi sine bonitate veritatem querunt sed sociata est veritatis bonitas: non venit sine bonitate libenter veritas: aut si venit non venit de partibus illis et de regione illa ubi salus est. Querunt homines utrum peccata ipsorum ad eos reuertantur postquam semel dimissa fuerint. Scire hoc volunt et cauere hoc nolunt. Quare ergo hoc scire volunt qui cauere hoc nolunt: nisi quia curiositas eos trahit cum bonitas non delectet. Querunt hic si forte eis dicatur quia non ita est pendet ad nuncium temporis sui si forte quis veniat qui dicat eis quod audire volunt. Querunt quasi veritatem: non quod amant vel ipsam veritatem quia non diligunt bonitatem: sed verum esse volunt hoc quod ipsi volunt. Ideo ergo querunt si forte illis respondeatur quod ipsi potius audire volunt. Et si forte venerit quis testis veritatis qui dicat veritatem contra ipsorum voluntatem: non excitantur sed consternantur et corruunt mente quia non audierunt quod audire voluerunt: idcirco habent maliciam illorum veritas illis respondet vel sicut volunt ut amplius errent: vel sicut nolunt ut amplius desperent. Tamen quia et hoc ipsum querendum est propter eos qui excitantur et proficiunt de veritate: non est absurdum si querimus et etiam in hac parte conscientia humana si aliqua ut solet cogitatione pulsetur sibi debeat respondere. Si ergo queritur utrum peccata que semel penitenti dimissa fuerint amplius imputentur: fortassis qui dixerit asserendum non esse hoc sed timendum securius iudicabit. Melius est enim aliquando in eiusmodi occultis que sine periculo salutis ne sciri possunt timere quam aliquid diffinire. Dicat ergo aliquis quia timendum est hoc non asserendum. Ego illi qui cogitationem suam castigare non potest ut hoc ei sufficiat: hoc satis esse puto et magis fortassis expedire ut amplius non querat. Qui vero urgetur et animo sollicitatur neque hic stare potest

vt ultra non pergat ad inquisitione: illi satisfaciendum esse quantum fieri potest salua reuerētia secretorum. **E**cce ergo tu quicumq; certus esse vis vtrum peccata tua amplius redeant que semel dimissa fuerūt. **V**ideamus ergo ⁊ discutiamus quid te sollicitet: peccata inquis mea dimissa fuerunt: volo scire si ampli⁹ debeant imputari. **Q**uid ergo tibi videt? **M**ibi inquis non videtur q; debeāt denuo imputari peccata que dimissa sunt: alioquin mutabilis videtur deus qui non teneat sententiam suam ⁊ tam facile mutet iudicium suum. **Q**uomodo mutet? **I**n hoc inquis mutet quia cū mihi prius peccata mea condonauit dixit: quia amplius ea a me non requireret. **N**on enim condonasset nisi hoc dixisset. **N**unc autē itez requirit ea ⁊ exigit ad penaz a me que prius dimiserat. **I**deo dico quia si de⁹ dicitur peccata que semel dimittit itez imputare mutabilis putatur ⁊ variās verbum suum quod semper constare debet. **P**ropterea igitur quia hoc esse nō p̄ videtur mihi q; peccata que semel a deo dimissa sunt: nulla ratione debeant amplius imputari. **S**ic fortassis tibi videbit ⁊ hac ratione confirmabis te vt non timeas periculum tuū. **S**ed dic mihi modo quomodo intelligas id qđ dic⁹ peccata tua tibi dimitti. **S**i enim non intelligis quomodo recedunt: non intelligis quomō redeunt: imo si non intelligis quomō assunt non intelligis vel quomō recedunt vel quomodo redeunt. **Q**uid ergo dicitur cum dicitur de⁹ peccata imputare. **S**i dicitur quia quando imputat peccati irascitur: ergo qñ penitenti condonat peccata placatur. **S**i ergo dicimus: quia deus aliquādo iratus postea place⁹ quomō negare poteris qñ in hoc ipso mutet. **Q**uando ergo imputat ⁊ qñ condonat non mutatiōe sui s; mutatiōe tui imputat ⁊ gdonat: p̄pterea imputat qñ peccatorē dignū pena iudicat: peccata gdonat qñ penitentē dignum venia iudicat. ⁊ vtrobiq; idem ipse est. **T**u mutaris de alio in aliud: modo peccator per culpā: mō iust⁹ per penitentiā. **I**pse non mutat sed idem permanet semper: ⁊ stans in illo qđ ipse est: immutabiliter videt ⁊ discernit qđ tu variabilē factus es siue de bono mal⁹ siue de malo bon⁹ ⁊ qñ te peccatorē videt imputat tibi peccata tua: quia talem te discernit quē digne puniat. **Q**uando autē penitentē te videt peccata tua gdonat: quia talem te discernit cui iuste parcat. **H**ec autē omnia ipse immutabiliter operat: quia ⁊ cum tu p penitentiam peccator esse desinas: non tñ ipse desinit scire q̄lis fuisti: ⁊ cum iustus esse incipis: non tñ ipse incipit qđ tu esse incipis: qui ⁊ anteq̄ inciperis sciuit qualis tu futurus fuisti ⁊ cum desieris esse qđ eras: non tñ ignorat ipse qualis fuisti

**N**on ergo sic intelligas quasi mutetur deus cū tu mutaris: sed quia peccata tibi propterea imputare dicitur: quia et ira sua et indignatione dignum te discernit. Eadem autē postea condonare peccata quā venia et misericordia dignū agnoscit. **S**i igitur hoc est peccata imputare reum esse per culpam: et peccata condonati iustum fieri per penitentiā: quare peccata ad hominē reuerti non dicantur cum ipse homo ad peccata reuertitur: sed dicis mihi. **E**go quando ad peccata reuerto: ita reuerto vt simile aliquid agam illi quod prius egi: non tamen hoc ipsum quod prius egi: et si idem ago idem similitudine non idem veritate: idem quia simile illi: nō idem quia illud: vna similitudo agendi: non tamen actio vna. **S**i ergo dico pro preteritis delictis idcirco puniri debere: quia post illa dimissa ad similia perpetranda redeo: ego sic iustum esse fateor si hoc modo pro illis puniri dico: quomodo illa perpetrare dico. **S**i autē propter hoc solum prima mala denuo omnino agere dico: quia alia quedam ago similia illis: pari modo cum pro illis puniendus dico: nō aliud intelligendū ratio suadet quā me puniendū esse pro his que similia postea prioribus perpetravi. **N**on autem hoc in questione erat: sed vtrum videlicet post prioris delicti indulgentiam si ipsum delictum repetitur: illa que dimissa fuerit culpa ad subsequenter reuertētem reatus duplicetur: verbi gratia. **Q**uidam pro homicidio perpetrato ex toto corde penitentiam egit et indulgentiam consecutus est: contigit postea vt homicidium perpetraret. **H**oc homo ille duo homicidia fecit: vel potius homicidium bis. **S**ic enim conuenientius et expressius hinc pro prietatem locutionis dicitur. **V**num enim quoddam malū homicidium est sicut adulterium est et furtum et fornicatio singula mala sunt: quemadmodum caritas et paciētia et humilitas et castitas singule virtutes sunt: et qui duos homines diligit non duabus dilectionibus diligit: sed vna caritate et vna dilectione. **S**ic ergo homo iste bis homicidium fecit: primo quando indulgentiā penitendo optinuit: secundo quando post indulgentiam acceptam iterum homicidium fecit. **M**or tuus est autem homo iste postea sine penitentia et damnatus pro peccatis suis. **Q**ueritur ergo de hoc homine si debeat puniri pro illo homicidio pro quo penitentiam egit et indulgentiam accepit. **E**t si hoc dicitur: qua iusticia hoc fiat non videtur: si punitur pro eo quod peccauit et nō emendauit eius iusticia est manifesta. **S**i autē iterum requiritur quod fuerat condonatum: aut iniusticia vera: aut iusticia occulta. **I**n hoc ergo demonstrari oportet qua iusticia homo pro eo quod iam

dimissum fuerat iterū puniatur. Sic fortassis pro hac parte obijciendum tibi videatur. Dic ergo nunc. Iustum tibi videtur ut propter subsequentem penitentiam precedens culpa quae imputabatur condonetur: & non similiter propter subsequentem culpam illa quae fuerat dimissa precedens culpa iterum imputetur. **S**i subiuncta virtus plagam peccati hiantem claudit: subiuncta culpa plagam clausam non aperit. **S**i bona opera viventia per culpam moriuntur: & per iustitiam iterum mortua vivificantur: quare similiter opera mala quae per virtutem excusantur per culpam iterum non imputantur. **V**is ut penitentia tamen valeat ut quae imputabantur condonentur: & non vis ut tamen valeat culpa ut quae condonabantur imputentur. **P**enitentia sequens potuit precedentem culpam excusare ut non noceat aliquando fuisse imputatam & sequens culpa non potuit precedentem penitentiam euacuare ut non profit aliquando fuisse laudatam. **S**i sententia tuo iudicio constare poterit: magis commodum queres quam iustum. **M**aledictus homo qui partem suam deteriorē facit: ideo partem tuam facit bonam: quia & iudicas bene pro parte tua. **F**ortassis bene esset tibi si sententia veritatis iudicium tuum sequeretur: nunquam te iudice damnaret. **S**ed timeo ne forte dum tu aliud vis quam veritas: aliud veritas faciat quam tu velis. **M**agis enim veritatem impleri oportet quam tuam voluntatem. **T**u dicis quia quod condonatum est iterum imputari non debet: ergo similiter quod imputatum est condonari non debet. iterum si quid condonatum est iterum imputari non debet. **S**i penitentia placet quia facit ut imputata condonentur malicia: contemptus quia displicet non similiter facit ut condonata imputentur. **S**i humilitas penitentiae dignum te facit ut pro his etiam quae imputabantur non puniaris: contemptus & transgressio culpe dignum non facit ut pro his etiam quae condonabantur ad poenitentiam exigaris. **N**onne attendis quia quanto saepius gratia datur: tanto nequior ingratitudo iudicatur. **E**cce duo sunt unus saepius offendit & saepius oranti & deprecanti venia indulgetur. **A**lter innocenter vivens & semper voluntati & imperio presidentis domini humiliter obediens non habet pro quo deprecetur. **C**ontigit autem postea quod contingere potest ut uterque in simili culpa offendant. **D**ic ergo quis horum amplius reus iudicatur: nisi ille qui tantam gratiam ingratus comprobatur. **L**eges secunda crimina grauius plectuntur: & iterata vulnera difficilius ad sanitatem reducuntur. **E**t tu dicis quia nihil interest ad reatum subsequentium: quia autem quanta poenitentia fuerunt. **S**i mala prima quae pro posteriora bona excusata fuerant: pro subsequentia iterum mala non vivificantur ad reatum

Ergo prima bona que per posteriora mala mortificata fuerant per subsequencia iterum bona non viuificantur ad meritum. Recte iudicate filij hominum: si aliter iudicas pro te aliter contra te iustus iudex non esses. tantum iusticiam diligere debes vt nec te ipsum contra ipsam diligas. **L**iteratores sunt qui causas transformant & mutant veritates propter comoditatem: tales iusticia non probat. **D**omine inquit nō cognoui literaturam i. i. p. d. d. m. i. r. f. hoc est iudiciū solum in quo sola iusticia ita attenditur vt nihil iusticie preponat. Iustum ergo iudiciū iudica si vis vt bona tua iam pridem per culpam mortua iterum per iusticiam viuificentur. **N**oli irasci neq; iniuriam tibi fieri putes: si mala tua iam pridem per penitentiam excusata iterum propter maliciā tuam tibi imputentur. **S**ed deus inquit dixit de malis meis quādo penitentiam egi q; ea mihi amplius non imputaret. similiter & deus dixit de bonis tuis quādo peccasti: q; non amplius ea remuneraret. **S**i ergo propter dictū dei stare debet vt illa amplius non imputentur: quare similiter verbum dei stare non debet vt ista amplius non remunerētur: pro commōdo tuo vis vt deus mentiatur. **V**bi autem te ledi sentis: pro veritate ipsius conseruāda laboras. **Q**uare ergo hoc facis: nisi quia peruerse te diligis? & deum non diligis. **I**pse autem recte diligit veritatem suam & iuste damnat prauitatez tuam: quā tamen de dicto dei argumentum sumere putas: & eius sponsonem pretendis ad defendendam iniquitatē tuam: ipse tibi respondeat quantum sperare debeas cum male agis in eo q; prius penitenti veniam promisit. & similiter si bene agis vt & ideo desperare debeas pro eo q; prius male agenti mortem & perditionem intendit. **D**ñs per prophetam loquitur dicens Tu fili hominis dic ad filios populi tui. Iusticia iusti non liberabit eū in quacūq; die peccauerit: & impietas impij nō nocebit ei in quacūq; die suersus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit viuere in iusticia sua in quacūq; die peccauerit. **E**tiam si dixerō iusto q; vita viuat: & confusus in iusticia sua fecerit iniquitatem omnes iusticie eius obliuioni traditur: & in iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur. **S**i autem dixerō impio morte morieris & egerit penitentiam de peccato suo. feceritq; iudiciū & iusticiaz pignus restituerit impius ille rapināq; reddiderit: in mandatis vite ambulauerit nec fecerit quicq; iniustum vita viuat: & tamen morietur. **O**mnia peccata que peccauit non imputabuntur ei iudiciū & iusticiam fecit vita viuat & dixerunt filij populi tui. **N**on est equi ponderis via dñi: & impiorū via iniusta est



**V**ide ergo idcirco quia presumendum tibi non est si peccaueris quia prius penitenti venia promittebatur. neque ideo desperandum si bene egeris: quia peccanti mors et damnatio intentabatur: deus tibi de tuo respondet non de suo. meritum tuum tibi indicat: consilium suum non reuelat. male agenti dicit morieris: bene agenti dicit vita viues. **Q**uid est dicere: morieris: nisi dannaberis. etiam quod est dicere viues nisi saluaberis. **Q**uid autem est dicere dannaberis: nisi dignum dannatione iudicare & quid est dicere saluaberis: nisi saluatione dignum discernere. **D**icit ergo tibi quod tuum est quod tibi debetur: quod futurum est quantum ad meritum tuum: non quantum ad consilium suum. Hoc est enim iustum ut de tuo respondeat et hoc tibi proponat quod ad te pertinere videtur: sic niniuitis secundum ipsorum meritum non secundum consilium suum mandauit dicens. **A**d huc quadraginta dies et niniue subuertetur: sic enim meritum illorum requirebat et ita futurum fuit secundum meritum illorum. **A**d hoc spectabat et illud etiam quod dictum est Ezechie. **D**ispone domui tue: cras enim morieris et non viues. Ita enim quantum ad ipsum futurum fuit et ut ita futurum esset exigebat quod in ipso fuit. Talis enim erat infirmitas illius ut amplius viuere non posset nisi aliunde iuuaretur et aliunde acciperet ut posset ergo quantum ad illos pertinebat futurum fuit quod dicebat: quis dilatum atque aliter sit dispensatum ab illo a quo dicebat. **S**ic ergo cum tibi peccati dei morieris: meritum tuum exprimitur sicut cum tibi bene agenti dei viues: debitum tuum notificatur. **E**t si quando dictum mutari videtur non propter dicentem mutat: sed propter te pro quo dicit: quia tu mutaris et idem non permanes neque mereris ut idem tibi semper dicatur. **N**oli ergo propter dictum dei confidere si male egeris: quia cum tu mutaris ad illud mutatur ad te dictum illius. **E**tiam inquit si dixero iusto: quia vita viuet et confusus in iusticia sua fecerit iniquitatem: omnes iusticie illius obliuioni traduntur: si omnes iusticie illius obliuioni traduntur. ergo et penitentia eius et humilitas eius et cetera que operatus est bona obliuioni traduntur. **S**i autem penitentia obliuioni traditur culpa unde excusatur: ergo si penitentia deletur culpa que propter penitentiam dimissa fuerat iterum necesse est renascatur: et merito qui post acceptam gratiam ingratus exitit cum illo gratia ipsa non permansit: sed mutata est ab ipso. quoniam ipse ad illam noluit idem esse. **V**ide quod tibi euangelium dicit de seruo nequam et ingrato cui roganti omne debitum a domino suo dimissum fuerat: sed quia ille erga seruum suum misericordiam habere noluit: rursum ab eo pro districtio: iusticie exigitur: quicquid per lenitatem gratie dimissum fuit.

Recte igitur dictum est quia cum peccatis in nos debita  
sua dimittere nolumus. Iure igitur exigitur id etiam quod nobis  
esse dimissum gaudebamus: et merito. **Q**uoniam enim peccati culpa  
dimittebatur gratia fuit non debitum: qui si sponte gratia  
collatam abiecit iustum profecto est ut illi gratia accepisse  
non prodest: sed dicis mihi. **S**i post penitentiam factam peccati  
iterum in priora denuo peccata imputatur ubi est quod dicitur:  
quia nullum bonum irremuneratum esse potest. **E**cce bonum  
quoddam hic est penitentia scilicet hominis huius que bona  
fuit quod diu vera fuit: et non habet bonum istud remunerationem  
aliquam: quia imputantur homini huic peccata sua: quasi  
nunc penitentiam egisset: aut penitentia illa bona non fuit:  
aut si bona fuit ostende remunerationem ei. **Q**uid ergo? **N**one  
tibi magna remuneratio esse videtur peccati remissio. **I**ste quoniam  
penitentiam egit dimissum est ei peccatum suum quod diu peni  
tuit peccatum suum non imputabat illi: quod diu meritum fuit  
premiu mansit. **V**olebas tu hanc libertatem dari homi  
nibus ut cum meritum dedissent et premium accepissent: quoniam  
rursus placeret eis meritum tollerent et premium retinerent  
non esset equa commutatio ista: inique ageres aduersus deum  
si sic tuum dares et suum acciperes ut iterum tuum tolles  
et suum retineres: si tuum dedisti suum accepisti: si tuum re  
cipis ipse quod suum est habere vult: nunquid tibi non ita  
videtur? **F**ortassis dicis quia non est equa via domini: et senties  
contra pietatem domini: quia non intelligis veritatem: quo  
modo inquis stabit quod scriptum est. **N**on iudicabit deus  
bis in idipsum si ea que dimissa fuerant iterum ad penam re  
quirantur. **A**udi quomodo? **B**is illud ipsum deus non iudicat  
quia peccatum quod per condignam satisfactionem deletum  
ostenditur ab eo nullatenus ad penam reputatur: sed hoc  
inquis quod per satisfactionem deletum fuit: iterum ad penam  
requiritur: ideo requiritur quia satisfactio iam non est aliquid  
que ad excusationem illius opponatur: quod diu satisfactio per  
mansit: permansit remissio et non puniebatur postquam semel  
dimissum fuerat. **C**essauit autem satisfactio quando iterata  
est malicia: quia et hoc ad satisfactionem pertinebat ut facta  
corrigerentur et correcti non iterarentur. **P**ostquam ergo culpa  
rediit iam quodammodo idipsum non fuit: quia bis in reatu  
cepit esse peccatum vnum. **Q**uia autem culpa reuersa est: re  
uersa est et pena que profecto repetita non fuisset: si culpa re  
uersa non fuisset: quando venit culpa secuta est et pena: quoniam  
correcta est culpa subtracta est et pena. quando reuersa est  
culpa reuersa est et pena: vnum contra vnum: et duo contra

duo nō vnū s̄ duo nec duo s̄ vnū hoc est iusticia: quantū  
ponit tū reponit. q̄d tibi videt: r̄nde si potes. Si at̄ r̄ndere nō  
potes: noli stendere s̄ de p̄care. Nō tibi expedit vt intres in iu  
diciū cū deo. Quere ḡo misericordiā vt iusticiā portare possis  
¶ Pars Quindecima. De Vnctiōe infirmozū j.

**T**ria sunt genera olei sancti. Primum ē  
oleum vnctionis: secundum est oleum  
principalis crismatis: tertium ē quod  
dicitur oleū infirmozū. Crisma grece  
vnctio latine dicitur: a tamen cū omne  
oleum ad vnctionē faciendā sanctificet  
non omne oleum principalis crismat̄  
vocat̄: nisi illud solum quo principalis  
vnctio perficitur q̄d etia; singulariter crisma vocat̄. Crisma  
enim est oleū cum balsamo mixtū quo vngunt̄ capita regū  
a pontificū: quo etiam baptisatos sacerdos vngit in vertice  
sic eo dem pontifex per impositionē manū s̄firmandos vngit  
in fronte. Hoc itaq; oleū cum balsamo mixtū crisma vocat̄:  
siue oleū principalis vnctionis. Hec enim vnctio q̄ crismate  
fit principalis vnctio d̄ quia in ea principaliter paraclitus  
dat̄. vnde s̄ propter abundantia gr̄e duos liquores mixtos  
habet oleū sc̄z a balsamū oleū s̄cientie balsamū fame: oleū  
q̄ intus s̄scientia perungit̄ balsamū cuius odore foris p̄ximi  
respergunt̄. oleū int̄ ad pacē cū deo. balsamū foris ad exem  
plū cū p̄ximo. Est aliud oleū q̄d d̄ oleū vnctiōis quo ca  
thecumini a neophiti vngunt̄ in pectore a inter scapulas ad  
sacramentū baptismi percipiendū. Tercium genus est olei q̄d  
d̄ oleum infirmozum q̄d ad presens sacramētum pertinet.

¶ Quā a quo instituta ē vnctio infirmozū. Ca. ij.

**S**acramentū vnctiōis infirmozū ab apl̄s institutū  
esse legitur. Iacobus enī apl̄s in epl̄a sua scribens sic  
ait. Infirmat̄ in vobis q̄s inducat p̄sbiteros ecclesie  
vt orent̄ p̄ eo vngēt̄ eū oleo facto: & si in p̄ccis ē dimittent̄  
ei a orō saluabit infirmū: i q̄ onditur duplici ex causa sacra  
mentū hoc institutū a ad peccatorū sc̄z remissionē & ad cor  
poral̄ infirmitatis alleuatiōē. vñ stat q̄ q̄ hanc vnctiōē  
fidelit̄ a deuote p̄cipit per eā sine dubio a in corpore a in aīa  
alleuatiōē a s̄olationem accipere mereat̄: si tū expedit vt in  
vtrōq; alleuiet̄. Qd̄ si forte ad corporis sanitatē a valitudinē  
illi non expedit: illam proculdubio que anīe est sanitatem a  
alleuatiōem in huius vnctiōis perceptione acquirit.

¶ De eo si iterari possit hoc sacramentū. Ca. iij.

**Q**uerunt quidam si unctio infirmorum iterari possit cum baptismus & confirmatio & alia quedam sacramenta semel suscepta denuo non iterentur: sed mihi interim ratio nulla occurrit quare conuenienter iterari non possit hoc sacramentum. Qui enim baptisatur ideo baptisatur ut christianus fiat. Qui autem semel christianus factus est amplius christianus non esse potest etiam si malus fiat: quia & christianus malus esse potest: nec tamen christianus esse desinit etiam si bonus esse desinit. Propterea qui semel baptisatus est denuo non baptisatus etiam si de malo ad bonum conuertatur. Qui autem oleo ungitur ideo ungitur ut ei peccata dimittantur & infirmitas alleuietur. Sed qui iustificatur potest iterum peccare: & qui sanatur potest iterum egrotare. Qui autem christianus efficitur: quia quod habet sacramentum nominis perdere non potest. Recipere enim non potest: non sic est sacramentum unctiois. Spirituales est quedam medicina corporis & anime languores mitigans & sanans: nam oleum membra dolentia sanat: ita oleum ad utrumque curandum prodest. Si morbus non reuertitur: medicina non iteretur. Si autem morbus non potest cohiberi quare debet medicina prohiberi: si unctio iterari non potest nec oratio iterari potest. Vtraque enim illic commemorata sunt. Orent inquit pro eo ungentes eum oleo sacro: & si in peccatis est dimittetur ei: & oratio saluabit infirmum. Sed fortassis dices quia unctio non pertinet nisi ad peccatorum remissionem: & oratio non pertinet nisi ad corporis alleuiationem: quia dictum est oratio saluabit infirmum verte quolibet. Sed dices quia unctio confert peccatorum remissionem & oratio infirmitatis alleuiationem. Ego verum esse confiteor sic tamen ut conuersam non neges: quia unctio confert corporis alleuiationem: & oratio peccatorum remissionem utrumque vadit ad utrumque: utrumque operatur: & utrumque utriusque cooperatur: & utrumque alteri cooperatur: & unum habet effectum utrumque: quod in sacramento non diuiditur: in virtute sacramenti non separatur: tamen quia unctio membrorum dolore sanat: & contra corporis infirmitatem magis prodesse videtur: ideo fortassis dixit oratio saluabit infirmum: ut in utroque utriusque intelligatur: & non putes unctioem magis ad sanitatem corporis pertinere quam ad peccatorum remissionem: prius anima curatur postea corpus sanatur: propter corruptionem anime infirmatum est corpus: ideo ad sanitatem corporis optinendam prius curanda est anima: & si forte corpus ad pristinam sanitatem non conualescit nihil periculi est: si tamen anima suam sanitatem receperit. Quare ergo neges quod unctiois sacramentum

super infernum iterari possit ad reparandā sepius sanitatē  
 ⁊ ad impetrandā sepius peccatorum remissionē: cum negari  
 non possit ꝑ eadeꝝ corporis sanitatē: ⁊ similiter ꝑ peccatorū  
 remissione sepius iterandā esse orationē: ⁊ vt in sacramentis  
 idem demonstramus: quis dicat hominem aqua aspersionis  
 semel illustratum amplius aspergi non posse: ⁊ quod mai⁹  
 est sacramento corporis ⁊ sanguinis Christi semel percepto  
 amplius illud nō debere suscipere. Sed si forte ad hoc respon-  
 dendum existimes: quia corpus semel cōsecratum deuo in  
 eodem sacramento non bene dī: neqꝫ aque aspersionis bene-  
 dictio sepius in eadem aqua reiteratur. Vide quia similiter  
 idem oleum post vnā consecrationem: alia rursū benedi-  
 ctione aut consecratione non sanctificatur. Et tamen sicut  
 ille qui corporis Christi sacramentum iam percepit: nequaqꝫ  
 tñ idcirco a percipiēdo iterum eo prohibetur: sic ei qui vn-  
 ctionis sacramentū accepit: si necesse fuerit ⁊ causa sue de-  
 uotio exoptulet vt illud iterū percipiat: rationabiliter non  
 contradicitur.

## ¶ Pars Sedecima

## ¶ De Morientibus

## ¶ Capiculum primum

**S**criptura dicit. Beati moritui qui in do-  
 mino moriuntur. In domino moriunt  
 qui in carne quidem morientes: in do-  
 mino tamen viuentes inueniunt. Quid  
 est in domino in fide ⁊ spe ⁊ caritate.  
 Per ista enim viuitur in illa vita: qua  
 viuitur in domino. Est quedam vita  
 qua corpus viuit ex anima: ⁊ est que-  
 dam vita qua anima viuit ex deo. Nūc  
 quidem fide spe ⁊ dilectione. Postea vero pro fide spe ⁊ con-  
 templatione remanente dilectioe. Non igitur nocere potest  
 anime si corpus vitam suam perdit quando ipsa vitam suam  
 in fide ⁊ spe ⁊ caritate persistens non amittit. Nemo igitur  
 mihi dicat qui paruam fidem ⁊ spem paruam ⁊ paruam  
 caritatem habent non saluātur. Ego non mensuro: crescant  
 quantum volunt. quanto maiores tanto meliores: tamē ego  
 illos condemnare non audeo. quantumuis parui sint. Exqꝫ  
 nati sunt ex deo filij sunt dei: putas quia magnos filios de⁹  
 saluabit ⁊ paruos condemnabit. Scriptura mihi dicit. Im-  
 perfectum meū viderūt oculi tui ⁊ in. l. t. o. f. Si omnes ergo  
 ⁊ magni ⁊ parui. Quid est: oculi tui viderūt approbauerūt.  
 Quid est. in libro scribentur: saluabuntur. ergo imperfecti

quoque saluabuntur. Qui enim imperfecti sunt aliquid sunt & in numero ponuntur & scribuntur. Qui nihil sunt nulli sunt nec scribi aut numerari habent qui nihil habent: ergo omni habenti dabitur & abundabit. Omni habenti meritum dabitur premiū nō dixit. habenti magnū meritum dabitur premium: & parū meritum habenti non dabitur. sed omni inquit habenti dabitur & abundabit. ergo etiā ille qui parū meritum habet cum premium acceperit satis habebit: quā non tantum habebit quantum ille qui magnum meritum habebit. Solus iste excluditur a percipiēdo premia qui nihil habet de merito. Omnes ergo qui in domino moriuntur beati sunt: quia post meritum virtutis perueniunt ad premium beatitudinis.

De Exitu animarum

Ca. ij.

**M**ulta queri possunt: si tamen omnia queri debent quā queri possunt. Querunt homines de exitu animarū a corporibz qualiter exeant & quo exeuntes pergāt vel cum peruenerint quo pergunt: quid inueniant vel quid percipiant aut sustineant. sed hec omnia magis timenda sunt quā querenda. Ideo quippe abscondita sunt ne querantur aut inueniantur sed timeantur. Quis enim securus esse potest in incertum pergens. Hoc enim solum incertum esse non debet quia bonam vitam sequi non potest mala mors. Mala enim mors non est nisi ea sola quam mala sequunt. Qui ergo bene mori vult bene viuat: quoniam ea que post mortem veniūt contra ea disponuntur: & sicut ea retribuuntur que ante mortē in vita precedunt: vsq; ad mortem meritum est. post mortem vero premium: mors media est in qua dies domini incipit. dies hominis finem accipit in die suo homo sibi relinquitur vt quod vult operetur. In die vero domini iam in potestate sua non est homo: sed in illius potestate ad quem venit vt remuneretur. Propterea ad hominem pertinet vt id solum quod sibi commissum est bene disponere studeat. Illud vero quod nō commissum sed promissum sibi est: illius arbitrio a quo illud impleri oportet relinquat. Multi querūt de exitu animarū quomodo a corporibus egrediantur anime siue scz hoc mō: vt essentialiter & localiter foras egrediantur vt extra esse incipiant quasi excludi: siue hoc solum illius egredi sit quod se a viuificatione corporis subtrahunt: & quasi se ad se colligentes a vegetatione corporum cessant vt in semetipsis subsistant. verbi gratia. Quando flat? iste corpore? spiratur: egreditur a corpore & incipit essentialiter atq; localiter extra corpore esse qui prius essentialiter atq; localiter infra corpore continebatur

**Q**uādo vero cortex arescere incipit in arbore exit humor ab illo & contrahitur ad interiora: neque foras egreditur ut extra sit sed interius remanet in eo quod intus est siue in ligno siue in medulla ut in cortice ipso non sit: tamen omnino non exit a cortice ut in cortice non sit neque extra quasi ad exteriora effusus: sed exit quasi ad interiora collectus: & si forte humor rursus ab interiori suo prodeat ut se iterum effundat in corticem: rursus reuertescit cortex ille quoniam humor in ipso est vita eius.

**S**ic querunt de anima quādo exit a corpore utrum hoc solum illi exire sit quod se reuertat ad se a viuificatione corporis: & in hoc ipso iam in corpore non est quod corpus viuificare cessat. In hoc enim videtur quia quodammodo extra omne corpus est quod in semetipsa sola subsistens ad corporis viuificationem effusa non est.

**Q**uando vero in corpore non est non in loco est: quia locus non est nisi in corpore.

**Q**uando autem extra corpus est & extra locum est: inter ipsam & corpus non est locus: & equaliter distat ob omni corpore: quia inter ipsam & omne corpus nullum est corpus.

**S**i vero inter ipsam & omne corpus nullum est corpus constat profecto: quia inter ipsam & omne corpus nullus est locus: quia locus non est ubi non est corpus.

**Q**uando igitur extra omne corpus est quantum ad locum equaliter prope est omni corpori: quia si extra corpus posita vni corpori propior & alteri remotior esset: intra ipsam profecto & corpus spacium esset: si spacium esset locus: si locus esset corpus esset.

**S**i autem inter ipsam & omne corpus corpus esset extra omne corpus corpus esset: quod fieri non potest.

**I**taque dicunt quia anima neque per corpus a corpore recedit: neque per corpus ad corpus accedit & ideo nec loco mouetur ut recedat a corpore quod est in loco: nec loco mouetur ut accedat ad corpus quod est in loco.

**I**nter omnem enim locum & id quod est in nullo loco nullus est locus: propter hoc itaque dictum putant quod spiritus creatus tempore quidem mouetur: quia mutabilis est sed loco non mouetur: quia nec loco mouetur recedens a corpore quod est in loco: nec loco mouetur accedens ad corpus quod est in loco.

**N**eque enim loco mouetur quando recedit a loco: neque iterum loco mouetur quando accedit ad locum: etiam quando in corpore posita anima corpus localiter mouetur: ipsa tamen localiter non mouetur.

**S**i enim idcirco localiter moueri estimatur: quia in corpore est quod localiter mouetur quare non similiter sapientia localiter moueri dicatur quia in corpore est quod localiter mouetur.

**N**am si dicitur quia per animam ipsam in corde est sapientia: cum anima ipsa per corpus localiter motum localiter moueri dicitur: quare non etiam

per ipsam animam localiter motam sapientia quae in ipsa anima est localiter moueri dicatur. Si vero hoc ratione probat ut sapientia localiter moueri dicatur cum sit tamen in anima quae anima localiter moueri dicatur: quous in corpore sit quod localiter moueri cernitur. Huiusmodi consideratione probant spiritum localiter non moueri: quous in corpore sit quod localiter mouetur. temporaliter tamen moueri quia vicissitudini subiaccens de alio in aliud mutatur: sed nos in occultis nimis curiosos esse non oportet: ne forte plus persumamus quam possumus. Quae autem sit via spiritus deus nouit qui fecit eum. Nos autem neque scimus quomodo venit: neque comprehendimus quomodo recedit: quoniam flatus iste corporeus trahitur corporaliter et localiter ingreditur. Quoniam autem spiratur corporaliter et localiter egreditur: sed alia est natura spiritus alia corporis. Quoniam primo homini data est anima: inspirauit deus in faciem eius spiraculum vite. Et quis dicere potest quomodo inspirauit deus animam corpori uiuificando: siue quia extra creatam ad uiuificandum immisit: siue quia ibidem fecit ubi posuit et intus creatam uiuificatione perire iussit: nec alia fuit inspiratio quam ipsa uiuificatio. Si ergo nescitur quomodo inspiratur: quomodo sciri potest quod spiratur: deus inspirat: homo expirat: deus mittit: homo remittit. Quia via mittitur cum accedit: eadem remittitur cum recedit: hoc unum scimus: quia recedente anima corpus moritur: et ipsa separatio anime mors corporis est: hoc nobis sufficit scire: quia recedit: quomodo recedat ex abundanti est perscrutari: multis tamen exemplis didicimus in exitu animarum angelorum siue malorum: siue bonorum prescientiam adesse qui illas pro meritis vel ad tormenta pertrahant vel ad requiem deducant: sed et animas ipsas adhuc in corpore positas ante exitum multa aliquando de his que facta sunt super eas siue ex responso conscientie interiori: siue per reuelationes exterius factas prescisse cognoscimus: raptas etiam aliquando: et itere ad corpora reductas visiones quasdam et reuelationes sibi factas narrasse siue de tormentis impiorum: siue de gaudijs iustorum: et in his tamen nihil nisi vel corporale vel corporalibus simile recitasse flumina flamas pontes naues domos nemora prata flores homines nigros candidos et qualia in hoc mundo videri et homines solent esse vel ad gaudium amari: vel ad tormentum timeri: se quam solutas a corporibus manibus trahi iusmodi que non nisi corporali nature conuenire omnino non possunt. Quae omnia si illic ita visibiliter et corporaliter esse credimus: preter alia que absurda nascuntur et ipsas utique animas etiam a corporibus separatas corpora esse et ad similitudinem corporum membris compactis atque distinctis confitemur.



Ego quiddam quod de hac re audiui tacere nō debeo. **Q**uidam probati testimonij frater narrauit mihi se a suo abbate veraciter hoc affirmante audisse. quia cū aliquando ille ad quosdam fratres eminus constitutos visitandos pergeret in itinere vt solet quodam loco hospicium accepit. **V**bi factū tunc apud omnes eiusdem loci habitatores celebre paucis ante diebus contigisse didicit. **Q**uidam peregrinus oratiōis causa ad sanctum Iacobum pergens in eodem loco hospitatus est. **N**octe itinerantibus vt mos est ante diluculum surrexit. **E**gressus de vico in siluam que eidem vicina erat peruenit: ibi a comitibus itineris casu vt solet discrimine vie disiunctus deuiare cepit. **C**unq; longius processisset obuium habet quendam venerandi habitus & vultus virum a quo interrogatus: quis aut vnde esset vel quo pergeret nomen patriam simul & causam itineris exposuit. Ille se esse sanctum Iacobum ad quem tenderet protestat: se iam pridem omnia scisse. **N**unc vero quasi beneplacito & grato venisse obuiam Deuotionem laudat: bonum propositum commendat: premium apud se magnum parari: nec longe esse iam remunerationem. **M**ultis post hec verbis hincinde intercurrentibus tandem miserias & dolores vite huius quales aut quāti sint exponit. **O**mne quod hic amatur cito fugiat: & pati modo omne quod timetur vel doletur quomodo sine mora pertrahat. **I**nter hec & huiusmodi quasi rationabili persuasione paulatim menti hominis nihil sinisterum suspicantē contemptū vite ingerit metū mortis tollit: postremo testat nihil magis viro virtutis expedire q̄ vt hinc exire festinet. & si alia via non detur manu sua fortiter mortē laceat: & non permittat se ī his doloribus diu teneri qui gaudium sibi paratum esse non dubitat. **Q**uid multa? **D**eceptus fraudulentē persuasiōis assensum p̄bet & iniedo ferro semetipsum iugulat. **C**omites eius diu per deuia querunt: tandem extinctum inueniūt ad vicum vnde exierant cadauer exanime reportāt. **E**t quia hospes apud quem illa nocte manserat huius sceleris conscius videbatur: eundem falsa criminatione ad penam exposcunt. **I**lle dum innocentiam suam sine causa periditari cerneret: & diuinum auxilium intima cordis deuotione sibi adesse imploraret: ecce subito qui mortuus fuerat surrexit & rem gestam cunctis astantibus & mirantibus exponens innocentem absoluit. **R**eferebat se ab eodem angelo malo a quo ad interfectionem sui persuasus fuerat ad tormenta deductum. sed dū duceretur quendam splendida facie. **I**psū autem sanctum Iacobum fuisse aiebat euntibus occurrisse: eumq; ereptum

in celum ad thronum iudicis deduxisse: illicq; precibus p  
illo fufis vt vite denuo redderetur obtinuisse: ibi se mlta mi/  
lia angelorum vidisse affirmabat. De quorum tamen statu  
a facie interrogatus: nihil in hoc mundo esse dicebat simile  
illis quo illam quam in ipsis viderat qualitatem exprimere  
potuiffet: nisi forte ignem aut lucem a ipsam tñ longe a valde  
dissimiliter mirum quidem esse: sed exprimere nullo modo  
posse quod viderat. Hoc quidem com memorare volumus  
ne mirum videatur si animabus a corporibus egressis signa  
quedam corporalibus similia ad demonstrationem spiritua  
lium presentantur: que nisi in talibus & per talia ab animabo  
corpore exutis viderentur: nullo modo ab eisdem ad corpora  
reuerfis in corpore viuentibus a corporalibus tantum scientibus  
deberentur: quibus enim illa aliter ibi a corporibus exute videre  
possunt non tamen hic nobis aliter narrare possent a mane  
rent semper occulta illa: nec esset qd de illis nobis a redeun  
tibus diceretur: nisi exeuntibus & videntibus hm ista mon  
straretur. Vtrum autem anime que hinc amplius nō reuer  
sire exeunt hm hunc modum illa videant aut sentiant om  
nino dubium est: nisi quia probabili? videtur qd ille que in  
corporibus viuentes per delectationem rerum visibilium cor  
poralibus imaginationibus afficiuntur. a corporibus exeun  
tes in eisdem illic imaginationibus tormenta patiunt. Neq;  
etiam omnino corporalem passibilitatem exeunt: quando cor  
poraliū imaginationibus delectationis prave vsu impressis  
obuolute a inuolute exeunt. Que vero hic manētes ab eius  
modi delectationibus a cogitationum fantaliis mundare se  
ac spoliare studuerunt: illic postmodum postq; a corporibus  
egresse fuerunt penam in eis a tormenta non sentiunt que in  
hoc ipso quodammodo impassibiles existunt: quia nihil pe  
na dignum secum ferunt.

**( De Penis animarum )****( Ca. iij. )**

**Q**uidam putant animas corporalibus penis cruciari  
non posse: nisi per corpora & in corporibus manētes  
Quapropter a corporibus exutas animas nullas a  
lias penas sustinere credunt: nisi eas solum quas consciētia  
intus accusatrix irrogat: s; verissime auctoritate sacri eloquii  
& catholice veritatis testimonio probatur corporali a mate  
riali igne animas etiam nunc ante susceptionem corporum  
cruciari. Si enim demonibus qui sunt spūs corporalis ignis  
preparatus dē: quid mirum est si anime a corporibus exute  
corporali igne crucientur. Sed quomodo inquit anime sine  
corporibus a rebus corporalibus pati possunt. Ecce dicam?.

Nescim<sup>us</sup> quomodo id fieri possit. Nunquid ideo verum nō est quia nos nescimus quomodo est? Tamen quid mirū est si anime extra corpora patiantur. Si leduntur dum ceduntur indute cur non ledantur si cedantur exute. Si affici possunt quando inter ipsas & illud a quo afficiunt medium est illud per quod afficiunt: nonne probabile oīno est multo magis eas affici debere: qm̄ illi a quo afficiunt immediate giungant. In hoc vbiq; querendum non est: vt quod credere iubemur nostra semper ratione discutere conemur. Scriptura facta magistra fidei nre hoc nobis dicit. Quid amplius querim? Suscipiamus non contradicamus. Beatus Gregorius dicit q̄a in eo ardent q̄ se ardentē vident. Quid sibi vult putatis hoc qd̄ dicit: quia anime in eo ipso ardent q̄ ardorem suū vident. In rebus corporalibus non ita est vt ardorem sentiat quicunq; ignem conspiciatur. Que est ergo visio illa anime que sentit omne quod videt: vel si nō omne hoc certe qd̄ ad penam videt. An quia sensus anime qm̄ per corp<sup>us</sup> egreditur ideo diuersis modis percipit: quia per diuersa instrumenta percipit. Et ob hoc quedam emin<sup>us</sup> gstituta corporali sensu non percipit quia ad percipiendū illa instrumentū corporal<sup>is</sup> sensus non sufficit. Ibi enim sensus deficit vbi ampli<sup>us</sup> instrumentum non sufficit. Propterea sensus illi qui instrumenta magis sufficientia habent maiorē in percipiēdo vim habent. Oculus longe posita videt tactus vero sentire nō potest nisi immediate giuncta. Si instrumentū tangendi eq̄ vt videndi perspicax esset: eque tactus vt visus emin<sup>us</sup> gstituta perciperet. Quid igitur: Vbi instrumentorum diuersitas nulla erit: q̄re non omnis sensus equalis erit vt videlicet sit illic videre qd̄ tangere: tangere qd̄ dolere: hoc tñ nō nisi de illis intelligendū est qui idcirco a torment<sup>is</sup> affici possunt: quia hinc exeuntes in corruptione viciorum secum passibilitatem ferunt: nec tñ quia sensum anie emin<sup>us</sup> affici diximus: idcirco inter penas corporales & ipsam animā q̄si aliq̄ locorū spacia collocam<sup>us</sup> quia ipsa que in sui nata nulla dimensiōe tenditur. vbiq; presens est sensu per semetipsā etiam presens esse probatur. Quia enim in ipsa locus non est: inter ipsam & locum null<sup>us</sup> est locus: hoc tñ non nisi de illis intelligendū est qui idcirco a tormentis affici possunt: q̄a hinc exeuntes in corruptionem viciorum secum passibilitatē ferunt: hec tamen omnia quia vt dictū est ratione humana inuestigari non possunt. In his mentem solidemus que fides nō dubia probat: quia scilicet peccatrices anime que culpam non correxerunt in hac vita penā habent post hanc vitam: que licet q̄liter ab illis sentiat

a nobis non intelligatur: quid interest cum non ideo min⁹  
 ab illis sentiat⁹ q̄uis a nobis non intelligatur. Nil etenim  
 refert a quibus rebus patiantur sed quantum patiātur: q̄a  
 vis doloris non in tormento sed in sensu patientis consistit.  
**Q**uid enim prodesset si elementorū foris cruciantū materia  
 abesset: a patientium tamē dolor propterea minor non esset.  
 vt quid ignē ac flāmam times: nisi q̄a veri times. **S**i vulnera  
 a plage non dolerent quis arma aut tela timeret. **V**ide ergo  
 quia omnia hec a quibus dolor esse potest non timētur. nisi  
 propter ipsum dolorem: tolle sensum doloris non est quod  
 timeas. **P**oterat ergo deus etiam sine elementis materialib⁹  
 animabus cruciandis sensum doloris dare: sed dignū est vt  
 in eis puniant⁹ in quibus peccauerūt: priusq̄ sine corporib⁹  
 sicut in ipsis puerse sunt delectate. **P**ostea vero in corporib⁹  
 sicut in ipsis per corpora iniqua sunt operate.

**De Locis penarum /****Ca. iij.**

**S**icut peccatoribus cruciandis de⁹ preparauit penas  
 corporales: ita etiam ad ipsas penas corporales loca  
 corporalia distinxit. **Q**uia enī ea que foris sunt opa  
 eius non solum instrumenta sed etiam documenta eorū esse  
 debent que inuisibiliter operatur: et idcirco corporibus etiaz  
 locis a tormēta impiorū a gaudia iustorū distinxit. **I**nfern⁹  
 est locus tormentorū: celum est loc⁹ gaudiorum. **B**ene etenī  
 locus tormentorum deorsum est: a locus gaudiorum sursum  
 q̄a a culpa deorsum premit. a iusticia sursum sustollit. **M**a/  
 xima tormēta locū in imo habent: maxima gaudia in sūmo  
**M**edia autem bona a mala in medio: hoc est in hoc mundo  
 mixta sunt. **D**icitur infernus inferior esse loc⁹ in imo terre  
 damnandorum penis preparatus: de quo tamen oīno certū  
 non est in qua parte eius id est vtrū intra gcauitatem illius  
 siue extrinsecus in aliqua regione ambitus ipsius disposit⁹  
 sit. q̄uis tñ verisimilius videatur infra terram quasi carcerē  
 quendam a velut ergastulum tenebrarū collocatum. **I**n hoc  
 inferno dicunt inextinguibilē ignem: a qui vt semper ardeat  
 nutrimento non eget: ab inicio mundi demonibus eternalit̄  
 cruciandis preparatum: in quo scilicet igne etiam homines  
 maligni cum demonibus eternam penam passuri sunt: quia  
 eis in hac vita positi ad culpaz gserferunt. **A**d hunc infernū  
 aīe sceleratorū a corporibus egressē statim retrudi estimant⁹  
**S**ic econuerso perfectorū iustorū a qui ab hac vita purgati  
 exeūt sine mora ad celum vbi hm humanitatē suam **I**hesus  
**X**p̄s in dextera patre⁹ sedet in gloria gtinuo deduci credunt⁹  
 sic scriptū est. **V**bicunq̄ fuit corp⁹ illuc ggregabunt⁹ a aq̄le

Est autem alia pena post mortem que purgatoria dicitur: in qua hi qui ab hac vita cum quibusdam culpis iusti tamen & ad vitam predestinati exiuerunt ad tempus cruciatur ut purgentur. cuius locus omnino determinatus non est: nisi quia multis exemplis & reuelationibus animarum in eiusmodi pena positaz sepe numero monstratum est in hoc mundo exerceri illam. Et fortassis probabilius erit ut in his potissimum locis singule penam sustinere credatur: in quibus culpam commiserunt: sicut multis sepe documentis probatum est. Alia vero siqua sunt harum penarum loca non facile assignantur. Beatus Augustinus in epistola Petri ostendit quomodo apostate angeli labentes in huiusmodi ima detrusi sunt usque ad futuram in die iudicii ultimam damnationem. Nam quod Petrus carcerem vocat caliginis inferi: idem Paulus tenebras appellasse creditur dicens. Rectores tenebrarum hanc spiritualia nequicie in celestibus. Hunc autem carcerem siue tenebras istas aerem istum intelligimus esse: unde & aeree potestates dicuntur: in quo modo ipsi maligni spiritus ante ultimi iudicii die & si aliquid ligati sunt in quantum scilicet conscientia future damnationis constringuntur: & si aliquid soluti in quantum scilicet ad temptandos homines si moderamen diuine dispensationis ab illis interim maximis gehenne tormentis laxati vacare permittuntur. De inferno autem ubi ignis ille eternus paratus est cruciandis beatis. Gregorius in libro dialogorum testatur hoc verisimiliter iudicari: ut sic diximus sub terra esse credatur propter scripturam que dicit Nec in celo nec in terra nec sub terra inuentum qui librum signatum aperire potuisset. Queri autem non inconuenienter potest utrum anime damnandorum eorum scilicet qui ab impijs & sceleratissimis quadam viuendi mensura in malicia inferi oes fuerunt egressi a corporibus statim ad inferni loca rapiantur: siue in alijs aliquibus locis penalibus siue occultis dei dispensatione ab illis grauioribus gehenne tormentis adhuc interim differantur ut videlicet quemadmodum boni qui cum culpis quibusdam mansionibus detinentur: ut non statim ad gaudia celorum ascendant. Ita quoque minus mali hinc dum egrediuntur quis damnandi: quibusdam tamen leuioribus penis siue modum scilicet & mensuram culparum disposite non statim ad tormenta inferni descendant. De perfectis quippe bonis dubium non est quin egredientes statim ad gaudia transeant: similiter & de valde malis dubium non est quin exiites hinc sine mora ad inferni tormenta descendant. De imperfectis quoque bonis certum est quod nunc interim quibusdam penis usque

ad plenā videlicet purgationē a venturis gaudiis differant  
**D**e imperfectis siue minus malis certum non est vbi nunc  
 sint: donec in tempore generalis resurrectionis receptis cor-  
 poribus ad illa tormenta descendat vbi semper sint. Nam si  
 idcirco ab illis differri dicunt quia minus mali sunt: poterūt  
 simili ratione non differri credi quia damnandi sunt. Quid  
 enī facit dilatio: vbi emendatio vel purgatio esse non potest  
 Qd tñ q̄a occultū oīno est: nequaquā temere diffiniendū est.

**De Qualitate tormentorū gehennaliū. Cap. v**

**H**oc autem valde dignum inquisitione videtur vtrum  
 scilicet solus ignis cruciatibus damnandorum pre-  
 paratus sit. propterea q̄ illum solum veritas cōme-  
 morat dicens. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus ē  
 dyabolo & angelis eius. Cum enim in hac vita non solū ab  
 igne sed ab alijs quoq̄ elemētis pene accruciatuſ pueniant  
 quare non etiam illic in alijs elementis: sicut & in igne pene  
 damnandorum consistant. De tormentis quippe impiorum  
 scriptum est. Transseunt a frigidibus niuiū ad calores igniū  
 & iterum alibi. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum  
 non extinguet. Nam si veꝝ est quis ad solā compunctionē  
 conscientie peccatricis referre velit: & ob hoc quidem ignem  
 corporalem. Vermem autem non corporalem sed spiritualeſ  
 intelligendū putet: quid est qd̄ alibi scriptum est. Vindicta  
 carnis impij ignis & vermis. Si enim p̄pterea ignis corporal̄  
 creditur quia vindicta carnis est: quare nō similiter vermis  
 corporalis dē. quia inuindictam carnis paratus cōmemorat  
 Propter huiusmodi non leuiter vnum aliquid diffiniri p̄t.  
 Tñ qui dixerit propterea carnis impij vindictam in verme  
 futuram esse & in igne: quia impius pro eo q̄ carnem male  
 dixit & in carne cruciatur per ignem: & in spiritu per vermeſ  
 conscientie sane intelliget: & vermem non moriturum in eterno  
 cruciatu conscientie: & ignem non extinguendum in carne.  
 Sed quomodo illa frigora niuium & calores ignium interp̄-  
 tabimur ad que cruciandi impij alternatim transire dicunt  
 An forte hoc de illa tantum pena intelligendum est: qua nūc  
 in spiritu & ante vltimi iudicii diem cruciantur vt videlicet  
 per varietatem tormentorum ad illam vnam & summā penā  
 transeant: in qua sicut interminabiliter: ita etiaſ inuariabiliter  
 subsistant. Vltima quippe damnandorū pena sic cūctis penis  
 maior esse non inconuenienter creditur: ita q̄ in eo q̄ ceterū  
 oībus acrius est & vehementiū exercucians tormento esse non  
 irrationabiliter putat. Qd̄ p̄pterea fortassis solū erit vt sem p̄  
 sūmū esse possit: q̄a quicquid p̄ illo mutaret de illo minueret

Quidam tñ fuerunt qui sicut dictum est tormenta gehenne spiritualiter tñ & non corporaliter intelligenda putauerūt propterea q̄ quedaz verba scripturaz quasi idem asserētia inuenerunt. Dicunt enim quedam scripture: quia substantia inferozum spiritualis est nō corporalis: & si stridores dentium & fletus animaz spiritualiter intelligi oportet: flammaz q̄ & tormenta non corporalia sed spūalia cogitāda. Eiusmodi ambiguitatibus verborum fluctuant qui non sunt radicati in fide. Quid enim necesse fuit propterea tormenta gehenne spiritualia tñ credere: quia substantia inferozum spiritualis & non corporalis dicta est. Quid sunt enim inferi nisi spiritus maligni qui a summis ad infima & per culpam lapsi sunt, & per penam depressi. Quozum nimirum substantia etiā post culpam nō corporalis sed spiritualis esse creditur: quia licet in eis voluntas per maliciam ad aliud mutata sit: natura tñ etiam post eadem permanfit. Animarum q̄q; nunc in inferis damnatozū substantia non corporalis sed spiritualis recte perhibetur: quia nunc a corporibus absolute in sola spūali natura illic in tormentis detinentur: & idcirco q̄ de ipsis in scriptura sacra h̄m naturā rerū corporaliū cōmemoratur merito non corporaliter sed spūaliter intelligēdum creditur. Nam si id quod ipse sunt non corpus sed spiritus est: quod in ipsis est non corporale sed spirituale intelligendum est. In hunc ergo modum veraciter inferozum substantia spiritualis & nō corporalis estimatur. Sed illud quoq; quod dē quia si fletus & stridores dentium spiritualiter accipimus: flammaz q̄ tormentozū in ipsis non corporales sed spūales credere debemus: sic sane intelligi potest si cruciatz animarū qui ex flammis corporalibus gnari credunt: non corporalit̄ id est mediantibus corporib; in ipsis fieri intelligant. Multa sunt alia que vel ambigue dicta sunt: vel ambigue dici p̄nt. Sed aliud est rerū veritas: aliud verborum varietas: neq; nos oportet propter multitudinē dicendi a simplicitate credendi deuiare. Dicit Augustinus in encheridion: q̄a tempz quod inter hominis mortem & vltimaz resurrectionē positū est animas abditis receptaculis ḡtinet sicut vnaqueq; digna est vel requie vel erumna: ergo abdita sunt receptacula animarum: nec potest homini diffiniri quod non potest ab homine sciri. Item qualis intelligendus sit ignis ille gehenne: & quemadmodum igne corporali incorporei spiritus siue anime corporibus solute cruciari possunt: non solum fidei cristiane sed sacri eloquij auctoritas commendat.

Qd corporeus ignis gehenne non tantum cor-  
pora cruciabit. sed etiam spiritus. Augustinus  
de ciuitate dei. de eodem.

**S**ehenna quod a stagnum ignis & sulphuris dictu  
est. corporeus ignis erit & cruciabit corpora damnan-  
torum: & hominum et demonum. solida hominum  
aerea demonum: aut tantu hominum corpora cum spiritibus  
demonum autem spiritus sine corporibus habentes sumendo  
penam: non in percipiēdo vitam corporalibus ignibus? **C**ur  
enim non dicamus quamuis miris: tamen veris modis etiā  
spiritus incorporeos posse pena corporalis ignis affligi: si spi-  
ritus hominū etiam ipsi pfecto incorporei: & nunc poterit  
includi corporalibus membris: & tunc poterunt suorum cor-  
porum vinculis insolubiliter alligari: **S**i uiuentis hoīs incor-  
poreus spiritus tenetur in corpore: cur non post mortem. cū  
incorporeus sit: & corporeo igne teneatur? Etenim per ignem  
spiritum teneri dicim: vt in tormento ignis sit videndo atq;  
sentiendo. **I**gnem nanq; eo ipso patitur q; videt: & quia dres  
mari se aspicit: cremat. **S**icq; fit vt res corporea incorpoream  
cremet: dum ex igne visibili: ardor & dolor inuisibilis trahit:  
vt p ignem corporeum mens incorporea: etiā corporea flāma  
cruciet: & post pauca. **D**um ergo peccatorē diuitem damna-  
tum veritas in igne phibet: quis iam sapiens animas repro-  
borum teneri ignibus neget?

Qd ignis gehenne ad aliquid lucebit. ad aliqd  
non. De eodem Gregorius in moralibus.

**F**lāma vltix flāma vicioꝝum cremationem habet: & lumen nō  
habet. Illic ignis ad consolationem non lucet: & tñ vt magis  
torqueatur: ad aliquid lucet. **N**am sequaces q; suos secum  
in tormento reprobis flāma illustrante visuri sunt: quozum  
amore deliquerunt: quatinus quozum vitam carnaliter ostra  
precepta oditoris amauerant: ipsozum q; intuitus eos in au-  
gmento damnationis sue affligat. sicut electis ignis ardere  
nouit ad solatium: & tamen ardere ad supplicium neicit. **I**ta  
e diuerso flāma gehenne reprobis nequaqm lucet ad con-  
solatōnis gratiam: & tamen lucet ad penam. vt damnatoꝝum  
oculis ignis supplicij. & nulla claritate splēdeat: & ad doloris  
cumulum delicti qualiter crucientur: ostendat.

Qd Ignis gehenne ab initio sic creatus est. vt  
nutrimento non egeat. Item in eodem.

**O**mnipotentis iusticia futuroꝝum prescia ab ipsa mūdi  
origine gehenne ignē creauit: qui in pena reproboꝝum

g



semel esse inciperet: sed ardorem suum etiā sine lignis nunq̄ finiret. Ignis nanq̄ corporeus: vt esse ignis valeat: corporeis indiget fomentis. qui cum nec esse est vt seruet per congesta ligna proculdubio nutritur: nec valet nisi succensus esse. & nisi refotus subsistere. At extra gehenne ignis cū sit corporeus: et immisos reprobos corporalit̄ exuret: nec studio humano succenditur: nec lignis nutritur: sed creat̄ semel durat inexstinguibilis: & succensione non indiget: & ardore non caret. Bene ergo de iniquo dicitur: Deuorabit eum ignis qui non succendetur.

Quales sunt purgatorie pene i hac vita. & quales post. Augustinus de ciuitate dei.

**I**n hac quidem vita mortali esse quasdam penas purgatorias confitemur: quibus affliguntur quorū vita vel inde fit melior vel poti⁹ inde fit peior: sed illis purgatorie sunt: qui eis coherciti corrigunt. Ceterae omnes pene: siue temporanee siue sempiternae sicut vnusquisq̄ diuina prouidentia tractandus est inferuntur: vel pro peccatis siue preteritis: siue in quibus adhuc viuit ille qui plectitur: vel pro exercendis declarandisq̄ virtutibus per homines & angelos: siue bonos siue malos. Sed temporales penas: alij in hac vita tantum: alij post mortē: alij et nunc & tunc. Veruntamen ante iudiciū illud seuerissimū nouissimumq̄ patiuntur. Non autē venient omnes in sempiternas penas que post illud iudiciū future sunt: qui post mortem sustinent temporales. Nam quibusdam in isto non remittitur: remitti in futuro seculo: id est ne futuri seculi eterno supplicio puniātur confitemur. Rarissimi sunt autem qui nullas in hac vita: sed tantū postea penas luant. fuisse tamen aliquos qui vsq̄ ad decrepitā senectutem ne leuissimas quidem febriculas senserint quantumcunq̄ duxerint vitam & ipsi nouimus & audiuius quamq̄ vita ipsa mortaliū tota pena sit. Non enim parua est pena ipsa vel insipientia vel imperitia que vsq̄ adeo fugienda merito iudicatur: vt perpetuis doloribus pueri cogantur: queq̄ artificia vel literas discere: ipsumq̄ discere ad quot penas adiguntur: tam penale est eis vt nunq̄ ipsas penas per quas cōpelluntur discere: ferre maluit quam discere. Quis autem non exhorreat & mori eligat Si proponatur ei: aut mors per penam: aut rursus infamia? Que quidez quod non a risu sed a fletu orditur: hanc lucem quidem malorum ingressa sit nesciens prophetat quodammodo. Solum quando natus est: ferunt risisse. Terroastrem. Nec enim ei boni aliquid monstruosus risus ille portendit.

**N**am si magnarum artium fuisse phibetur inuentor: animo  
 quippe rege assyrioru bello superatus occubuit. **V**erū tanta  
 est dei misericordia in vasa misericordie q̄ preperauit in glori  
 am: vt etiā prima hominis etas: id est infantia que sine vllō  
 renisu subiacet carni: a sc̄da que puericia nuncupatur: vbi  
 nondum ratio suscepit extra vicia pugnā: & fere sub omnib  
 viciolis delectationib*us* iacet. **Q**uia licet fari iam valeat: & ideo  
 infantiam transisse videatur: necdū in ea est precepti capax  
 infirmitas mentis: si sacramenta mediatoris acceperit: etiam  
 si hanc in eis annis vitā finiat: translata sc̄z potestate tenebra  
 rum in regnum dei nō solum penis non preparatur eternis:  
 sed ne vlla post mortem purgatoria tormēta patiatur. **S**uffi  
 cit enim sola spiritualis regeneratio: ne post mortem obsit q̄  
 carnalis regeneratio traxit cum morte. **C**um autem vctum  
 fuerit ad etatem que preceptum iam capit: & subdi iam po  
 test legis imperio: suscipiendum est bellum contra vicia: &  
 gerendum acriter: ne ad damnabilia peccata perducatur. **E**t si  
 quidem nondum victoriarum consuetudine roborata sunt:  
 facilius vincuntur & cedunt. **S**in autem vincē atq; imperare  
 consueuerunt: laboriosa difficultate vincuntur. **H**oc autem  
 bellum nunq̄ vllum esset: si natura humana per liberum ar  
 bitrium in rectitudine in qua facta est perstitisset. **N**unc vō  
 que pacem felix habere noluit: sc̄tū pugnat infelix. **P**aucissi  
 mi autem sunt tante felicitatis: vt ab ipsa abeunte adolescen  
 cia nulla damnabilia peccata committatur: vel ī flagitijs: vel  
 ī facinoribus: vel in nefarie cuiusquam impietat*is* errore: sed  
 magna spiritus largitate opprimant: quicquid in eis posset  
 carnali delectatione dominari. **P**lurimū vērō precepto legis  
 accepto cum prius victi fuerunt: preualentibus vicijs & prē  
 uaticatores eius effecti extunc ad gratiam confugiūt adiu  
 uantem: q̄ fiant & amati? penitendo: & vehementer pugnans  
 do prius deo subditi: atq; ita carni preposita mentē victores  
**Q**uisquis ergo cupit penas euadere sempiternas: non solum  
 baptizetur: verum etiam iustificet in christo: ac sic vere trans  
 feat a dyabolo ad christū. **N**ihil in edificio preponitur fun  
 damento. **I**nueniamus ergo q̄ possit saluari p̄ ignem: si pri  
 inuenerimus quid sit habere in fundamēto christum. **S**i q̄s  
 itaq; christianus meretricem diligit: eiq; adherens: vnū cor  
 pus efficitur: iam fundamentum non habet christum. **S**i q̄s  
 autem diligit vxōrem suam: si h̄m christum: quis ei dubitet  
 in fundamento esse christum? **S**i vero sc̄d̄m hoc seculum: si  
 carnaliter: si in morbo concupiscentie: sic & gens que ignorat  
 deum: etiam hoc h̄m veniam concedit ap̄tus: imo per ap̄lum

christus. Potest igitur et iste habere christum in fundamento. Si enim nihil ei talis delectationis voluptatisque preponat quod uis superedificet ligna: fenum: stipulam: christus est fundamentum propter hoc saluus erit per ignem. Delicias quippe huius mundi amoresque terrenos propter conjugalem quidem copulam non damnabiles tribulationis ignis exurit. Qui amat patrem aut matrem aut filium aut filiam super me ait dominus: non est me dignus. Verum qui has necessitudines sic amat carnaliter: ut inde christo domino non preponat: malit quod illis carere quam christo: si ad hunc fuerit articulum temptationis adductus per ignem saluus erit. Quia et earum amissionem tantum necesse est utat dolor quantum heferat amor: ac per hoc ei qui edificauit: erit edificatio ista damnosa: quia non habebit quod superedificauit: et earum amissione cruciabitur: quibus fruendo utique letabatur. Vide in apostoli verbis hominem edificantem super fundamentum lapides preciosos aurum et argentum. Qui sine uxore est inquit: cogitat que sunt dei: quomodo placeat deo. Vide autem alium edificantem ligna fenum: stipulam. Qui autem matrimonio iunctus est inquit cogitat que sunt mundi: quomodo placeat uxori. Vasa figuli fornax probat: et homines iustos temptatio tribulationis: et uniuscuiusque opus quale fuerit: ignis probabit. Si cuius opus permanerit: permanet enim quod quisque cogitat que sunt dei: quomodo placeat deo: quod superedificabit mercedem accipiet: id est unde cogitauit: hoc sumet. Si cuius opus arserit: damnum patietur: quoniam quod dilexerat non habebit: ipse saluus erit: quia nulla eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Sic tamen quasi per ignem. Quod enim sine illicente amore non habuit: si non uerente dolore non perdidit. Ecce quantum mihi videtur inuentus est ignis qui nullum eorum damnet: sed unum dicit: alterum damnificet: ambos probet. Nullas quidem penas nisi purgatorias uoluit esse post mortem: quoniam terris superiora sunt elementa: aqua: aer: ignis ex aliquo horum mundetur per expiatorias penas: quod terrena contagione contractum est. Unde gentilis poeta. Alie panduntur manus suspense aduentos: alijs sub gurgite vasto. Infectum elutur scelus: aut exuritur igne. Iniustum enim putant ut pro peccatis quamlibet magnis paruo scilicet tempore perpetratis: pena quisque damnetur eterna: quasi nullius id usquam iusticia legis attendat. Ut tanta mora temporis quisque puniatur: quanta mora temporis unde puniretur amiserit. Numquid in uinculis tam diu quisque iudicandus esse debet: quamdiu fecit unde meruit alligari. Cum iustissime

annosas penas seruus in compedibus pendat: qui verbo aut ictu celestissime transeunte: vel laceſſiuit dominum vel placauit. **Q**uid igitur de sempiterno supplicio damnatorum: quod per suum prophetam dominus dixit fiet: omnino fiet. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. **V**trunq; horum: ignem scilicet atq; vermem: voluerunt quidam ad anime penas non ad corporis pertinere: quia scriptum est. **S**icutinea vestimentum: & vermis lignum: sic meror excruciat cor viti. **Q**ui vero penas & anime & corporis in illo supplicio futuras non dubitant igne vti corpus: animam autem rodi quodammodo verme meroris affirmant. **Q**uod etsi credibilius dicitur: quia utiq; absurdum est ibi aut dolorem corporis: aut anime defuturum. Ego tamen facilius estimo ut ad corpus dicam utrunq; pertinere quam neutrum. **L**egitur quippe in veteribus scriptis. **V**indicta carnis impij ignis & vermis. **P**otuit breuius dici vindicta impij. **C**ur ergo dictum est carnis impij: nisi quia utrunq; id est ignis & vermis: pena erit carnis. **Q**uomodo ergo verum est inquit quod ait christus vester: in qua mensura mensi fueritis: remetietur vobis: si temporale peccatum supplicio punitur eterno? **N**ec attendunt non propter equale spacium temporis: sed propter vicissitudinem mali: id est ut qui mala fecerit: mala patiat: dictam fuisse eandem mensuram. **D**e iudicijs enim & condemnationibus dominus loquebatur: **p**inde qui iudicat & condemnat iniuste: si iudicatur & condemnatur: iuste in eadem mensura recipit: quamuis non hoc quod dedit. **I**udicio enim fecit: iudicio & patitur: & quoniam dantes tione fecerit quod iniquum est: patitur quod iustum est. **N**ec quisquam existit: qui censeat tam cito finienda esse nocentium tormenta: quam cito factum est homicidium vel adulterium vel sacrilegium vel quolibet aliud scelus: non temporis longitudine: sed impietatis & iniquitatis magnitudine metiendum.

**De Cura pro mortuis agenda. Augustinus in enchiridion. Capitulum 101.**

**N**on negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentium reuiuari: cum pro illis sacrificium mediatores offertur: vel elemosine in ecclesia fiunt. **S**ed eis hec profunt qui cum uiuerent: hoc sibi ut postea possint prodesse meruerunt. **E**st enim quidam uiuendi modus: nec tam bonus ut non requirat ista post mortem: nec tam malus ut ei non profint ista post mortem. **E**st enim talis in bono: ut hec non requirat: & est rursus talis in malo: ut nec his valeat cum ab hac vita transierit adiuuari. **Q**uocirca omne meritum comparatur quod possit post hanc vitam releuari quispiam vel

grauari. Nemo autem se speret quod hic neglexit cū obierit apud dominum promereri. Non igitur ista que pro defunctis frequentat ecclesia commendandis illi apostolice sunt aduersa sentencie qua dictum est. Omnes enim astabimus ante tribunal christi: vt referat vnusquisq; sibi ea que p̄ corp̄us gessit: siue bonum siue malum. quia etiam hoc meritum sibi quisq; cum in corpore viueret: comparauit. vt ei possint ista prodesse. Non enim omnibus profunt: & cum non omnibus nisi propter differentiam vite quam quisq; gessit in corpore. Cum ergo sacrificia siue altaris siue quarumcūq; elemosinarum pro baptizatis omnibus defunctis offeruntur: pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro non valde malis propiciationes: pro valde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum qualescūq; viuorum consolations sunt. Quibus autem profunt: aut ad hoc profunt vt sit plena remissio: aut certe vt tolerabilior fiat ipsa damnatio.

Quibus profit post mortem. vel quomodo pro illis fit. Augustinus de ciuitate dei. Ca. vii.

**H** St itaq; quidam modus vite nec tam male: vt his qui in ea viuunt nihil profit ad capessendum regnū celorum largitas elemosinarum: quibus etiam istorum sustentatur inopia: & fiunt amici qui in tabernacula eterna suscipiantur: nec tam bone vt ad tātam beatitudinem adipiscendam eis ipsa sufficiat: nisi eorum meritis q̄s amicos fecerunt misericordiam consequantur. Mirari autem soleo: etiam apud virgilium repperiri istā sententiam vbi ait. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. vt ipsi recipiant vos in eterna tabernacula. Nam cum Elifios campos poeta ille describeret: vbi putat habitare animas beatorū: non solū ibi posuit eos quidem propriis meritis ad illas sedes peruenire potuerunt: sed adiec̄ atq; ait. Quiq; sui memores alios fecere merendo: id est qui promeruerunt alios: eosq; sui memores promerendo fecerūt prorsus tanq̄ dicitur eis q̄d frequentate ore xp̄iano cum se cuiq; sanctorum humilis quisq; emendat et dicit: memore esto mei. Atq; vt id esse possit. promerendo efficit. Sed quis iste sit modus: & que sint ista peccata que ita impediūt puentōz ad regnū dei: vt tm̄ sanctorum amicorum meritis ipetrēt indulgētiā difficillimū ē inuenire piculosissimū diffinire. Ego certe vsq; ad h̄ tps cū in satagez ad eorū indagandū puenire nō potui. Nūc vō dū venial' iniquitatē etiā si pseuet et ignorat modō. pfecto & studiū i meliora pficiēdi orādo & i stādo vigilat' adhibet. & faciēdi de mammona iniquitatē sc̄tos amicos cura nō spernit. verū ista libatio q̄ fit sū suis q̄busq;

orationibus: siue intercedenti bus sanctis id agit: vt in ignem non mittatur eternum. non vt cum fuerit missus post quantuncunq; tempus inde eruatur.

**De eodem item in eodem libro secundo.**

**N**on existimemus ad mortuos pro quibus iam curam gerimus prouenire: nisi quod pro eis siue altaris siue orationum siue elemosinarum sacrificijs solenniter supplicamus: quoniam non pro quibus fiunt omnibus profunt sed his tantum pro quibus dum viuunt operatur vt profint. Sed quia non discernimus qui sint: oportet ea pro regeneratis omnibus facere vt nullus eorum pretermittatur: ad quos hec beneficia possint et debeant peruenire. Melius enim supererunt ista his quibus nec obsunt nec profunt: quam eis deerunt quibus profunt. Diligentius tamen facit hoc quisque pro necessarijs suis quod pro illo sumitur fiat a suis: corpori autem humano quicquid impenditur: non est presidium salutis: sed humanitatis officium: secundum affectum quo nemo unquam carnem suam odio habet. Unde oportet vt qui potest: pro carne proximi curam gerat: cum ille inde recesserit qui gerebat.

**De Exequijs item in eodem libro primo / Ca. viij.**

**O**ratio funeris: conditio sepulture: pompa exequiarum magis sunt viuorum solatia: quam mortuorum subsidia. Si aliquid prodest impio preciosa sepultura: oberit pio vilis aut nulla. Preclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorum: sed multo clarior in conspectu domini vlceroso illi pauperi ministerium prebuit angelorum: qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum: sed in abrae gremium.

**De Sacrificio pro defunctis. Gregorius in dialogo / Capitulum. ix.**

**S**i culpe post mortem insolubiles non sunt: multo magis multorum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostie salutaris adiuuare.

**Quibus prosit. Item in eodem / Caplm. x.**

**S**ed sciendum est quod illis sacre victimae mortuis profunt: qui hic bene viuendo obtinuerunt: vt etiam eos post mortem bona adiuuet: quod hic pro ipsis ab alijs fiunt. Hic namque singulariter victima ab eterno interitu animam soluit: que illam nobis mortem unigeniti per misterium repntat: quod licet surgens a mortuis: iam non moritur et mors ultra illi non dominabitur: tamen in seipso immortaliter atque incorruptibiliter viuens pro nobis iterum in hoc misterio sacre oblationis imolatur eius quippe ibi corpus sumitur: eius caro in populi salute partitur: eius

sanguis non iam in man<sup>u</sup> infidelium: sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensem<sup>us</sup> quale sit pro nobis hoc sacrificiū: quod pro oblatione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa imolatio<sup>nis</sup> hora ad sacerdotis vocē celos aperiri: in illo hi. su<sup>m</sup> misterio choros angelorum adesse. summis vna sociari: terrā celestib<sup>us</sup> iungi: vnum q<sup>uod</sup> ex visibilib<sup>us</sup> atq<sup>ue</sup> inuisibilib<sup>us</sup> fieri?

**¶ Si anime sciūt que i hęc sclo gerūtur / ¶ Ca. xj.**

**Q**uerunt nōnulli de animabus carne solutis: vtrum cognitionem habeāt eorum que in hac vita gerunt: maxime illo<sup>rum</sup> qui iam in gaudio domini sui & in abscondito faciei eius veri luminis illustratione letant. Adiciunt q<sup>uod</sup> illud de animabus sancto<sup>rum</sup>: q<sup>uod</sup> multi in questio<sup>ne</sup> adducunt: si preces supplicantium audiunt: & cum ad intercedendum inuocātur: si vota postulantium ad ipso<sup>rum</sup> vsq<sup>ue</sup> cognitiō<sup>is</sup> perueniunt. Difficile est iudicare de huiusmodi. Quomō enim scientia nostra certa esse potest de ipsis: qui eam quam de nobis habent scientiam: nec capere possumus: nec inuestigare? Hoc vnum certum est: animas sancto<sup>rum</sup> in secreto diuine contemplationis constitutas: eorum que foris aguntur: tantum scire q<sup>u</sup>antum illis vel ad gaudiū: vel nobis ad auxiliū prodesse constat: nos incessanter querimus apud deum. Quid amplius vis? Times ne forte non orent: qui semp<sup>er</sup> orent? Quomō non o<sup>ra</sup>bunt pro te: q<sup>u</sup>ā tu o<sup>ra</sup>s: qui & quādo tu non o<sup>ra</sup>s: o<sup>ra</sup>re tamē non cessant? Si non audiunt inquis: et ego inuanum fundo verba non auditoribus: & non intelligentib<sup>us</sup> loquens. Ecce dicamus. Non audiunt sancti verba postulantium neq<sup>ue</sup> ad beatitudinē illo<sup>rum</sup> attinet ista nosse: que foris aguntur. Ecce dicamus: non audiunt. Nunq<sup>uam</sup> deus nō audit? Quid ergo labores inuestigare: q<sup>uod</sup> audiunt & q<sup>u</sup>antum audiunt sancti q<sup>u</sup>is o<sup>ra</sup>s: cum ipse deus audiat propter quem o<sup>ra</sup>s. Ipse videt humilitatem tuam: qui remuneratur<sup>e</sup> est deuotionem tuam. Tamen si audiunt & q<sup>u</sup>antum audiunt: quid est audire nisi scire: vnū est lumen in quo & audiunt ad percipiendum: & vident ad cognoscendum. In quo & audiunt quodammodo: verum dum audiunt aliter non vident. Si q<sup>uod</sup> forte foris agit: quomō interim non audiunt aut non vident misterium est dispensationis: non detrimētum felicitatis. Inueniuntur tamen quidam sancto<sup>rum</sup> patrum quedam ita diffinisse q<sup>u</sup>si nihil sit in creaturis q<sup>uod</sup> non videāt: qui videntē omnia vident. Ego amplius iudicare non presumo: nisi hoc solum: quoniam tantum vident: quantum illi placitum est: quem vident & in quo vident.

Pars Decimaseptima.

De Tempore aduentus Christi in nouissimo.  
Augustinus ad Hesitium Ca. Primum



Saluatoris aduentu qui expectatur in fine: tempora dinumerare non audeo: nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo profinisse: sed illud potius preualere quod ipse dominus ait: Nemo potest cognoscere tempora que pater posuit in sua potestate. Tempora ergo optare: hoc est **CRONNOIS**: ut sciamus quando sit finis huius seculi vel aduentus domini.

Nihil aliud mihi videtur quam scire velle quod ipse ait scire neminem posse. Oportunitas vero illius temporis profecto non erit: antequam predicetur euangelium vniuerso orbi in testimonio omnibus gentibus. Apertissima enim de hac re legitur sententia saluatoris dicentis: Et predicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus. Tunc veniet finis: tunc veniet quid est: nisi ante non veniet: Quando ergo post veniat: incertum est nobis. Ante tamen non esse venturum dubitare utique non debemus. Si ergo latet quando ecclesia fructificata atque crescente vniuersus a mari usque ad mare orbis implebitur proculdubio latet quando finis erit: ante quippe non erit: tunc reuelabitur ille iniquus: id est antichristus: quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui.

De vltima tribulatione. Augustinus de ciuitate dei.  
Capitulum. ij.

Tunc soluetur sathanas de custodia sua: et exibit ad seducendas nationes que sunt in quatuor angulis terre. Gog et Magog: quorum interpretatio nominum esse comperimus. Gog tectum: Magog de tecto. Tanquam domus et ipse qui procedit de domo. Gentes ergo sunt in quibus dyabolum velut in abisso superius intelligebamus inclusum et ipse de illis quodammodo sese efferens et procedens: ut ille sint tectum: ipse de tecto.

Quare motu dyaboli ligatur. Capitulum. iij.

Ligatio dyaboli est: non permitti exercere totam temptationem: quam potest vel vi vel dolo ad seducendos homines in partem suam: cogendo violenti: fraudulenter vel fallendo. Quod si permetteretur in tam longo tempore: et tanta infirmitate multorum plurimos tales quales deus perpeti id non vult et fideles dei crederent impediret: quod ne faceret:



alligatus est. Tunc enim soluitur quando a breue tempus erit Nam tribus annis & sex mēſibus legiſi ſuis totis ſuorumq; viribus ſeuiturus: & tales erūt cum quibus ei belligerandū eſt: vt vinci tanto eius impetu inſidiſq; non poſſint. Soluet autē ſathanas in fine ſeculi: vt qm̄ forte aduerſarium dei ciuitas ſuperauerit: cum ingēti glōria ſui redemptoris: adiutoris ilberatoris aſpiciat.

**Quare in nouiſſimo ſoluitur** **Capitulum. iij.**

**E**xibit autē vt dictū eſt ſathanas in aptam pſecutiōz de latebris erumpet odiozū. Hec erit em̄ nouiſſima pſecutio. Nouiſſimo imminente iudicio quando ſancta eccleſia toto orbe terrarum patietur: vniuerſa videlicet ciuitas criſti ab vniuerſa ciuitate dyaboli quantacunq; erit vtracq; ſuper terrā. Vnde ap̄lus. Refrigeſcet caritas multozū et abundabit iniquitas. Vnde daniel. Et erit tempus inquit tribulationis quale non fuit ex q̄ nata eſt gens ſup̄ terram vſq; ad tempus illud.

**Quāto tēpore erit vltima tribulatio** **Capitulum. v.**

**H**ec pſecutiō nouiſſima futura ab anticriſto: tribus annis & ſex mēſibus erit. Non em̄ veniet ad viuos et mortuos iudicare chriſtus: niſi pri⁹ venerit ad ſeducendos in anima mortuos aduerſarius eius anticriſtus: quem dominus hieſus interficiet ſpiritu oris ſui.

**De Adventu Helie & Enoch** **Capitulum. vi.**

**V**eniet tunc Helias theſbites: anteq̄ veniat dies dñi magnus & illuſtris: qui cōuertet cor patris ad filiū et cor hoīs ad pximum ſuū: ne forte veniēs percutiā erram penit⁹. Per hūc heliam magnū mirabilemq; ap̄ham expoſita ſibi lege nouiſſim: o tpe ante iudiciū iudeos in xpm̄ verum. id eſt in chriſtū nēm eſſe credituros celeberrimū eſt ī ſermonibus cordibusq; fidelium. Ipſe quippe ante aduentū iudicis ſaluatoris non immerito ſperat eſſe ventur⁹: qui etiā nunc viuere non immerito credit. Curru nanq; igneo rapt⁹ eſt de rebo humanis: qd̄ euidentiffime ſcripta ſacra teſtatur. Cum venerit ergo exponendo legem ſpiritualiter: quā nunc iudei carnaliter ſapiunt: conuertet cor patris ad filium: & cor patrum ad filios. Tunc em̄ cor patrum ad filios cōuertetur cum intelligentia patrum perducetur ad intelligentiam filiozū: & cor filiozū ad patres eozū: dum in id quod conſerunt illi: conſentiunt & iſti.

**De Qualitate perſone iudicis.** **Auguſtinus de trinitate.** **Capitulum. viij.**

**C**um venerit filius hoīs in gloria sua: et omēs angeli  
 cū eo: tunc congregabunt omēs gentes. Et iudei quippe  
 qui in malicia p̄seuerantes: in illo iudicio puniendi  
 sunt: sic alibi scriptū est. Videbunt in quē pupugerunt. Cū  
 em̄ boni et mali visuri sunt iudicē uiuorum et mortuorum: p̄cul  
 dubio eū videre mali nō poterunt: nisi h̄m formā qua filius  
 hoīs est: sed tñ in claritate in q̄ iudicabit: nō in humilitate in  
 q̄ iudicat est. Non n̄ iterū xp̄c in cruce vidend⁹ est. Ceterū  
 illam dei formā in qua cōlis est deo patri: p̄culdubio imp̄i  
 nō videbūt. Non em̄ sunt mūdi cordes. Beati em̄ mūdi cordes  
 qm̄ ip̄i deū videbunt. Alioq̄ si fili⁹ dei iudex in forma ī qua  
 equalis ē patri etiā impiis cum iudicatur⁹ est apparebit: qd̄  
 est qd̄ pro magno dilectori suo pollicet̄ dicens. Ego diligam  
 eum: et ostendam meip̄m illi. Quapropter fili⁹ hoīs iudica  
 turus est: nec tñ ex humana potestate: sed ex ea qua fili⁹ dei  
 est. Itaq; utrūq; dici p̄t̄ et fili⁹ hoīs iudicab⁹: et nō fili⁹ hoīs  
 iudicab⁹: q̄a fili⁹ hoīs iudicabit: vt verū sit qd̄ ait. Cū vener⁹  
 fili⁹ hoīs tūc congregabunt̄ an̄ eū oēs: et nō fili⁹ hoīs iudicab⁹  
 vt vñ sit qd̄ ait. Ego nō iudico: et ego nō q̄ro gl̄iam meā: est  
 qui q̄rat et iudicat. Nam h̄m hoc qd̄ ī iudicio nō forma dei: s̄  
 forma filij hoīs apparebit: n̄ ipse pater iudicabit h̄m hoc em̄  
 dictū est. Pater nō iudicabit quenq;: sed omne iudiciū dedit  
 filio. Sc̄dm̄ aut̄ q̄ dictum ē: dedit pater filio vitam: h̄c in se/  
 metip̄o: nō utiq; d̄ pater nō iudicat quenq;. Sc̄dm̄ hoc em̄  
 qd̄ equalē pater genuit filiū iudicat cū illo. Sc̄dm̄ hoc ergo  
 dictū est qd̄ in iudicio nō forma dei: sed forma filij hoīs appa  
 rebit. Non q̄a non iudicabit: qui dedit omne iudiciū filio cū  
 de illo dicat filius: est qui querat et iudicet: sed ita dictum est  
 pater non iudicat quenq;: sed omne iudiciū dedit filio: ac si  
 diceret: p̄rem nemo videbit in iudicio uiuorū et mortuorū: sed  
 omnes filiū: quia et filius hominis est: vt possit et ab impiis  
 videri: cum et illi videbunt in quē pupugerunt. Omne ergo  
 dedit iudiciū filio: quia iudex forma filij hominis apparebit:  
 que forma non est patris: sed filij: nec ea filij in qua equalis est  
 patri: sed in q̄ minor est patre: vt sit in iudicio bonis et malis  
 conspicuus. Quando autem iudicem videbunt mali: non eis  
 vi debetur bonus: quia non ad eum gaudebunt corde: sed tūc  
 pl̄ angēt se omēs terrore. In numero utiq; malorū omnium  
 et infidelium: visio illa filij hoīs nec bonū erit impiis q̄ mittent̄  
 in ignē eternū: nec summū bonū erit iustis. Adhuc em̄ vocat  
 eos ad regnū qd̄ eis patū est ab initio mūdi. Sic n̄ illi dicet  
 ite in ignē eternū: sic istis dicet: veite b̄ndicti patris mei posside  
 patū vob̄ regnū etc. Et sic ibūt illi ī gubulioz eīnam: sic iusti

in vitam eternam. Quid est autem vita eterna: nisi vt cognoscant inquit te vnum deum viuum: & quem misisti hiesum christum: sed iam in illa claritate de qua dicit patri: qua habui apud te priusquam mundus fieret. Tunc enim tradet regnum deo & patri: vt intret seruus bonus in gaudium domini:

**De Celeritate iudicij. Aug<sup>9</sup> ad osentiū / Cviij.**

**N**athomo inquit Aplus: hoc est in puncto temporis quod diuidi non potest. In ictu oculi: hoc est: in summa celeritate iudicij. In nouissima tuba: hoc est: in nouissimo signo quod dabitur vt ista compleatur. Canet enim inquit tuba & mortui resurgent incorrupti & nos commutabimur. Ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intelligi. Quia omnes iusti & iniusti resurrecturi sunt: sed sicut dominus in euangelio loquitur. Qui bene fecerunt in resurrectionem vite qui mala egerunt in resurrectione iudicij. Iudicium appellans penam sempiternam: sicut alio loco. qui non credit inquit: iam iudicatus est. Proinde illi qui ad iudicium resurrecturi sunt non commutabuntur in illam incorruptelam que nec doloris penam vel corruptione pati potest. Illa namque fidelium est atque sanctorum: isti vero perpetua damnatione cruciabuntur: quia ignis eorum non extinguetur: & vermis eorum non morietur: ac per hoc incorrupti quidem resurgent integritate membrorum sed non a corrumpendi dolore penarum cum audierint. Ite in ignem eternum qui preparatus est dyabolo & angelis eius: a quo auditu non timebit iustus.

**De Eodem**

**V**t radius oculi non citius peruenit ad propinqua tardius ad longinqua sed utraque interualla celeritate parili contingit: ita cum in ictu oculi sic apud facile est quod recitata quod diuino tempore dilapsa cadauera suscitaretur fit resurrectio mortuorum: omni potentie dei & ineffabili nutui tantum

**De Eodem:**

**E**rit iudicium ipso inopinato aduentu domini celerissimum quidem tardissimum putabatur. Quia ipsas conscientias sine sermonis prolixitate conuincet. In cogitationibus enim sicut scriptum est impij interrogatio erit. Et apostolus. Cogitationibus inquit accusantibus vel excusantibus in die qua iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per hiesum christum. Etiam dominus sic futurus testis est intelligendus velox: cum sine mora reuocaturus est in mercedem unde conuincat puniatque conscientiam.

**De Ordine resurgendi.**

**Capitulum. ix.**

**D**ropheta Esaias Resurgent inquit mortui: & resur-  
gent qui erant in sepulcris. Vnde ap[osto]lus. Ipse d[omi]nus  
in iussu & in voce archangeli & in tuba descendet de  
celo: & mortui qui i[n] x[rist]o sunt resurgēt primi. Deinde nos vi-  
uentes q[ui] reliqui sumus: simul cum illis rapiemur in nubib[us]  
obuiam christo i[n] aera: & ita cum domino erimus. Hec verba  
ap[osto]lica resurrectionis mortuorum futuram: quando veniet  
v[er]it[as] christus ad viuos & mortuos iudicandos preclarissime  
ostendunt. Sed queri solet vtrum illi q[ui]s hic viuentes inuen-  
turus est christus: quorum personas in se atq[ue] illos qui tūc  
secū viuebant trāfigurabat ap[osto]lus: nunq[ue] omnino morturi  
sint. an ipso tempore puncto quo cum resurgētib[us] rapien[tes]  
in nubib[us] obuiam cristo in aera ad immortalitatem per mortē  
mira celeritate transibunt. Si ergo sanctos qui reperient x[rist]o  
viuētes eiq[ue] in obuiam rapien[tes] crediderimus in eode[m] raptu  
de mortalib[us] corporib[us] exitos: & ad eade[m] mox immortalia redi-  
turos: nullas in verbis ap[osto]li patiemur angustias. siue vbi dicit  
Tu q[uo]d seminas non viuificat nisi prius moriat[ur]: siue vbi dicit  
omnes resurgem[us]: aut oēs dormiemus. q[ui]a nec illi p[er] immorta-  
litate[m] viuificabunt: nisi qualibet paululum t[em]p[or]e ante morian[tes].  
ac per hoc a resurrectione non erunt alieni quā dormitione  
precedunt: quamuis breuissima non tamen nulla.

**Quomodo intelligendum est q[uo]d scriptum est.**  
**viuos & mortuos iudicabit.** **Capitulum. x.**

**Q**uob[us] modis accipit[ur] q[uo]d viuos & mortuos iudicabit  
siue mortuos intelligimus q[ui]s hic nōdum mortuos  
sed adhuc in ista carne viuentes inuentur[us] est eius  
aduentus. Mortuos autem qui de corpore priusquam veniat  
exierunt vel exituri sunt. Siue viuos iustos & mortuos iniu-  
stos quoniam iudicabunt iusti: iudicabuntur iniusti.

**De Resurrectione corporum que et qualia re-  
surgent.** **Capitulum. xi.**

**S**unt nonnulli: qui considerantes q[uo]d spiritus a carne  
soluitur: q[uo]d caro i[n] putredinem vertitur: q[uo]d putredo  
in puluerem redigitur: quod puluis in elementis  
soluitur: vt nequaquam ab humanis oculis videatur: resur-  
rectionem fieri posse desperant. Et dum arida ossa inspicit[ur]:  
hec vestiri carnibus rursusq[ue] ad vitam viridescere posse  
diffidunt qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenent  
certe hanc ex ratione tenere debuerunt. Quid enim quoti-  
die nisi resurrectionem nostram in elemētis mundus imita-  
tur? Per quotidiana quippe momenta lux ipsa temporalis  
quasi moritur: dum superueniētibus noctis tenebris ea que

aspiciebatur subtrahitur: & quasi quotidie resurgit dū lux ablata oculis suppressa: iterū nocte reparatur. Per momenta q̄ temporum cernim? arbuta viriditatem foliorū amittere: a fructu non prolatione cessare. **E**t ecce quasi ex arescente subito ligno vel ut quadam resurrectione veniente videmus folia erumpere: fructus grandescere: & totam arborē rediuiuo de: ore vesti. **S**ed ecce resurrectionem audio: effectū tñ ipsi? resurrectionis exquiro. **C**redo nanq; qđ resurrecturus sum: sed volo vt audiam qualis. Sciendū quippe mihi est vtrū in qđam alio subtili fortasse vel aërio an ī eo quo moriar corpe surgam. **S**ed si in aërio corpore surgam: iam ego nō ero qui resurgo. **N**am quomodo est vera resurrectio: si vera non poterit caro esse caro? **A**pta ergo ratio suggerit: q̄a si vera caro non fuerit: proculdubio resurrectio vera ōn erit. **N**eq; enim recta resurrectio dici potest: vbi non resurgit quod ceciderit. **V**nde etiam redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis: ostendit manus & latus: palpanda ossa & carnem prebuit dicens. **P**alpate & videte quia spiritus carnē et ossa non habet sicut me videtis habere. **I**am vero de resurrectione carnis non sicut quidam reuixerunt: iterumq; sunt mortui: sed in eternam vitam sicut christi ipsius resurrectio quēadmodum possim breuiter disputare: & omnib; questionibus que de hac re moueri solent satisfacere non inuenio. **R**esurrectionem tamen omnī carnem quicunq; nati sum? et nascuntur & mortui sunt & morient; nullo modo christianus dubitare debet. **V**nde primo occurit de abortiuis fetib; questio: qui iam quidem nati sunt in vteris matrum: sed nō dum ita nati: vt iā possint renasci. **S**i resurrecturos eos dixerimus: de his q̄ iam formati sunt tolerari potest vtrunq; qđ dicitur. **I**nformes vero abortiuos quis non procliuus arbitretur perire: sicut semina que concepta non fuerint: **S**ed negat e quis audeat: & si affirmare non audeat id acturā resurrectionem: vt quicquid forme defuit impleatur. **A**tq; non ita sit perfectio que accessura erat tempore quemadmodum nō erunt vicia que accesserūt tempore: vt neq; in eo qđ aptum et congruum dies allaturi fuerant natura fraudetur: neq; in eo qđ aduersum & contrarium dies attulerit: natura turpē sed integretur qđ nondum erat integrum sicut instaurabit quod nondum fuerat viciatum.

**¶ De Abortiuis et monstris vtrum resurgent & qualia Augustinus** **¶ Ca. xij.**

**S**uper hoc scrupulosissime queri solet inter doctissimos & disputari potest. qđ vtrum ab hoīe inueniri

possit ignoro. Quando incipit homo in utero viuere: vtrum sit quedam vita occulta que nondū motibus viuētis a ppareat. Nam negare vixisse puerperia que propterea membra tim execantur & eijciuntur ex vteris pregnantium: ne matrem q̄ si mortua ibi relinquant occidant impudētia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viuere: ex illo utiq; iam mori potest. Mortuus vero vbiq; mors illi euenire potest quomodo ad resurrectionem mortuorum non pertineat resperire nō possunt. Neq; enim monstra que nascuntur & viuunt quamlibet cito moriantur: aut resurrectura negabuntur aut non viciata resurrectura credenda sunt: aut non potius corrupta emendataq; natura. Absit enim vt illum bimbrem qui nuper natus est in cōiēte: de quo fratres dilectissimi qui eum viderunt retulerunt: & beatus hieronimus presbiter scriptum reliquit. Absit inq; vt vnum: duplicem hoīem ac nō potius duos homines: q̄d futurum fuerat si gemini nascerent resurrecturos existimemus. Ita & cetera qui singuli quicq; partus vel amplius vel minus aliquid habendo quadam nimia deformitate monstra dicuntur ad humane nature formā resurrectione reuocabuntur: ita vt singule anime: singula sua corpora optineant nullis coherentibus: etiam quecunq; coherentia nata fuerant: sed seorsum sibi singulis sua membra gestantibus quibus humani corporis cōplebitur integritas. Non petit deo terrena materies de qua mortaliū creat caro sed in quemlibet puluerem cineremve soluat: in quoslibet alitus aurasq; diffugiat in quamcunq; aliorum corpore substantiam vel in ipsa elementa vertatur: in quorumcunq; animalium vel hominum cedat: cibum carnemq; mutetur: illi anime humane puncto temporis redit: que illam primitus vt homo fieret animauit.

**De Moto resurrectionis. Augustinus de ciuitate dei**

**Capitulum. xiiij.**

**M**embroꝝ omnium reformatio: nō solum ex terra verum etiam ex alioꝝ elementozum secretissimo sinu quo dilapsa cadauera recesserunt in temporis puncto reuertenda & redintegranda promittitur. Ipsa itaq; materies terrena q̄ discedente anīa fit cadauer: non ita resurrectione reperabit: vt ea que dilabunt: & in alijs atq; in alias aliarum reze species formasq; vertunt. quūuis ad corpore redeat vñ dilapsi sunt: ad easde q̄ corpore partes vbi fuerunt redire necesse sit. Alioquin si capillis redit q̄d tam crebra tonsura

detraxit. si unguibus quod totiens dempsit exsecutio immo-  
derata & indecens cogitatus & ideo resurrectionem carnis  
non credentibus occurrit infortitas. **Sed** quemadmodum  
si statua cuiuslibet volubilis metalli: aut in ignem liquefceret  
aut contereretur in puluerem: aut confundereetur in massam:  
et eam velut artifex rursus ex illius materie quantitate reparare  
nihil interesset ad eius integritatem quam particula materie cui  
cumque membro statue redderetur: dum totum tamen ex quo  
constituta fuerat restituta resumeret. Ita deus mirabiliter atque  
ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra consistit eam  
mirabili & ineffabili celeritate restituet: nec aliquid attinebit  
ad eius rei integritatem: utrum capilli ad capillos redeant: an  
ungues ad ungues: an quicquid eorum pietas mutetur in car-  
nem: & in partes alias corporis reuocetur: curante artificis  
providentia ne quid indecens fiat. **Nec** illud est consequens  
ut ideo diuersa statura sit reuiuiscantium singulorum: quia  
fuerat diuersa viuentium: aut macri cum eadem macie: aut  
pingues cum eadem pinguedine reuiuiscant. **Sed** si hoc est  
in consilio creatoris: ut in effigie sua cuiuscumque proprietates &  
discernibilis similitudo seruetur: in ceteris autem corporum bonis  
equalia cuncta reddantur: ita modificabit illa in uno quoque  
materies ut nec aliquid ex ea pereat: & quod alicui desuerit:  
ipse suppleat: qui & de nihilo potuit quod voluit operari. **Si**  
autem in corporibus resurgentium rationalis inaequalitas  
erit: sicut vocum quibus impletur cantus: hoc fiet cuique de ma-  
teria corporis sui: quod & hominem reddat angelicis  
et nihil inconueniens eorum ingerat sensibus. Indecorum quippe  
aliquid ibi non erit: sed quicquid futurum est: hoc decebit: quia  
nec futurum est si non decebit.

**Exemplum supra dictorum. Itaque de ciuitate dei  
libro. xxiij. Capitulum. xiiij.**

**S**tenim statuam potest artifex homo quam propter ali-  
quam causam deforme fecerat conflare: & puluerem  
rimam reddere: ita ut nihil substantie: sed sola deforme  
mitas pereat: ac si quid nulla forma priore indecenter extabat  
nec parilitati partium congruebat non de toto unde fecerat  
amputare atque separe: sed ita dispergere uniuerso atque miscere  
ut nec feditatem faciat: nec minuat quantitatem: quod de omni  
potente sentiendum est.

**Quod corpora sanctorum sine vicio resurgent &  
incozruptibilia. Augustinus in enchiridion.**

**Capitulum. xv.**

**R**esurgent igitur sanctorum corpora sine vlla corruptione: sine vlla deformitate: onē: difficultate: in quibus tanta felicitas erit: propter quod & spiritualia dicta sunt: cum proculdubio corpora futura sunt: non spiritus. Sed sicut nunc animale corpus dicitur: qđ nunc corpus non anima est: ita tunc spirituale corpus erit: corpus tamen non spiritus erit. Proinde quantum attinet ad corruptionem que nunc aggrauat animam & vicia quibus caro aduersus spiritum concupiscit: tunc non erit caro sed corpus: quia & celestia corpora perhibentur: propter qđ dictum est. Caro et sanguis regnum dei non possidebunt: & tanquā exponens: quod ait: neq; corruptio inquit: incorruptionem possidebit. Quod prius dixit caro & sanguis: hoc posterius dixit corruptionem: & quod prius dixit regnū dei: hoc posterius incorruptionem. Quantum autem attinet ad substantiam: etiam tunc caro erit: propter quod & post resurrectionem corpus christi: caro appellatum est. Sed ideo ait apostolus. Seminā corpus animale: surget spirituale. Quoniam tanta erit tunc concordia carnis & spiritus viuificante spiritu sine sustentaculo alicuius indigentie subditam carnem: vt nihil nobis repugnet ex nobis: sed sicut foris neminem: ita nec intus nos ipsos patiemur inimicos.

¶ Qđ infantes nō in ea statuta qua mortui sunt resurgent. Aug. 2 iterū de ciuitate dei. Ca. xvj.

**Q**uid ergo dicturi sum? de infantibus: nisi quia nō in ea resurrecturi sunt corporis exiguitate qua mortui sed qđ eis tardius accessurū erat tempore: hoc sunt illo dei opere miro atq; celerrimo recepturi. In sententia qđ dñi vbi ait: capillus capitis vři non peribit: dictū est non de futuro esse qđ fuit: non aut negatū est qđ defuit affuturū. Defuit aut infanti mortuo pfecta qñtitas sui corpis: pfecto quippe infanti deest vtiq; pfectio corporalis magnitudinis qđ cū accesserit: iam statū longior esse non possit. Hūc pfectōnis modum sic hnt omnes vt cum illo concipiānt atq; nascātur sed hnt in rōne nō mole: sicut ipsa membra iam omnia sunt latent in semine cū etiā natis nōnulla adhuc desint sic dentes aut si qđ eiusmodi. In qua rōne vniuscuiusq; materie indita corporalia iam quodammodo vt ita dicam linamento initiatum videtur esse quod nondum est: imo quod latet: sed accessu temporis erit: vl potius apparebit. In hac gō infans iam breuis aut longus est: qui longus breuis ve futurus est. Restat ergo vt suam qđq; recipiat mensurā qlem habuit i iuuetute etiam si senex ē mortuus vel fūat habitus? si ante est defunctus?



**Pars Decima septima**

**Folium. CXXIX.**

ut nec ultra nec intra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorum. sed in ea etate & robore usque ad quam hic christum peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos: diffinis erunt esse etiam seculi huius doctissimi homines iuuetutem que cum fuerit spacio proprio terminata: inde iam hominem in detrimenta vergere grauioris ac senilis etatis. & ideo non esse dictum in mensuram corporis vel in mensuram stature sed in mensuram etatis plenitudinis christi.

**Quod omnes in ea statura resurgent quam in perfecta etate id est iuuenili habuerunt vel habituri essent si uiuerent. Augustinus in libro de ciuitate. xxij.**

**Capitulum. xvij.**

Quod quod ait Apostolus predestinatos conformes imaginis filii dei: sic potest accipi. ut quemadmodum nobis ille mortalitate: ita nos illi immortalitate efficiamur conformes. Sic autem in his verbis qua forma resurrectionis sint corpora sumus admoniti: sicut illa mensura: ita & ista conformatio non quantitatis intelligenda est sed etatis. Resurgent itaque omnes tam magni corpore qua vel erant vel futuri erant iuuenili etate. Siquis vero in eo corporis modo in quo defunctus est resurrectionis unumquemque contendit: non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum.

**Utrum corpora reproborum resurgent cum uicijs et deformitatibus. Augustinus in enchiridion. xvij.**

Vicijque vero ab illa perditionis massa que facta est per hominem primum non liberantur per unum mediatorum dei & hominum resurgent quidem etiam ipsi unusquisque cum sua carne: sed ut cum dyabolo & angelis eius puniantur. Utrum sane ipsi cum uicijs suis & deformitatibus suorum corporum resurgent. quecumque in eis deformia et uiciosa membra gestauerunt inquirendo laborare quod opus est: Neque fatigare nos debet incerta eorum: vel habitudo vel pulcritudo: quorum erit certa & sempiterna damnatio. Nec moueat quomodo in eis erit corpus incorruptibile: si dolere poterit? Aut quomodo corruptibile: si non poterit? Non enim est vera vita: nisi ubi feliciter uiuitur: nec vera incorruptio: nisi ubi salus nullo dolore corruptitur. Ubi autem infelix mors non finitur: & ut ita dicam mors ipsa non moritur: & ubi dolor perpetuus non interimitur: sed affligitur ipsa corruptio & non finitur: hec in scripturis sanctis secunda mors dicitur. Nec prima tamen qua suum corpus animam relinquere cogitur nec secunda qua penale corpus animam relinquere non permittitur.

homini accidisset si nemo peccasset. Mitissima sane omnium pena erit eorum qui preter peccatum qd originale traxerunt nullu insuper addiderunt: & in ceteris que addiderunt tanto quisq; ibi tolerabiliozem habebit damnationem: quanto hic habebit minorem iniquitatem.

Quomodo terrena corpora in celo manebunt:

Augustinus de ciuitate dei libro tredecimo

Capitulum. xix.

**N**ecessè est aiunt quidã vt terrena corpora naturalè pondus: vel in terra teneat: vel cogat ad terrã: & ideo in celo esse non possunt. Primum quidem illi hoies in terra erant nemerosa atq; fructuosa que paradisi nomen optinuit. Et de ponderibus elementorum sic argumētantur. Quoniam scilicet magistro platone didicerunt: mundi duo corpora maxima atq; postrema duobus medijs: aere scilicet et aqua: esse copulata atq; coniuncta. Ac per hoc inquiunt quoniam terra abhinc sursum versus est prima: secunda aq; super terram: tercius aer super aquam: quartum super aerem celum. Non potest esse terrenum corpus in celo. Momentis enim proprijs vt ordinem suum teneat sua elementa librant. Ecce qu alibus argumentis omnipotentie dei humana contradicit infirmitas: qm possidet vanitas. Quid ergo faciūt in aere tot terrena corpora cū a terra sit aer tercius: nisi forte qui per plumarum & pennarum leuitatem donauit auiū terrenis corporibus vt portentut in aere: immortalibus factis corporibus hominum non poterit donare virtutem qua in celo etiã valeant habitare? Nam cum terrenorum corporum sicut onera gestando sentire consueuimus: quanto maior est quantitas tanto fit maior & grauitas: tamen membra sue carnis portat leuioza anima: cum in sanitate robusta sunt: qm in languore cum macra sunt: & cū alijs gestantibus onerosior sit saluus et validus qm exilis & morbidus: ipse tamen ad suum corpore mouendum atq; portandum agilior est: cum in bona valitudine plus habet molis q̄ cum in peste vt in fame minimum roboris: tantum valet etiam in habendis terrenis corporibus: quamuis adhuc corruptibilibus atq; mortalibus non quantitatis pondus: sed temperationis modus. Et quis verbis explicat quantum distat inter presentem qm dicimus sanitatem & immortalitatem futuram? Non itaq; redarguant nostram fidem philosophi de corporum ponderibus. Hst em sic hinc sursum versus terra prima: aqua scda: aer tercius: celum quartum

vt super omnia anie sit natura. Nam & aristoteles quartum corpus eam dixit esse: & Plato nullum. Si quintum esset: certe superius esset ceteris. Cum vero nullum est: multo magis superat omnia. In terreno ergo quid facit corpore? In hac mole quid agit subtilius omnibus? In hoc pondere quid agit leuior omnibus? In hac tarditate quid agit celerior omnibus? Ita ne per huius tam excellentis nature meritum non poterit effici vt corpus eius leuetur in celum? Et cum valeat nunc natura corporum terrenorum deprimere animas deorsum: aliquando et anie leuare sursum terrena corpora non valebunt? Postremo si ita est elementorum ordo dispositus vt secundum platonem duobus mediis: id est aere & aqua. duo extrema: id est ignis & terra iungatur: celique obtineat ille summum locum: hec autem imi velud fundamentum mundi: & ideo in celo non potest esse terra. Cur est ignis in terra? Secundum hanc quippe rationem: ita ista duo elementa in locis propriis imo ac summo: terra & ignis esse debuerunt: vt quemadmodum nolunt in summo esse posse quod imum est: ita nec in imo esse posse: quod summum est. Sicut ergo putant nullam vel esse vel futuram esse particulam terre in celo: ita nullam particulam videre debuimus ignis in terra. Nunc vero non solum in terris: verum etiam sub terris: ita est vt eum eruant vertices montium preter quod in visibus hominum & esse ignem in terra: & eum nasci videmus ex terra: quandoque & de lignis et de lapidibus nascitur que sunt corpora sine dubitatione terrena. Cur ergo nolunt vt credamus naturam corporum terrenorum aliquando incorruptibilem factam in celo conuenientem futuram: sicut nunc ignis corruptibilis his conuenit terris. Nihil igitur asserunt ex ponderibus atque ordine elementorum: vnde omnipotenti deo quominus faciat corpora nostra talia: vt etiam in celo possint habitare prescribant.

**Quale sit futurum iudicium Augustinus.****Capitulum. xx.**

**Q**uedam vis intelligenda est diuina: qua fit vt cuiusque opera sua vel mala vel bona cuncta in memoriam reuocentur: & mentis intuitu mira celeritate cernantur vt accuset vel excuset scientia conscientiam: atque ita simul & omnes & singuli iudicentur. Que nimirum vis diuina libri nomen accepit. In ea quippe quodam modo legitur: quicquid a faciente recolitur.

**Quod deus conscientia nostra teste vtetur ad iudicandum nos. Gregozibus in moralibus. Ca. xxj.**

**A**dueniente iudice vniuscuiusq; conscientia ad testi-  
monium erit deducta: tunc omnis ante oculos culpa  
reducitur: & mens super gehenne incendia suo gra-  
uius igne cruciatur.

**De eodem in omelia Faustini.**

**N**ecessesse est vt sepius cogitemus quales erimus in die  
iudicij purissimis angelorum conspectibus offerendi  
& eterno iudici rationem de libris conscientie reddi-  
turi. Remotis enim omnibus probationibus certum est in  
die illa ipsum ante se hominem constituendum. & ipsa; sibi  
animam in cordis speculo demonstrandam: & testes contra  
eam non deforis aliunde sed intus de semetipsa proferendos  
adijcienda erunt non aliqua peregrina: sed nimum nota tes-  
timonia id est opera sua.

**Quare deus in presenti iudicat Augustinus  
in libro de ciuitate dei**

**Ca. xxij.**

**V**dicat deus hoc tempore nō solum vniuersaliter de genere  
demonum atq; hominum vt miseri sint propter primorū  
meritum peccatorū: sed etia; de singulorum operibus ap-  
prijs que gerunt arbitrio voluntatē. Nescimus enim quo iudicio  
dei bonus ille sit paup; malus ille sit diues. iste gaudeat que  
pro suis perditis moribus cruciari debuisse persuadet. Exeat  
de iudicio dei non solum iniustus verum etiam damnatus  
Innocens aut in iniquitate iudicis pressus aut falsis obrut  
testimonijs: e contrario scelestus eius aduersarius non solū  
impunitus verum etiam iudicatus insultet. Impius optime  
valeat: pius languoribus tabescat latrocinentur sanissimi iu-  
venes & qui nec verbo queq; ledere potuerunt diuersa mor-  
borum atrocitate affligant. Infantes vtilis rebus humanis  
in matura morte rapiantur: & qui videtur nec nasci debuisse  
diutissime insuper viuat: plenus criminibus sublimetur ho-  
noribus: & hominē sine querela tenebre ignobilitatis absco-  
dant & cetera huiusmodi.

**Augustinus in eodem de eodem**

**N**unc quando non solum in malo sunt boni: & in bo-  
nis mali quid videt iniustum verum etiam plerūq;  
& malis mala proueniunt: & bonis bona proueniūt.  
magis inscrutabilia sunt iudicia dei: & inuestigabiles vie ei.  
Cum vero ad illud iudicium dei venerimus cum temp; iā  
prope est dies iudicij: & aliquando dies domini nuncupatur  
non solum tunc quecunq; iudicabuntur: verum etiam que-  
cunq; ab initio iudicata: & quecunq; vsq; ad illud tempus

P

iudicanda sunt apparebunt esse iustissima. **V**bi hoc quoque manifestabitur quod iusto iudicio dei fiat ut non tam multa ac pene omnia iusta iudicia dei lateant sensus mentesque mortaliū: cum tamē in hac re piorum fidem non lateat iustum esse quod latet.

**Item de eodem Gregorius in moralibus**

**C**um valde occulta sint diuina iudicia cur in hac vita nonnunquam bonis male sit malis bene: tunc occultiora sunt cum a bonis hic bene est a malis male. Nam cum bonis male est malis bene hoc fortassis deprehenditur: quia a boni si qua hic deliquerunt hic recipiunt ut ab eterna plenius damnatione liberentur: et mali bona que pro hac vita faciunt: hic inueniunt ut ad sola in posterum tormenta pertrahantur. unde et ardenti diuiti in inferno dicitur. **M**emento fili quia accepisti bona in vita tua et **L**azarus s. m. At cum bonis hic bene est a malis male incertum valde fit utrum boni idcirco bona accipiant ut prouocari ad aliquid melius crescant: an iusto latenti quod iudicio hic suorum operum remunerationem percipiant ut a premijs vite sequentis inuaneſcant. Et utrum malos idcirco aduersa feriant ut ab eternis supplicijs defendant: an hic eorum pena incipiat ut quandoque completa ad vltima gehenne tormenta perducatur.

**Item de eodem item in octauo.**

**O** vobis modis in hac vita hominem deus iudicat: quia aut per mala presentia irrogare iam tormenta sequentia incipit aut tormenta sequentia flagellis presentibus extinguit.

**Ubi erunt sancti corporaliter quanto mundus ardebit Augustinus**

**Ca. xxiiij.**

**Q**uerat forsitan aliquis si post factum iudicium iste mundus ardebit antequam pro illo celum nouum et noua terra reponatur: eo ipso tempore conflagrationis eius ubi erunt sancti cum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit: possumus respondere eos futuros esse in superioribus partibus: quo ita non ascendit flamma illius incendij: quemadmodum nec vnda diluuij. Talia quippe illis inerunt corpora ut illic sint ubi esse volunt: sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales atque incorruptibiles facti si viroorum trium illorum corruptibilia corpora atque mortalia in camino ardenti illesa viuere potuerunt.



XXI

quod  
ita se  
monu-  
stum

vita  
fina  
a cu  
qua  
a ple  
vita  
per-  
nito  
boj  
boni  
s cre-  
nunc  
scat.  
sup-  
co

t. qd  
causen  
reenti


bus

riti

mit  
erra  
vbi  
orai  
lein  
llius  
illis  
con  
ap'  
ity


6  
11






















IX






VIII




VII


2
















IV



II










B. IX. 6

Fragment liegt bei  
restanter









B. IX. 6



Fragment liegt bei  
restant